


# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

---

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS VII

ENNODI OPERA

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXV

# MAGNI FELICIS ENNODI



# OPERA

RECENSVIT

FRIDERICVS VOGEL

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXV

WEIMAR. — HOF-BUCHDRUCKEREI.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

# I. DE VITA ET SCRIPTIS ENNODI.

ENNODIVS nominatur scriptor, quem tibi proponimus, non solum in trecentis amplius epistularum aliorumque operum suorum inscriptionibus, sed etiam suis ipse verbis hoc nomen sibi indidit: p. 146, 17. 288, 15. 305, 6. 316, 6. op. CCX 1 (p. 265, 18). eodem nomine appellatur a Messala propinquo suo in op. CCCLXX 1, ab Hormisda papa in epistulis 7. 8. 10. 16. 22. 27. 30. 33. 34. 37 (Thiel epist. pontif.), ab Avito Viennensi episcopo in epist. 41, a Floriano discipulo suo in epistula ad Nicetium quam in extrema praefationis parte afferemus, denique ut in aequalium tantum testimoniis adquiescam, in ipso Ennodi epitaphio (C. I. L. VI. 2. n. 6464). quare variae nominis depravationes saeculo XV et XVI usitatae veluti *Aenodius* aut *Aennodius* aut, quod saepius occurrit, *Evodius* ne verbo quidem dignae sunt. neque tamen neglegenda esse videtur illa forma *Innodius*, quae ut in lapidibus (C. I. L. VIII n. 1358, XII n. 338) invenitur, ita in codice Bruxellensi duobus locis (p. 198, 21. 288, 15) scripta est. qua unius litterae permutatione Arnulfus Lexoviensis scriptorem nostrum haud insulse derisit his verbis (epist. 26): ,totum quod loquitur exquisita quadam intricatione complicat et innodat, ut rectius *Innodius* quam *Ennodius* debeat appellari'. similem nominis sui originationem Ennodio ipsi obversatam esse putamus, cum in libello pro synodo a se nodos criminum, quibus adversarii Symmachum papam circumvenire studebant, exsolutos esse gloriatus est hunc in modum: p. 51, 12 ,quis se de illa vestra *enodem* faciat quaestione' atque p. 60, 14 ,ecce *enode* est, quod ad laqueum praeparastis'. quae interpretatio si cui nimis artificiosa videatur, scito haec artificia Ennodi ingenio grata fuisse et saepe ab eo nomina simili ludo significata esse. illi notationi iocosae opponimus sententiam Useneri admodum doctam, qui in anecdoto Holderi p. 13 haec disseruit: *Dass die familie des Ennodius, wie viele des späteren*

Nomen

*adels, aus Griechenland oder dem gräcisierten osten stammte, zeigt der name, der sich auf den cultus der 'Evoδία bezieht. die doppelung des ‚n' ist folge der fortwirkenden interaspiration.* quam Useneri sententiam ad probandam addimus Graeca nomina in familia Ennodi non raro inveniri, ut Parthenius Glycerius Boethius Euprepia Archotamia Aetheria Apodemia Cynegia Helisea.

[Sed signa haec formata in *-ius*, qualia ea aetate in usu erant, ad originem nequaquam pertinent; neque minus Eusebii et Phosphorii et sic deinceps ad Italiam pertinere possunt quam Innocentii et Concordii. praeterea *'Εὐόδιος* vocabulum et parum aptum est ad eiusmodi agnomen formandum et obstat ei etymo *n* geminata. quam ob rem haud scio an praeferenda sit *Innodii* forma, comparandaque nomina qualia sunt Exuperius Vigilius: TH. M.].

Sed cum hoc scriptoris cognomen iam in principe editione operibus Ennodi recte impositum esset, totum nomen Sirmondus demum, editor Ennodi optime meritus, restituit ex inscriptione vitae Antoni (cf. not. ad p. 185, 24): MAGNI FELICIS ENNODI ...., quam codex Vaticanus eiusdemque stirpis libri servaverunt. cui testimonio adiungimus alterum ex codice Bruxellensi, qui hymnis hanc praeposuit inscriptionem (p. 249):

IN XPI. NOMINE YMNVS . MAGNI
ICIS . ENNODI

prima littera alterius versus F mutilata et iuxta lituram exarata est, neque tamen ab insequenti I tantum distat, ut manu prima FELICIS scriptum fuisse cogitari possit. licet autem scriptura leviter corrupta sit, de nominibus Ennodi amplius dubitari non potest. etiam in hoc suum nomen *Felix* Ennodium iocatum esse conicimus in op. CDXXIII 50, ubi se felicem lintris sarcinam (ut quondam Caesar) appellavit.

Aetas Aetas Ennodi incidit in annos 474—521 p. Chr.: annus, quo est mortuus, in epitaphio his apertis verbis definitus est: ‚depositus sub d. XVI Kal. Augustas Valerio v. c. consul(e)' i. e. Ennodius sepultus est 17. Iul. 521. quo tempore autem natus sit, satis accurate ipse sic descripsit p. 303, 5: ‚tempore quo Italiam optatissimus Theoderici regis resuscitavit ingressus, cum omnia ab inimicis eius inexplicabili clade vastarentur et, quod superesset gladiis, fames necaret, cum excelsa montium castrorumque arces penuria perrumperet et in culminibus locatos armis saevior egestas obsideret: ego annorum ferme sedecim amitae, quae me aluerat, ea tempestate solacio privatus sum'. — Quoniam Theodericus Italiam aestate anni 489 ingressus est, ab omnibus pro explorato habetur Ennodium anno 473 natum esse. at si quis paulo attentius illa verba circumspexerit et cognoverit urbes Mediolanum et Ticinum, ubi Ennodius tum fuit, his gravibus belli iniuriis non anno 489, quo anno ad Ravennam pugnatum erat, sed inde ab anno 490 afflictas esse (excerpta Vales. 53), Ennodium illis verbis annum 490 significavisse, ergo anno 474 natum esse cum maiore veri similitudine affirmari concedet. tamen utrum anno 473 an 474 natus sit in suspenso relinquimus, quia ceteris locis, ubi de aetate sua verba fecit, tam ambiguis usus est, ut inde nihil certi concludi possit. an inde quod p. 53, 28 indignum annis se episcopo esse dicit, tibi sumere audes (quia per canones non licuit ante tricesimum aetatis annum episcopatum adipisci), Ennodium tum cum illa scripsit i. e. anno 503 nondum triginta annos natum fuisse? idem qui iam anno 495 de se dixit (p. 40, 27) ‚olim cum adulantibus adulescentiae floribus et pueritiae adhuc verna riderent', decem fere annis post his verbis se excusavit (p. 72, 37) ‚dabis veniam quod celer rescripsi, quia aetati adhuc debeo indocilem festinationem', post paucos vero annos i. e. 511 se appellavit *canum* (p. 283, 8).

Patria Patriam suam esse Liguriam, ubi postea sedem collocavit, ipse negat verbis non dubiis p. 233, 23: ‚permisi hactenus magnitudinem vestram mobilitatem Ligurum urbanae fuco disputationis incessere, quia et me origo reddebat alienum . . .' immo *Gallum prosapia* se esse fatetur p. 9, 21, et *Gallum* se nominat in op. CXCI 1, ibidemque parentes Gallos

ei fuisse legimus, et p. 321, 23 Transalpinos parentes suos appellat (cf. etiam CXLVIII 4). urbem, unde originem duxerit, Ennodius nusquam manifestis verbis designavit, sed omnia quae ex operibus eius conquiri possunt indicia in Arelatensem urbem conveniunt. ibi enim habitavit Euprepia soror Ennodi (p. 234, 24) aliique propinqui et amici velut Pomerius et Firminus. tum in hac quaestione momenti non minimi sunt versus adhuc prorsus neglecti:

CDXXIII 44 nec siccis oculis respexi marmoris iras:
cum subito absortum vidit vetus accola pontum,
risit et abiecti restantia signa pavoris.

Ennodius hoc carmine describit iter, quod fecit in Pado adeo tumefacto, ut speciem maris praeberet. sensus autem versuum, quos modo rettulimus, alius esse nequit nisi hic: non sine timore fluctus Padi tumidi conspexi; sed cum aquae in ripas sese recepissent, timoris me puduit, praesertim cum sim vetus maris accola. fuit ergo Ennodius Gallus prosapia et vetus maris accola atque cum compluribus Arelatensibus propinquitate coniunctus: quae si cogitatione complexus eris, non tanta usus cautione, quanta Sirmondus iudicavit: ‚an in Gallia, hoc est Arelate, unde illi origo . . . an quod potius reor, in Liguria Mediolani natus sit, incertum reliquit', nobiscum pronuntiabis Ennodium Arelate non solum oriundum, sed etiam natum esse.

Genus, unde Ennodius ortus est, nequaquam fuit ignobile. licet enim pro illa molesta modestia se ipse ‚loco humilem' dicat (p. 47, 6. 126, 29. 130, 10), apparet cum ex epitaphii versu tertio: Genus

Clarus prole quidem, generosior ipse propinquis

tum inde quod cum clarissimis hominibus cognatione coniunctus fuit ut cum Fausto et Boethio consulibus, nobili loco eum natum esse. claritatem generis sui testatur, cum Firmino propinquo suo haec scribit (p. 39, 10): ‚ego meae sum inpar prosapia, me dotibus vestris quasi peregrinum scientiae plenitudo non tetigit, ego vos tantum laudare magis quam imitari valeo'. quin etiam ex epistula, qua Fausto gratulatur, quod Avienus, filius Fausti et Cynegiae, quae ipsa Ennodi consanguinea fuit, consulatum adeptus erat, inter verba perversissima arte obcaecata id tamen elucet, familiam Ennodi consularem fuisse. dicit enim p. 14, 6 et 16 per Avienum generi materno i. e. Ennodiano honores consulares redditos esse.

Quae cum ita sint, nihil obstat, quin illum Felicem Innodium virum clarissimum et amplissimum, qui temporibus Honori et Theodosi i. e. inter annos 408—421 proconsule provinciam Africam administravit (C. I. L. VIII. n. 1358 et p. 938), avum Magni Felicis Ennodi anno 474 nati fuisse cum Mommsenio statuamus, monendum tamen est, ne nominis similitudini nimium tribuatur, quia Ennodi nomen non ita rarum tum fuit: nominatur Ennodius comes rei privatae in constitutione Maioriani a. 458 (Nov. Maior. 5), quem imperatorem Ennodius noster celebrat epigrammate (CCCLIV); et plures Ennodii inveniuntur apud Gregorium Turonensem; item legitur epitaphium Felicis Innodi cuiusdam in C. I. L. XII n. 338 (= *Le Blant Inscript. chrét. de la Gaule* II n. 628). quod epitaphium cum rei epigraphicae periti sexto saeculo antiquius esse negent, ad stirpem quidem huius Ennodi investigandam nihil valet, sed ad Ennodianae familiae nobilitatem illustrandam maxime est idoneum:

+ Stemmate precipuum trabealis fascibus ortum
INNODIVM leti hic sopor altus habet,
qui post patricia preclarus cingola rectur
subiecit Christi colla subacta iogo.
naspones ultra mundi protendere ponpas
et potius domeno solvere vota malens
sic gemeno FELIX perfunctus munere gaudet,
egregius mundo placetus et domeno.
hoc tomolo cuius tantum nam membra quiescunt,
letatur patria mens paradise tua.

Parentes Parentes sibi etiamtum puerulo ereptos esse ipse tradit his verbis (p. 302, 35): ‚supplicavi ut adesset (deus) in me beneficiis suis nec averteret se ab eo, quem genuini praesidii tutela destitutum fovisset misericorditer et illis, qui parentum laetabantur defensione, praetulisset'. verbis illis putidis ‚genuini praesidii tutela destitutum' nihil aliud nisi orbum significari, et eis quae sequuntur et enuntiato persimili p. 287, 12 (collato cum 287, 2) doceris. cum igitur Ennodi parentes aliquanto ante annum 490 iam mortui essent, facile refellitur Schotti coniectura a Bollandistis (A. S. Iul. IV p. 271) temere comprobata, qui ex verbis (p. 318, 3) ‚Camella parens mea' concludendum esse arbitrabatur Camellam matrem fuisse Ennodi. epistula enim, unde illa verba hausta sunt, scripta est post expeditionem a Gothis in Galliam anno 508 susceptam (cf. etiam Sirmondi not. p. 45). — Speciosior est Sirmondi sententia de Ennodi patre prolata, quam ipse quidem divinationem tantum appellavit, sed omnes deinceps quasi decretum receperunt. disputat enim ad epist. IV 25 in notis p. 21 haec: ‚Ennodii pater Camillus. iam Ennodii parentes Gallos fuisse scimus e provincia Narbonensi laremque in ea habuisse totam eius ferme cognationem. quibus sane argumentis ac duorum simul Ennodii praenominum coniectura ducor, ut augurer Camillum eius patrem illum ipsum fuisse, quem Sidonius carmine IX ad Felicem summum ipsius patruelem vocat. Felix siquidem filius fuit Magni: pater Camilli eiusdem Magni frater. Sidonius idem in descriptione convivii Arelatensis lib. I ep. 11 „recumbente post se [post Magnum scilicet ex consule] Camillo filio fratris. qui duabus dignitatibus et ipse decursis pariter ornaverat, proconsulatum patris, patrui consulatum". quare Felix et Camillus fratres erant patrueles, fratribus prognati. Camilli autem, ut conicio, filius Ennodius noster, qui Magni Felicis praenomina a propatruo eiusque filio derivarit. verum haec nostra tantum est divinatio'. — Conicit igitur Sirmondus Ennodium fuisse filium Camilli, qui ipse fuit filius proconsulis cuiusdam et frater Magni consulis anni 460, atque ex illo titulo (C. I. L. VIII n. 1358) novimus inter annos 408—421 Felicem Innodium proconsulem fuisse. res ergo iam certa et explorata videtur. at primum opponendum est hunc Innodium et illum Magnum consulem anni 460 tanto temporis spatio inter se distare, ut vix pro fratribus haberi possint. tum quod maius est, tota illa Sirmondi commentatio quamvis docta fundamentis parum firmis nititur. posita autem est in his potissimum verbis (p. 146, 17): ‚si Camellum mente retines, Ennodium non omittes', quae ille sic interpretatus est: ‚qui patrem amasti, filium non spernes'. possunt sane sic explanari, sed sic ea explanari necesse esse quis est qui contendat?

Sed quid circuitione opus est? iam alia mihi patere videtur via ad patris Ennodi nomen indagandum et brevior et certior. Lupicinus fuit filius Euprepiae (p. 68, 28. 73, 25), Euprepia autem soror Ennodi (p. 68, 28. 69, 2. 4. 112, 8). atqui Lupicini avi nominantur (p. 78, 26 et 79, 32) Firminus et Glycerius (‚Licerius' cod. Vatic.). ergo cum Lupicinus dilucidis verbis a Firmino et Glycerio, quos Ennodius l. c. loquentes finxit, p. 78, 28 ‚utriusque planta familiae' appelletur, aut Firminus aut Glycerius pater Euprepiae simulque Ennodi fuit. porro quia Glyceri in Ennodi epistulis nusquam mentio fit, contra Firminus quidam — Arelatensis, ut Sirmondus in not. p. 10 demonstravit — in duabus epistulis propinquus nominatur (p. 17, 26. 39, 1), atque Firmina inlustris femina, quae ultra Alpes Cottias habitat (p. 231, 12), ab Ennodio summa cum pietate colitur, equidem pro certo affirmaverim Ennodi patri fuisse nomen Firminum.

At si quaeras, quaenam condicio inter Ennodium et Camillum, quem et optime de Basso meritum et cum Ennodio familiaritatis vinculo coniunctum fuisse ex epistula citata (p. 146, 9) apparet, intercesserit, hunc amitae quae Ennodium post parentum mortem aluerat maritum fuisse pronum est conicere. utique vero hunc Camillum cum Sirmondo censeo eundem esse, de quo Sidonius in epist. I 11 haec narrat: ‚sermo ad virum illustrem Camillum ex occasione transfertur, in tantum ut diceret princeps (scil. Maiorianus): vere habes patruum, frater Camille, propter quem me familiae tuae consulatum unum gratuler

contulisse. tunc ille, qui simile aliquid optaret, tempore invento: non unum, inquit, domine Auguste, sed primum. summo fragore, ut nec Augusti reverentia obsisteret, excepta est sententia'. — idem dictum Ennodius in Avienum accommodavit p. 13, 36: ,Avieni mei non unus sed primus est consulatus'. huic imitationi ideo plus tribuo, quod hic unus est locus, quem Ennodius ex epistulis Sidoni mutuatus est. praeterea nemo non videt, si hic Camillus ad familiam Ennodi et Avieni pertinuit, illam vocem a propinquo inventam maiore festivitate de propinquo usurpatam esse. neque omittendum est, sicut Camillus, quem Sidonius dicit, Arelatensis fuit, ita Camillam, Ennodi consanguineam, Arelate fuisse versimile esse: intra Gallias eam habitasse Ennodius ipse testatur p. 318, 3.

Sorores ex ipsius operibus novimus tres: unam modo vocavimus Euprepiam, altera est Partheni mater p. 179, 27. 180, 9. 23. 181, 9. 266, 3; nam etiam Parthenium Euprepiae esse filium quin existimemus id maxime obstat, quod Lupicinus unicus Euprepiae filius dicitur p. 112, 9. ut Lupicinus patre, ita Parthenius matre praemature orbatus est. hac sorore mortua Ennodius Parthenium educandum curavit (p. 200, 10. 267, 20). nomen illius, quae viro ignobili nupta fuisse videtur (p. 119, 10), nescimus. tertia denique soror liberis orbata memoratur CDXXIII 22—25. omnes sorores maiores natu fuisse videntur quam Ennodius. fratrem ei fuisse nullo verbo proditur. **Sorores**

Pueritiam suam Ennodius non in Gallia exegit, quamquam eum Arelate natum esse supra diximus. nam ea ipsa re, quod opprobrium mobilitatis Ligurum in se, qui a Liguria oriundus non esset, cadere refutavit (p. 233, 23), evidenter ostenditur eum pro Ligure habitum esse, quod fieri non potuisset, nisi a puero in Liguria versatus esset. quin Roma Mediolanum reversus Liguriam ut solum genitale salutat (p. 4, 27) atque ipse se inter Italos numerat, cum ad Gallum quendam scribit (p. 317, 3): ,Italica simplicitate manifesto'. id quidem pro certo habemus, amitam, quae Ennodium post parentum mortem — annus definiri nequit — tanta cum cura aluerat, ut damnum parentum vix sentiret, in Gallia Cisalpina sedem habuisse. verbis enim illis, quae supra protulimus (p. 303, 5): ,tempore quo Italiam optatissimus Theoderici regis resuscitavit ingressus, cum omnia ab inimicis eius inexplicabili clade vastarentur et, quod superesset gladiis, fames necaret, cum excelsa montium castrorumque arces penuria perrumperet et in culminibus locatos armis saevior egestas obsideret, ego annorum ferme sedecim amitae, quae me aluerat, ea tempestate solacio privatus sum' — his inquam verbis non tantum tempus mortis amitae sed etiam causa designatur. nam etsi contendere non ausim verba ,ea tempestate' hic interpretanda esse ,hac bellorum tempestate, qua Italia vastata est, amita mihi erepta est', quia illa verba etiam ad prima enuntiati verba referri atque eiusdem sententiae ac ,tempore quo' esse possunt: id apparet, nisi amita Ennodi in eis regionibus, quae Theoderici irruptione turbatae et vexatae sunt, i. e. in Gallia Cisalpina tum habitavisset, tempus quo mortua est Ennodium vix hoc modo definiturum aut certe illius belli iniurias non tam multis verbis descripturum fuisse. denique, ut Ennodium non in Gallia adolevisse demonstremus, memoratu haud indignum est, quod Archotamiam propinquam, quae in Gallia habitavit, nunquam a se visam esse dicit (p. 237, 35). **Pueritia**

De urbe, ubi educatus sit, dubito, quamquam duae tantum urbes omnino in quaestionem vocari possunt. Sirmondus quidem affirmat ,Mediolani certe a puero larem habuit', sed ut ille sententiae suae argumenta non suggessit, ita ipse investigare nequivi. immo maxime consentaneum est Ticini Ennodium pueritiam egisse. Ticini enim aliquanto ante annum 495 ab Epiphanio episcopo ,religionis titulis insignitus est' (p. 109, 18); cum autem Ennodius ipse adulescentiam describens de sedis mutatione plane sileat, non intellego, cur Mediolani quidem eum educatum, Ticini vero consecratum esse statuamus. Etiam id contra Sirmondi opinionem afferri potest, quod Servilio, quo in rebus ecclesiasticis magistro usus est, non Mediolani fuit (p. 183, 18 ss.).

Sponsalia, non nuptias fecit

Post verba, quae modo attulimus, Ennodius in confessione sua sic pergit (p. 303, 9): ,remansi solus, inops, re et consilio destitutus, cui sola remedium tribuere posset adversitas. ne inter parentes, quod est captivitatis sorte amarius, subsidia vivendi liber poscerem et cognitus peregrinantium mala tolerarem, extemplo porrexisti consuetam dexteram, defensio mea, et domum censu et religione praedivitem, ut solacium meum non respueret, conpulisti. poposci in matrimonio cuiusdam nobilissimae et tibi bene conpertae parvulam filiolam, protinus .... exceptus'. sed post intervallum quoddam temporis morbo exitiali oppressum mortisque instantia attonitum sanctam vitam sese spopondisse atque societatem cum illa femina initam resolvisse. aliquantum igitur temporis matrimonio Ennodium usum esse ut credas facile inducaris. at quomodo clericus consecratione atque etiam diaconatu honoratus coniugio frui potuit, cum tot concilia inde ab Nicaeno episcopis presbyteris diaconis castitatem continentiamque imperaverint? recte hoc Sirmondus sensit et uxore remissa tandem diaconatum eum adeptum esse censuit. sed iam ante annum 495, ergo vicesimum fere aetatis annum agens clericis adnumeratus est, sponsa autem eius, cum eam in matrimonium poposcit, etiamtum parvula filiola erat! haec res per se ad explicandum difficilis prorsus librorum mendosa lectione implicata est, qui praeter egregium codicem Bruxellensem omnes praebent (p. 304, 1): ,hoc amplius suffragator meus emeruit quam poposci, ut illa, quae mecum matrimonii habuit parilitatem, religiosae mecum habitudinis decora partiretur et fieret praeclari dux femina tituli', unde necessario efficitur ab Ennodio feminam in matrimonium acceptam esse. sed auxilio Bruxellensis codicis nunc demum res involuta explicari potest: scripsit enim Ennodius ,illa quae mecum matrimonii habuit parilitate subiugari' i. e. (ut cum permulta latinitatis corruptae exempla [Rönsch Itala p. 447] docent, tum illud Ennodi ipsius p. 58, 29 ,qualis habuit effici') illa quae mecum matrimonii parilitate subiugari in animo habuit (= ἔμελλε): fuit nuptura, non nupta. ergo Ennodius sponsam suam nunquam matrimonio sibi iunxerat. hac re autem comprobata iam explosa sunt verba vana et Sirmondi ingenio plane indigna ,ex qua (uxore) et filium sustulit, quod significare quodam loco videtur'. invenitur in omnibus operibus ne unum quidem verbum, quo uxorem aut filium ei fuisse declaretur; immo inde quod p. 280, 7 omnia quae sibi a Fausto donarentur, post mortem suam in illius possessionem reditura esse dixit, filium ab Ennodio heredem relictum non esse satis liquet. quare nihil restat nisi ut cum Bollandistis (A. S. Iul. IV p. 271) suspicemur Sirmondum in falsam illam sententiam incidisse adductum epitaphii versu 3: ,clarus prole quidem, generosior ipse propinquis', quamquam vocabulo prolis hic vim prosapiei vel stirpis esse in promptu est.

Quodsi Ennodius (p. 303, 18 ss.) confitetur se in domum sponsae receptum aliquamdiu omnium rerum copia diffluxisse, subito autem ad inopiam reductum esse, id ipsius certe culpa et effusione fieri non potuit. nempe qui coniugem non habuit, dotem coniugis profundere nequivit (contra Teuffeli hist. litt. Rom. 479, 1). aliam potius causam, cur res familiaris sponsae deminuta sit, divinabimus cogitantes sponsalia in annos 490—494 devenisse, quibus temporibus tota Italia superior, inprimis autem regiones circa Ticinum et Mediolanum sitae, ut Ennodius ipse in vita Epiphani disseruit, continuis bellorum turbinibus vastatae sunt. atque hac causa, quod divitiae sponsae dilapsae sunt, Ennodium commotum esse, ut spe copiosae dotis destitutus sponsam destitueret, malignus interpres haud scio an coniciat. nam quid de morbo illo, quo ad munus ecclesiasticum perductum se esse dictitat, sentiendum sit, infra videbimus.

Clericus

Quamdiu ,ex mendico in regem mutatus' opibus sponsae usus sit nescimus; tamen illud tempus non ita breve fuisse comprobatur verbis (p. 303, 21) ,produxisti tempora' et (p. 303, 29) ,gaudia producta'. calamitate, qua iterum ad inopiam redactus est, descripta haec sequuntur (p. 303, 29): ,statim alio quidem itinere, non tamen impare subvenisti (scil. deus). ordinasti ut per officium levitarum coactus sanarer et inpacti honoris sarcina quod premebat a me pondus amoveret'. tempus quo ad ecclesiae honores adspirandi consilium

ceperit, satis circumscriptum est, si ad terminum modo constitutum addimus anno 494 iam in tabulario Epiphani episcopi occupatum fuisse. asseverat enim de captivis vere anni 494 redemptis verba faciens (p. 105, 37): ‚testis huius rei ego sum, per cuius manus pictacia ad clusuras iussio sacerdotalis elicuit‘. quibus cum verbis congruit, quod in dictione (XLIII) anno 495 habita clericum se aliquamdiu iam esse testatur. de ecclesia, ubi consecratus sit, dubitatio existere non potest, cum ipse (p. 109, 18) dicat ab Epiphanio episcopo Ticinensi religionis titulis se insignitum esse. hoc enuntiato non diaconii dignitatem significari sed omnino ministerium ecclesiasticum, alio loco (p. 297, 4) illustratur, ubi eadem verba de parvulo discipulo adhibentur. gradus autem, quibus ad diaconatum ascendebant, erant lectoris exceptoris subdiaconi: qui honorum cursus iam antiquitus definitus erat. quamquam hac lege ut ita dicam annali diaconum ante XXV annum ordinari vetitum erat, tamen Ennodium iam anno 494 i. e. annum vicesimum agentem diaconium assecutum esse non prorsus negaverim, quia cum omnibus temporibus tum illis ipsis annis ea lex saepe neglecta est (Gelasi ep. 14). ceterum quoniam Leo in epistula ad Anastasium pronuntiavit ‚nec subdiaconibus quidem conubium carnale conceditur‘ et concilium Carthaginiense III 19 definivit ‚ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere aut continentiam profiteri‘, denique quia nisi uxoribus remissis aditus ad summos ecclesiae honores non patuit, Ennodius simulatque ad munera ecclesiastica accessit (anno fere 493), sponsae suae repudium renuntiasse putandus est. num etiam sponsa divortium optaverit (ut concilium Agathense § 16 praecepit: ‚etiam uxorum voluntas requirenda est‘), in dubio est positum: etenim sancti Victoris suffragio, ut illi persuaderet, opus fuit.

Silentium quo et sponsae et eius familiae (‚deo bene compertae‘! p. 303, 14) nomen oppressit, haud scio an iure in conscientiam Ennodi duxeris. attamen exstare mihi videntur vestigia quaedam, quibus sponsae nomen indagetur. legimus enim p. 48, 14 haec: ‚quae iniunxistis de religiosis feminis Speciosa et germanis eius, male est animo quod inplere non potui. nihil enim nunc mihi cum illis residuum est familiaritatis aut pignoris, maxime quia in disiunctis civitatibus degunt‘. en habes feminam quondam Ennodio familiaritate et pignore coniunctam, tum religiosam, Ticini, ut p. 36, 20 legitur, degentem: quae omnia in sponsam quadrant. itemque praestigiae illae, quibus Speciosam in duabus epistulis (XXXV et XXXVI) adulatur, sese excusat, amorem simulat, amatoris tergiversantis sunt, cuius amor dudum refrixit.

Ceterum attendendum est Ennodium non sua sponte sed coactum officium ecclesiasticum suscepisse, ut ipse ait (p. 303, 30): ‚ordinasti, ut per officium levitarum coactus sanarer et inpacti honoris sarcina quod premebat a me pondus amoveret‘. sed quid vel quis Ennodium coegit eique ministerium ecclesiasticum ut sarcinam impegit? Faustum ipse dicit, propinquum suum, quem submisso quodam animo colebat, cum eum monet (p. 16, 31): ‚qua me tempestate ire ad famosum (= ecclesiasticum) officium compulisti‘. et huc spectant etiam verba (p. 11, 34): ‚quem (= me) vos contra ingenii vires ad scientiam (scil. divinorum librorum) diligendam verborum stimulis foditis‘. contra parum liquet, qua necessitate circumventus munus non exoptatum obierit. nam quominus eum egestate coactum esse arbitremur, id impedit, quod ex operibus eius intellegitur fuisse ei non solum in urbe domum cum horto (CLXII et CLXIII), sed etiam casam i. e. praedium cum mancipiis (p. 76, 26) atque vineam (CLXXXVIII). opponi sane potest has opes posterioribus demum annis comparatas esse, praesertim quod eis augendis Ennodium operam navasse infra exponetur. utique statuendum erit, quod quidem statuere licet, condicionem eius circa annum 493 desperatam mox meliorem factam esse. nam post paucos annos Laurentius, episcopus Mediolanensis, pro plus quam 400 solidis, quos Symmacho papae mutuos dederat, Ennodium praedem accepit (LXXVII), atque cum papa pecuniam debitam redhibere cunctaretur, ipse ‚quia grandis summa non sit‘ (p. 229, 16) de propria facultate se restituturum promisit. — Etsi ergo non inveni, qua necessitate ministerium ecclesiasticum

inire coactus esset, tamen qua causa facilius ad illud officium permoveri posset, ex Gelasi papae epistula a. 494 scripta (Thiel epist. pontif. p. 362) cognoscitur. qui constituit etiam laicos intra annum et sex menses dignitate presbyteri ornari posse, quia clericos ‚per diversas Italiae partes ita belli famisque consumpsit incursio, ut usquequaque deficiente servitio ministrorum ecclesiae sacris ordinibus funditus destitutae remaneant‘. tum igitur spes erat per singulos honorum gradus celerrime ad diaconi vel presbyteri dignitatem ascendendi.

Eruditio Utut autem illa res se habet, pueritiam et adulescentiam Ennodius in profanis potius quam in sacris litteris cognoscendis consumebat, ita ut post amitae iacturam in illam ‚domum censu et religione praedivitem‘ receptum tum demum se ‚infidelitatis obscura fugisse‘ (p. 303, 17) ipse confiteretur. quae verba non ita intellegenda esse puto, ut Ennodium antea neque praeceptis Christianis imbutum neque baptismate inter Christianos receptum fuisse existimemus. quamquam enim ille, sicut Symmachus papa Romanus tum ‚ex paganitate in sede beati Petri veniens fidem catholicam suscepit‘ (Thiel epist. pont. p. 702), ex pagano episcopus fieri potuit, tamen huic sententiae id obstat, quod omnes eius propinqui, quos nominat, propter studium religionis Christianae praedicantur. itaque illis verbis non vult dicere se antea fuisse paganum, sed quasi paganus esset vixisse. neque tamen, ut quae sequuntur docent, in illam domum religioni Christianae addictam admissus iam vitam vere Christianam instituit, nedum in doctrinam Christianam et litteras sacras discendas incumberet. satis habens speciem vitae Christianae servasse deliciis ac studiis, quibus gaudebant adulescentes divites, se dedit. ceterum non mediocri diligentia Ennodium in litteris latinis versatum esse demonstratur locis, quos ex Terentio Sallustio Cicerone Vergilio Horatio Ovidio Lucano Iuvenale Symmacho Claudiano Ausonio Sidonio Sedulio aliisque auctoribus decerptos in Ennodi operibus deprehendimus. — Clericus factus cum ostentatione quadam artes liberales repudiavit vel speciem repudiantis prae se tulit. nam tametsi (p. 292, 21) non veritus est dicere: ‚si quae mihi sit sententia flagites, ego ipsa studiorum liberalium nomina iam detestor‘ (cf. p. 120, 3), hanc tamen non veram sententiam eius fuisse cum pompa illa doctrinae, quae ne in eis quidem operibus, ubi litteras detestatur, deest, tum multi loci docent, ubi disciplinae liberales summis laudibus tolluntur (p. 5, 13—23. 180, 10. 238, 6—239, 39). accedit quod discipulos ut summam operam scriptoribus legendis darent admonere non destitit, ut p. 20, 33 ‚labora circa studia, lucem in conloquiis dilige, lectioni devotus insiste, ut fructus eloquentiae multiplicium auctorum ventilatione purgetur‘ — p. 154, 29 ‚totam te studia honesta suscipiant, festina ut ad messem patriam venias, linguam lectionis sarculo purgando‘ — p. 267, 29 ‚audivi te circa studia iam remissum et, quasi arcem scientiae adeptus sis, ita nullatenus esse de lectionis instructione sollicitum‘. exempla autem ad imitandum proposuit ac tamquam principes in eloquentia habuit Ciceronem (p. 53, 13. 313, 10) Vergilium (p. 25, 21) Sallustium, quam triadem p. 24, 19 sic descripsit: ‚Tulliani profunditas gurgitis, Crispi proprietas, Maronis elegantia‘. — Quare Ennodio non nimis exprobrabimus, quod aliquotiens nimio et perverso religionis studio commotus artes quas optimi dicunt optimas obiurgavit; loci ubi litteras effert multo plures sunt. omne autem tulit punctum, cum dicit p. 313, 5 ‚de virtutibus facessat studiorum liberalium deesse diligentiam, per quam divinarum bona rerum quasi pretiosi monilis luce sublimentur‘. denique quamquam sibi ‚ab scholarum gymnasiis sequestrato‘ (p. 39, 6) ‚non suppetere Latiarem eruditionem‘ (p. 150, 11) queritur, ille qui opera sua, ceteroquin quamvis ingrata, tanto doctrinae apparatu totque aliunde petitis flosculis exornare potuit, qui in cubiculo suo ‚codices in ordine positos‘ habuit atque cum amicis communicavit (p. 304, 30. 320, 32), ille igitur iure non solum ab aequalibus studiorum liberalium sectatoribus honorabatur (p. 226, 16), sed omne in aevum inter aetatis suae, videlicet saeculi sexti, litteratissimos homines numerabitur.

Ennodius cum ante annum 494 ab Epiphanio Ticinensi episcopo consecratus esset et anno 495 orationem in eundem, scilicet Ticini, habuisset, omnes fere epistulas Mediolani scripsit. ut enim Mediolani se esse aperte dicit p. 74, 25. 219, 21. 234, 25. 268, 33. 306, 20, ita in eadem urbe reliquas epistulas plurimas compositas esse argumentis plus minusve certis demonstrare aut conicere licet. multae sane omni loci designatione carent, aliae perpaucae non Mediolano datae videntur esse velut CCLXXXVIII, quam epistulam ex itinere Ravenna emisit. cum igitur Ennodius prius Ticini fuerit, eam autem aetatis partem, cuius nostra plurimum interest, Mediolani exegerit, quaestio oritur, quando hinc illuc sedem transtulerit. hic ultro se offert coniectura, Ennodium paulo post mortem Epiphani i. e. anno 496 Ticino migrasse et ad ecclesiam Mediolanensem, cuius episcopus tum (490—512) Laurentius fuit, accessisse. quod consilium ut caperet, et Laurenti auctoritate, qua proximus ab episcopo Romano illo tempore floruit, et cognatione, quam inter Ennodium et Laurentium intercessisse ex p. 23, 18 intellegere licet, videtur permotus esse; atque p. 23, 11 fatetur se Laurentio omnium plurimum debere. certum quidem annum, quo Mediolanum se contulerit, definire non audeo, sed post annum 495 id factum esse modo monuimus atque ante 499 sedem mutatam esse demonstraturi sumus. Mediolanensis clericus

Haec autem quaestio tam arte cohaeret cum schismate, quod post mortem Anastasi papae inter Symmachum et Laurentium, qui fuerat ecclesiae Romanae presbyter, X kal. Decemb. 498 simul ordinatos ortum est, ut vel inviti illarum interrogationum laqueis implicemur. quibus in contentionibus cognoscendis praeter Ennodium inprimis duobus utimur testibus, qui in libro pontificali Symmachi vitam descripserunt: quorum alter cum Symmacho facit, alter, cuius relationem saeculo sexto scriptam Blanchinius (Anastas. IV p. LXIX et inde Muratori script. rer. Italic. III 2 p. 45) ex codice Veronensi vetustissimo in lucem protulit, non minore studio a Laurenti antipapae partibus stat. suae igitur uterque favet factioni, ita tamen ut neutri fidem derogare liceat, praesertim cum in summis rebus ipsis vix dissentiant. consentientes autem inter se tradunt Symmachum eodem die ac Laurentium consecratum esse, tum discidiis gravissimis exortis et utroque ad Theodericum regem citato regis arbitrio esse effectum, ut Symmachus papa Romanus confirmaretur, Laurentius autem episcopus Nucerinus constitueretur, denique post paucorum annorum quietem (per Theodericum, qui anno 500 Romam visit, compositam) discordia denuo inflammata causam iterum ad regem delatam esse. constat igitur Symmachum statim post consecrationem i. e. initio anni 499 Ravennae affuisse. quoniam vero Ennodius p. 83, 20. 223, 12. 229, 13 enuntiavit episcopum suum i. e. Laurentium Mediolanensem se spondente Ravennae pro necessitatibus papae pecuniam suppeditasse, constare videtur Ennodium iam tum (anno 499) apud episcopum Mediolanensem officio functum esse. quod quominus pro certo habeas id obstat, quod nusquam aperte traditum est papa ipso praesente illud negotium procuratum esse. immo verbis (p. 83, 29): ‚litteras sancti papae habeo, quibus iussit, quidquid opus esset fieri, cum mea debere securitate compleri‘ haud scio an ad contrariam sententiam inclineris. at res disceptabitur hac argumentatione: Auctor Veronensis, quo nomine significabimus vitam Symmachi ex codice Veronensi sumptam, scripsit: ‚ibi (i. e. Ravennae anno 499) Symmachus multis pecuniis obtinet‘, quae ut verba adversarii malevoli a plerisque respuebantur. sed nonne idem ex Ennodi, papae defensoris acerrimi, patet verbis (p. 83, 19): ‚episcopus (= Laurentius) postulavit, ut expensa, quae pro necessitatibus domni papae Ravennae facta est, redhibitione pensaretur. certis enim potentibus, quorum nomina tutum non est scripto signari, novit dominus quia plus quam quadringentos auri solidos erogavit. hos me fidem dicente concessit‘? ecce potentes quidam pecunia corrupti, quorum nomina litteris mandare ausus non est! quibus verbis auctoris Veronensis et Ennodi inter se collatis necessario concludimus ab utroque de eadem re agi, Ennodium ergo iam 499 ministrum episcopi Mediolanensis fuisse. simul diiudicatum est, quod Thielius (epist. pontif. p. 734) in suspenso relinquendum esse censuit, utrum

'statim in initio pontificatus (anno 499) an postea (502) schismate renovato' illae pecuniae Symmacho creditae sint. ceterum, ut hoc quoque addam, Symmachus non plus semel Ravennam pervenit; nam cum anno 502 iterum a Theoderico in iudicium vocatus esset, Arimini subsistere est iussus. contra nihil certi ad tempus definiendum petere possumus hinc (p. 183, 8): 'dudum dum nobis metus instaret et de clementia pii regis dubio meritorum aestimatione penderemus incerto, caballos ['camelos' libri] tot dandos domno papae tali reverentiae condicione tradidimus, ut si nobis animalia ipsa non essent necessaria, iustum pro ipsis pretium mitteretur'. hoc negotium neque illicitum neque clandestinum fuisse inde intellegitur, quod Ennodius debitum instantius exposcit atque etiam tectis verbis (p. 183, 7) legum metum intentat.

Quibus rebus explanatis unum restat, ut demonstretur Ennodium iam anno 499 in ecclesia Mediolanensi occupatum esse. fuitne ille episcopus, qui Ennodium sponsorem anno 499 acceperat, re vera Laurentius Mediolanensis? nil certius. nam omnes epistulae, quae sunt de pecunia illa repetenda, scriptae sunt, postquam deus 'communia circa sanctum papam vota respexit' (p. 83, 26) i. e. circa annum 506, cum Laurentio antipapa, quem supra diximus, Roma expulso adversariorum tumultus conticuerunt. hoc autem tempore Ennodium diaconum Laurenti episcopi Mediolanensis fuisse constat. ergo quoniam idem ille episcopus, qui anno 499 Ennodio spondente papae 400 solidos mutuos dederat, anno 506 per eundem Ennodium ut aes alienum solveret papam admonuit, demonstratum est, quod demonstrandum erat, Ennodium iam anno 499 vel potius ante hunc annum in numerum Mediolanensium clericorum adscitum esse. sed parum liquet, num ei iam tum diaconi dignitas fuerit. per aetatem certe licuit, cum anno 499 vicesimum quintum annum ageret aut iam superasset (Concil. Carth. III 4 Arelat. III 1 etc.) atque ea re, quod negotia pro episcopo procuravit, comprobari videtur. tamen monendum est ante annum 502 certum argumentum deesse. synodo Romanae anni 502 Ennodium diaconi munere functum interfuisse ipse testis est p. 4, 26. neque multo antea diaconatum ei obtigisse hanc ob causam concludere debemus, quod se tum 'in ordinis et meriti constitutum infantia' esse dicit (p. 5, 1). quin propter ea quae continuo sequuntur, coniectura ad veritatem videtur propensior, Ennodium tum demum, quia in illis concertationibus optime de Symmacho papa meritus est, ad dignitatem diaconi perductum esse; praesertim cum illis verbis (p. 15, 13) anno 501 vel 502 scriptis: 'confido etiam me ad optatae copiam gratiae perventurum' vix quidquam aliud nisi diaconatus declarari possit.

Diaconus Itaque si non prius, certe ab anno 499 ecclesiae Mediolanensis clericus fuit, aut statim aut inde ab anno 502 diaconi munus exsecutus. nomen diaconi ei inditum est in compluribus inscriptionibus (op. I, II, LX, LXI, LXII) atque suis ipse verbis hunc titulum sibi vindicavit p. 68, 21 et 245, 11 saepiusque ita, ut diaconum alterum nomine fratris appellet velut p. 236, 10. 259, 22; 229, 12. 275, 7. ceterum etiamsi eiusmodi loci deessent, de hac re dubitatio exsistere non posset, cum in epistulis saepe de officio suo verba faciat, cuius summam complexus est hoc modo (p. 24, 25) 'ad gemitus et preces evocat clamor officii'. hinc igitur multae illae epistulae commendaticiae et supplices: adiuvat miseros, reos defendit, viduas orbosque tuetur, servos qui ad opem se ecclesiae sub interpellatione publica contulerunt recipit. qua auctoritate inter patronos floruerit, docetur verbis (p. 81, 17): 'perditus ille clericus expavit causam dicere apud episcopum, postquam defendi a me vidit eos, quibus meum deputastis obsequium'. neque patroni solum sed etiam arbitri munere fungitur, ut hinc elucet (p. 231, 32): 'statuimus ut ..... nunc in potestate est culminis vestri decisionem nostram, si placet, auctoritate fulcire'. quare crebro Ravennatibus ut ait excubiis occupatus erat i. e. cum magistratibus regiis, inprimis cum quaestore (p. 146, 28 'debitum mihi quaestura dissolvat') negotia habebat; atque etiam regem ipsum Theodericum adiit (p. 227, 18. 299, 25. 300, 22). hinc apparet, cur saepius itinera, quae Ennodius Ravennam et Romam et in Galliam fecit, memorentur.

Neque tamen his omnes officii partes enumeravimus: restat illa, quae ad discipulos scholamque Mediolanensem spectat. nam licet dictiones illas, unde scholae et subsellia redolent, ex communi litterarum favore, quem in Ennodio fuisse supra exposuimus, ortas esse dicas atque epistulam, ubi patri cuidam scripsit filium in studiis liberalibus progressus facere (p. 257, 19), aliter explicari posse concedamus, verba tamen ut p. 297, 9 ‚erubesco ecclesiastica profitentem ornamentis saecularibus expolire' et p. 296, 28 ‚nihil longe degentibus magistris opus est, quando digna laude loquitur qui dirigit ad docentem. erubesco insinuatum minus invenisse quam detulit, deum rogans, ut quod de me per adfectionem praesumitis, ingenii valeam virtute conplere' — huiusmodi inquam verba satis aperte indicant Ennodium non solum Pateri illius sed etiam aliorum adulescentium eruditionis provisionem, ut ait p. 310, 30, respexisse. quid, ipse se praeceptorem appellat p. 8, 2, et p. 272, 4 pronuntiat: ‚de nostro hausit Arator, quicquid deo amplificante de scientia opum largus effuderit' itemque p. 320, 27 gloriatur a se Avienum eruditum esse. noli tamen id ita intellegere, ut Ennodium pro ludi magistro a me haberi existimes; sed scholae vel potius auditorii Mediolanensis, cuius litterator Deuterius fuit, curatorem et fautorem eum fuisse puto. artem rhetoricam autem nonnullos ipse docuit, cum ille pristinus mos, secundum quem adulescentes claros oratores tamquam magistros sectabantur, tum non funditus abolitus esset. ut exempli causa Faustus ‚Romani status eloquii' (p. 15, 33) Castorium et Florum instituerat (p. 21, 13), ita Ennodius nobiles quosdam adulescentes quasi contubernales arte rhetorica, cuius Deuterius parum fuit peritus (op. CCXXXIV 7), excolebat.

Sed redeamus ad vitam Ennodi ex temporum ordine digerendam. proxima post res Ravennae gestas ut ita dicam statio esto in synodo Romae ad schisma componendum habita anno 502. nam hoc anno episcopos Italiae a Theoderico Romam convocatos esse, ut de criminibus Symmacho papae obiectis iudicarent, nuper certis rationibus probasse nobis videmur (v. Sybel histor. Zeitschr. N. F. XIV p. 400 ss.). Ennodium tum ipsum Romae fuisse dictione quam habuit ‚quando de Roma rediit' (II) ostenditur; sed quanti momenti eius opera in illa synodo fuerit planis verbis traditum non est. neque tamen mediocriter auctoritatem eius aestimandam esse conicere licet hinc: primum quod Ennodius amanuensis fuit Laurenti episcopi Mediolanensis, quem ceteri episcopi ‚quasi ducem deliberationis tenuerunt' (p. 4, 2) cuiusque nomen in subscriptionibus synodi primum locum obtinet; tum quod Ennodius Roma reversus gloriatur (p. 5, 4) ‚didicimus iam quo turbine pro amore fidei hasta iacienda sit' atque postea Symmachum papam meritorum, quae sibi deberet, commonuit (p. 180, 14); denique quia ‚libellum adversus eos qui contra synodum scribere praesumpserunt' scribendum suscepit vel ut susciperet ab episcopis ipsis electus est. — Videlicet locupletissimum huius rei testem se esse simulat Pseudo-Isidorus, qui haec in medium profert: ‚Post consulatum Avieni cum in unum annuente domino ante confessionem beati Petri apostolorum principis resedissemus, sancta synodus dixit: Libellus qui synodali auctoritate contra eos qui adversus quartam nostram synodum, quae habita est Romae Palmari mutire praesumpserunt, ab Ennodio conscriptus est, coram omnibus deferatur et in praesentia omnium legatur atque roboretur! quo recitato et ab omnibus consona voce comprobato sancta synodus dixit: Haec futuris temporibus conserventur atque ab omnibus teneantur et ab omnibus serventur. hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus teneatur atque inter IIII et V synodorum nostrarum actiones interponatur et ita sicut harum synodorum decreta habeatur, quia synodali auctoritate conscriptus est et roboratus.' — At haec et alia, quae hac de re apud Isidorum legimus, merae sunt nugae et nebulae (Hinschius Decretales p. CV), quibus tamen offusis res difficilior ad perspiciendum facta est. ceterum ad falsarii illius praestigias dissipandas hoc afferre sufficit, quod libellum Ennodi apologeticum eisdem mendis et glossematis depravatum exhibet, quibus omnes Ennodiani libri praeter unum Bruxellensem inquinati sunt:

Synodus Romana

| | Codex Bruxellensis: | Codices ceteri Ennodi et Isidorus: |
|---|---|---|
| p. 49,6 | negotii | negotii intentionis |
| 31 | inscitiae | inscientiae |
| 50,2 | myfiticam (= mephiticam) | mysticam |
| 9 | abscondito | absconditi |
| 10 | deo | domino |
| 14 | dictorum | doctorum |
| 17 | appellit (= appellet) | repellit appellit |
| 27 | fatigatione | fatigationibus |
| 51,10 | nego | nescio |
| 18 | sodomae | sodoma |
| 54,9 | testimonio | in testimonio |
| 55,4 | adversus | ad |
| 14 | illa vestra eligantia pertrahetur | illam vestram elegantiam pertrahitis |
| 33 | spem | *om.* |
| 38 | districtioni | districtionem |
| 57,8 | humanum os | manum os |
| 10 | | quibus *interpolatum* |
| 58,35 | accusato | accusator |
| 59,14 | | desideriis *interpolatum* |
| 26 | | est *interpolatum* |
| 61,1 | gloriam non requirit, ad laudem suam iniuriam credit esse quod iungitur. respicite quasi libra qua dispensatione venerabilis | gloriam venerabilis *om. cetera* (*cod.* V *addit notam* h̃d!) |
| 5 | sufficiant | sufficiunt |
| 62,27 | obruere | subruere |
| 38 | nec dum | nedum |
| 63,1 | onerabit (= oneravit) | onerabat |
| 17 | parientis | parentis |
| 27 | accipiat | accipit |
| 28 | ledere (= laedere) | ludere |
| 64,6 | dicisione (= decisione) | discissione |
| 20 | involvunt nebule | involvit nebula |
| 21 | praedicantes lucis auctorem | praedicate lucis auctores |
| 22 | qui | quia |
| 26 | conquaeror | queror |
| 33 | sepelire | sepeliri |
| 65,25 | qui — eis | quae — eos |
| 66,12 | a coepto | coepto |
| 29 | | non *interpolatum* |
| 67,15 | habeat | habet |

Hac lectionum discrepantia credo satis superque demonstratum est Isidorum non ex vetusto archetypo sua hausisse, sed ex corrupto exemplari cum deteriore Ennodianorum codicum familia artissime coniuncto pendere. — Illae vero IIII et V synodi, quas memorat Isidorus et hodie quoque plurimi discernendas esse putant alteram anno 502 alteram 503 tribuentes, non duo concilia erant, sed eiusdem concilii conventus vel collectiones vel congregationes, quae vocabula in actis synodi ipsis promiscue adhibentur, i. e. sessiones vel, ut in concilio Chalcedonensi nominantur, actiones. nam si quae actis synodorum et epistulis Theoderici (Thiel epist. pontif. p. 657—695) quaeque ab auctore Veronensi et libro pontificali tradita

sunt, inter se collata examinaveris et ad Ennodi libellum adhibueris considerandum, hanc rerum rationem esse tibi persuadebis:

Paulo post pascha anni 502, quod eo anno celebratum est XVIII Kal. Mai., Theodericus episcopos ex omnibus Italiae provinciis Romam convenire iussit, ut de Symmacho papa propter adulterium (p. 51,8. 58,9. 62,21) et bona ecclesiae dissipata (p. 58,26) accusato iudicarent. sed cum illi cunctarentur atque prius per episcopos Liguriae Aemiliae Venetiarum, quibus iter per Ravennam faciendum erat, regem interpellarent, qua causa quove iure concilium convocasset (p. 50,28. 51,25), synodus vix ante mensem Iulium Romam convenit. dies quo primum deliberaverunt, in actis indicatus non est. huic synodo vel sessioni in basilica Iulii habitae Symmachus papa ipse interfuit. qui cum postulasset, ut antequam de criminibus ageretur, visitator a Theoderico ecclesiae Romanae praefectus decederet (p. 60,18) et ipse in integrum restitueretur, episcopi autem non auderent quidquam suo periculo statuere, legati ad regem missi sunt. sed cum ipsi a Symmacho papa voluntate alienati essent (p. 59,12), quae petitum missi erant, non impetraverunt. interim Romae non solum verbis sed etiam gladiis acriter inter papae et antipapae partes pugnabatur. quare multi episcopi iam tum morae pertaesi urbem perturbatam reliquerant (50,5), ceteri a rege petierunt, ut synodum Ravennam transferret. id Theodericus acerbis verbis improbavit et secundum conventum Kal. Sept. constituit (epistula VI Id. Aug. data).

Haec secunda synodus Kal. Sept. in basilica Hierusalem Sessoriani palatii habita decrevit libellum, quem accusatores paraverant, suscipiendum esse. contra quem sese defensurus Symmachus papa in viam se dedit, sed a turbis adversariorum oppressus in saepta beati Petri se recepit atque ab episcopis ex hac secunda synodo quater admonitus, ut ad iudicium suum veniret, ex basilica Petri prodire constanter recusavit (p. 57,24).

Tertia synodus medio fere mense Septembri convocata in papam multo lenius consuluit, quia illam Theoderici severam epistulam altera multo mitior VI Kal. Sept. Ravennae data, Romam ergo post secundam synodum perlata, secuta est. papa denuo per legatos citatus est, sed rursus abnuit his verbis: ‚Primum ad conventum vestrum, quando Romae venistis, sine aliqua dubitatione properavi et privilegia mea voluntati regiae submisi et auctoritatem synodo dedi, sicut habet ecclesiastica disciplina, restaurationem regulariter poposci. sed nullus mihi a vobis effectus est. deinde cum convenirem cum clero meo, crudeliter demactatus sum. ulterius me vestro examini non committo: in potestate dei est et domini regis, quid de me deliberet ordinare.' — Tum episcopi hanc sententiam ad Theodericum rettulerunt: ‚nobis quod possimus facere non remansit, nec invitum ad disceptationem nostram adducere possumus', suppliciter addentes, ‚iam diutius nostrorum mortes et pericula propria Romae pati non possumus (cf. Ennod. op. II v. 13). sed concedite nobis optatissimo praecepto vestro, ut ad ecclesias nostras liceat nos reverti'. — Rex iram vix cohibens moderatis, tamen gravibus verbis rescripsit (sub die Kal. Octobr.): ‚nec a nobis vestri exspectetur forma iudicii, sed vos qualiter vultis ordinate. sive discussa sive indiscussa causa proferte sententiam, de qua estis rationem divino iudicio reddituri, dummodo, sicut saepe diximus, hoc deliberatio vestra provideat, ut pax senatui populoque Romano submota omni confusione reddatur' (Thiel l. c. p. 676—679).

Quarta synodus X Kal. Nov. habita Romae (Palmaris) ex facultate a rege data Symmachum absolvit; adversarii ut in gratiam cum papa redirent commonentur, paenitentibus venia promittitur, renitentes statutis canonicis terrentur. — Huic synodo post paucos dies (VIII Id. Nov.) quinta adiuncta est, cui praefuit Symmachus papa in pristinum statum restitutus. atque haec habita est in basilica beati Petri, quod non casu factum est. cum enim antea episcopi in alias basilicas se congregavissent, quia Petrus visitator basilicam Petri intrare noluit (p. 60,28. 61,12), tum auctoritate adversariorum infirmata vel sublata papa episcopos ad se arcessivit, et episcopi, qui antea papae praeceperant, dicto eius audientes sunt.

Haec pluribus verbis explicavimus, quod plurimum valent cum ad Ennodi libellum pro synodo intellegendum tum ad quaestionem solvendam, quando ille libellus conscriptus sit. ac monendum est, ne ab Ennodio illum libellum, quem accusatores Symmachi iam Kal. Sept. synodo tradidisse supra vidimus, refutatum esse ducas. libellus, quem Ennodius redarguit, inscriptus erat ,adversus synodum absolutionis incongruae' (p. 49, 29); atque quod ex hoc ipso titulo cognosci potest, Ennodi refutatione comprobatur, has accusationes post Symmachi absolutionem i. e. post X Kal. Nov. et non solum contra Symmachum sed etiam contra omnes episcopos, qui eius absolutionem effecerant, intentas esse. illius prioris libelli praeter acta synodorum et apud auctorem Veronensem et in libro pontificali mentio fit, sed posteriorem praeter Ennodium, quod sciam, commemorat nemo. attamen etiam plura volumina de his rebus conscripta esse Ennodius significare videtur p. 50, 9. — Cum igitur adversariorum libellus non ante mensem Novembrem anni 502 compositus atque ab Ennodio vix ante adventum Mediolanum mense Decembri lectus sit, ipsius libellum apologeticum primis mensibus anni 503 editum esse veri persimile est, quamquam consilium victoriam Symmachi papae celebrandi statim post reditum ceperat (p. 5, 6). illam defensionem utrum sua in Symmachum voluntate vel gloriae cupiditate incitatus an episcoporum iussu conscripserit, non liquet: mihi quidem certa argumenta deesse videntur, etiamsi quae in praefatione (p. 49, 8 ss.) exponuntur et id, quod Ennodius pro episcopis vocabulo ,nos' et ,noster' (p. 57, 31. 58, 3. 59, 35) utitur, ab eis afferri possunt, qui episcoporum nomine eum dixisse putant.

Ceterum hoc Ennodi libello non magis quam synodi decreto effici potuit, ut adversarii Symmachum papam urgere desisterent vel obmutescerent. immo auctor Veronensis tradidit haec: ,Clerus et senatus electior qui consortium vitaverat Symmachi, petitionem regi pro persona Laurentii dirigit, qui eo tempore Ravennae morabatur Symmachi violentiam persecutionemque declinans, ut ipse Romanae praesederet ecclesiae, ubi dudum fuerat summus pontifex creatus ..... sic Laurentius ad urbem veniens per annos circiter quattuor Romanam tenuit ecclesiam; per quae tempora quae bella civilia gesta sunt vel quanta homicidia perpetrata, non est praesenti relatione pandendum'. haec comprobantur et quodam modo amplificantur libri pontificalis verbis: ,Eodem tempore Festus, caput senatus exconsul, et Probinus exconsul coeperunt intra urbem Romam pugnare cum aliis et maxime cum Fausto exconsule, et caedes et homicidia in clero ex invidia ferebant etc.' — Tamen Ennodi libellum et ab aequalibus et a posterioribus magno assensu exceptum esse, et hinc elucet, quod paucis annis post laudator Theoderici ab ecclesia electus est (p. 209, 27. 212, 29) et inde quod a nono saeculo ad illud opusculum saepius, ut episcopi Romani principatus defenderetur, provocabatur.

Exstant etiam alia Ennodi opuscula, quae cum schismate aliquo modo conexa eodem tempore orta esse constat. paulo post synodum Romanam ,praeceptum quando iussi sunt omnes episcopi cellulanos habere' (op. VIII) ab Ennodio episcopi sui nomine scriptum est. postquam enim episcopi a papa aut a synodo iussi sunt cellulanos i. e. clericos contubernales pro vitae morumque suorum testibus secum habere, ipsi idem clericis suis imperaverunt (Sirm. in not. p. 72). quod praeceptum ad defendendum (p. 12, 29) memoratur exemplum recens oculis oblatum Symmachi papae, cuius mores nuper adversarii maledici suspectos fecerint: ergo paulo post annum 502 ab Ennodio compositum est. — Item hac ratione dictio in Laurentium Mediolanensem episcopum, quo tempore habita sit, definiri potest. postquam enim Ennodius in illa dictione disseruit Laurentium in synodo Romana primas inter Italiae episcopos egisse et plurimum ad papam absolvendum valuisse, haec addidit (p. 4, 8): ,dicat aliquis forsitan rerum gestarum malignus interpres: quam sortita est de huiusmodi constantia praesens causa decisionem? quaerat, qui finis de laudato sudore contigerit'. ergo quoniam etiamtum victoria dubia inter papam et adversarios eius decertabatur, illa dictio post annum 502 et ante 507, quo anno Lau-

rentium antipapam Roma inferiorem discessisse infra exponetur, composita est. — E ceteris operibus, ubi illarum turbarum ecclesiasticarum mentio facta est, illas tantum epistulas, quae ad schismaticum episcopum Aquileiensem spectant (CXVII. CLXVI. CLXVIII. CLXXIV. CLXXVII. CLXXVIII), selectas leviter perstringamus. in catalogo episcoporum Aquileiensium enumerantur Theoderici temporibus Marcellianus et Marcellinus (Ughelli Italia sacra V p. 25) et anno 504 hunc in locum illius successisse opinio vulgata est. qua cum opinione congruit, quod ex Ennodio pluribus epistulis inter se collatis cognoscimus, eo tempore quo inter Symmachum et Laurentium de sede apostolica decertabatur, episcopum Aquileiensem decessisse eiusque in locum Marcellinum suffectum esse. in epistula ad Avitum Aquileiensem data (p. 151, 8) Ennodius mortem ‚tanti pontificis' maxime se deflere simulavit, contra in epistula ad papam tamquam victoria quadam exsultans exclamavit (p. 150, 4): ‚agnoverunt adversarii sedis vestrae quo propugnante vincantur: quod proxime de Aquileiensi redemptor noster persona reseravit', quibus ex verbis simul intellegimus schismatis tempore episcopum Aquileiensem mortuum esse. quaestio autem, cur Ennodius, utroque loco sine dubio de eodem homine dicens, hunc altero loco ‚tantum pontificem' altero contemptim ‚Aquileiensem personam' appellaverit, haud difficilis ad solvendum est, quandoquidem verbis ipsis, quae modo attulimus, illum episcopum a partibus Laurenti antipapae stetisse comprobatur. post mortem eius Marcellinus Aquileiae episcopus factus est (p. 153, 22. 27), quamquam propter mores in suspicionem adductus (p. 153, 32); nam a Liberio patricio potentissimo defensus facile adversariorum suorum obtrectationes reppulit. neque autem a veritate aberrare nobis videmur, cum auguramur principem eorum, qui Marcellinum detrectaverant, fuisse Avitum, nobilissimum illum Aquileiensem virum, cuius suffragium in episcopo eligendo permultum valuit (p. 151, 12). ille cum matre sua Ennodium hortatus erat, ut sese adiuvaret, ne is qui ad cathedram Aquileiensem aspiraret, qui p. 156, 7 ‚malus homo' et p. 155, 31 ‚dirus homo, nulla bonae institutionis incude formatus' dicitur, episcopatum adsequeretur. qua in re id satis mirum videtur, cur ad episcopum Aquileiensem constituendem et Avitus et Liberius patricius sententiam Ennodi i. e. episcopi Mediolanensis, cuius amanuensis erat, petiverint. scripsit autem Ennodius Liberio (p. 154, 4): ‚iungo et ego, amplissimi, partibus vestris pro modulo exiguitatis propriae caelo vobis obsequente consensum'. Pseudo-Isidorus videlicet, qua est fallendi facilitate et levitate, illam epistulam ad Liberio datam a Symmacho papa emissam esse finxit. et quoniam mendacibus, quo sunt fidentiores, eo maior fides habetur, ille etiam subscriptionem addidit: ‚data XVIII Kal. Nov. die indictione VIII' (i. e. 499). sed hae sunt nebulonis praestigiae. — Cum quod catalogi tradunt anno 504 Marcellinum episcopum Aquileiae factum esse, Ennodi epistulis confirmetur, dubitare non licet, quin illi, qui antea episcopus fuerat, Marcellianus nomen fuerit. atque hunc Marcellianum intellegendum esse puto p. 129, 9 et eundem esse, qui cum Laurentio et Petro episcopis in inscriptione epistulae Theoderici ad synodum missae (Thiel epist. pontif. p. 670) nominatur. nam cum hinc appareat Marcellianum illum inter episcopos, qui synodo Romanae interfuerant, praestitisse, tamen eius nomen cum in Ennodi libello apologetico (p. 59, 36), ubi Laurentius et Petrus commemorantur, omissum est, tum in subscriptionibus synodi deest; unde sequitur, ut Marcellianus Symmachi absolutionem improbans ad partes antipapae transierit. supra vero monuimus episcopum, qui ante Marcellinum ecclesiae Aquileiensi praefuerat, i. e. Marcellianum cum antipapa fecisse. quare pro explorato habendum est hunc schismaticum episcopum Aquileiensem et illum in synodo dictum Marcellianum eundem esse, praesertim cum alius episcopus Aquileiensis in subscriptionibus non occurrat. neque tamen silendum est, eorum qui illam Theoderici epistulam recensuerunt, alios nomen Marcelliani praebere ut Baronium et Sirmondum, alios autem Marcellini; dolendum est quod Thielius hanc rem non accuratius perquisivit sed satis habuit adnotasse p. 95 ‚Marcellianus seu Marcellinus'.

Haec certamina ecclesiastica Theoderico regi magnae curae fuerunt et magnopere displicuerunt. quamquam enim ei id potissimum propositum erat, ut ordinem et pacem servaret et ab ecclesiasticis rebus abstineret, tamen quod adversarius Symmachi Laurentius fuit, qui illud Zenonis henoticon probaverat et cum imperio orientali conspiraturus esse videbatur, hanc ipsam ob causam Symmacho propitius esse debuit. ac profecto Symmachus ex iudicio Ravennae 499 habito victor evaserat; anno 500 Theodericus Romae a Symmacho summo cum honore exceptus est; synodi Romanae tempore regem summa moderatione usum esse ipse Ennodius multis verbis testatur (p. 59, 13 et 61, 2). neque id omittendum est anno 502 Avienum, filium Fausti, ‚qui solus pro ecclesia pugnabat' (cf. librum pontificalem), consulem fuisse. sed posterioribus annis animum regis potius in Laurentium inclinasse non modo ex auctoris Veronensis verbis, qui tum antipapam Ravennam ad regem confugisse tradit, sed etiam ea ex re concludimus, quod anno 504 Cethegus, filius Probini, qui Symmacho inimicissimus erat, consul creatus est. atque huc spectant Ennodi verba, quibus (p. 146, 5 et 147, 4) significavit vehementer se sollicitum esse de Fausti salute propter inimicorum intumescentem superbiam. inimici enim Fausti, qui ecclesiae propugnator dictus est, eidem Symmachi fuerunt. tamen non ita multo post Symmachus iterum in gratiam Theoderici rediit et id, quod memoratu dignum est, eo tempore quo Faustus quaestor fuit. scripsit enim Ennodius in epistula ad Faustum quaestorem data (p. 74, 12) haec: ‚deo gratias, quia felicitas vestra votivis erigitur aucta successibus, quod tumida inimicorum cervix Christo deo nostro gravata subcumbit'. quo anno hoc factum est? factum est eodem anno, quo Messala, alter Fausti filius, consul fuit i. e. anno 506; quo Iohannes diaconus a Symmacho ut restitueretur his supplicibus verbis petivit (Thiel epist. pontif. p. 697): ‚agnoscens errorem meum spero misericordiam beatitudinis vestrae et redintegrari me unitati: consentiens, quae veneranda synodus iudicavit atque constituit, anathematizans Petrum Altinatem et Laurentium Romanae ecclesiae pervasorem et schismaticum ...... obtuli sub die XIV. Kal. Oct. Messala consule'. gravissimum autem testimonium est epistula Theoderici ad senatum V Id. Mart. Venantio consule (= a. 507) data (Thiel l. c. p. 695), qua tandem decretum synodi Romanae sanxit. tum igitur Symmachus papa legitimus agnitus est, tum contumacia adversariorum victa Laurentius Romam reliquit, tum denique concordia in ecclesia Romana vel species concordiae reconciliata est. quodsi Cassiodorius in chronico ad annum 514 adnotavit post Symmachi demum mortem ‚adunato clero vel populo Romanae ecclesiae rediisse optatam concordiam', minime hoc verum esse negabimus, tamen haud scio an iure conicias Cassiodorium Symmacho non favisse. nam ab amicis papae velut ab Ennodio (p. 229, 30 et 318, 27) Symmachus magnis laudibus effertur, quod ipsius opera ecclesiae Romanae concordia reddita sit. Cassiodorium autem a Symmacho eiusque factione abalienatum fuisse etiam ea re mihi comprobari videtur, quod eius in omnibus Ennodi operibus ne verbo quidem mentio fit et quod Cassiodorius Faustum acerbissimis verbis in var. III 20 carpit et notum artificem nocendi appellat.

**Panegyricus Theoderico dictus** Anno 506 vel 507 regis gratiam rursus adepti Symmachus et qui cum eo fecerant quibus gaudiis exultaverint quibusque adulationibus regem cumulaverint, optime ex Ennodi epistula ‚in Christi signo' inscripta (CDLVIII) cognoscitur, quam ad schismatis finem referendam esse Sirmondus iam perspexit atque etiam evidentius demonstravit Thiel (p. 96 et 699), sagaciter intellegens verba Ennodi (p. 319, 10) ‚ecclesiarum nostrarum patrimonia etc.' in decreta synodi Romanae a Theoderico anno 507 approbata cadere, quibus ecclesiae opes ne imminuerentur procuratum est. atque manifeste Ennodi verbis (p. 319, 3): ‚quod vix veteres principes praesentiae suae sudore potiti sunt, hoc semper regis nostri brevis procuravit epistula', illa tangitur res, quam auctor Veronensis sic descripsit: ‚(rex) praecepta dirigit admonens, ut omnes ecclesiae tituli Symmacho reformentur et unum Romae pateretur esse pontificem'. tum recte observavit Fertig *(Ennodius und seine Zeit III, Landshut 1858 p. 3)* hanc epistulam, quam Ennodius Symmacho papae ut regem praedicaret

scripsit, tamquam prodromum quendam esse panegyrici Theoderico dicti. eaedem enim regis virtutes hic atque illic laudibus efferuntur: fortitudo iustitia clementia continentia. scilicet in epistula leviter attingit et paucis absolvit quae in panegyrico multis et magnificis verbis exaggeravit. velut victoria a Theoderici exercitu de Sirmiensibus et Bulgaribus anno 504 reportata, quam in panegyrico omnibus orationis artificiis illustravit, hic (p. 319, 4) verbis pressis et obscuris ,per excursus dirigitur felix exercitus ad triumfum' perstringitur. simillima autem utriusque opusculi extrema pars est (p. 214, 20 et 319, 23), ubi Ennodius pro summa Italiae felicitate id unum precandum esse dixit, ut Theoderico heres regni nasceretur (ergo haec spes anno 507 nondum erat praecisa). denique illa epistula Ennodius papam monuit sese paratum esse Theoderico pro beneficiis ecclesiae tributis gratias agere, atque quia in panegyrico professus est (p. 209, 27) ,suscepi officium laudatoris' et (p. 212, 29) ,nunc ecclesia (me) dirigit laudatorem', in promptu est a papa Ennodio officium regem oratione sollemni laudandi delatum esse. quare non assentior Cipollae, qui in Archivio historico Italiano *(Serie quarta No. 33 t. XI 1883 p. 357)* summam quaestionis complexus haec disseruit: *trattasi sola di una di quelle esercitazioni retoriche, ch'erano diventate di moda negli ultimi tempi dell' impero.* difficillima autem diiudicatu est quaestio, utrum panegyricus, ut inscriptione affirmatur, dictus an, ut censet Cipolla, qui l. c. panegyricum appellat *una esercitazione retorica inviata per iscritto al re,* scriptus Theoderico innotuerit. quamquam enim illum re vera dictum esse et communi more Romano et nonnullis enuntiatis, quibus Ennodius ipse de suo opere utitur, comprobari videtur, aliis certe non improbatur, veluti p. 203, 26 *narrare,* 204, 24 *narratio,* 204, 27 *elocutio,* 211, 35 *eloqui,* 212, 21 *dicere,* 213, 10 et 214, 23 *oratio:* tamen non desunt, quibus Cipollae sententiam haud prorsus damnandam esse doceatur. nam etiamsi enuntiatum (p. 203, 11) *oblatio litteraria* non premimus, quod enuntiato proximi versus *linguarum exercitia* statim compensatur, graviter offendimus in verbis (p. 206, 4): ,cursim multa transcendo, ne pigrioris stili vitio serus advenias'. quid sibi vult vocabulum *stili,* si panegyricum recitatum esse statuitur? cogitari quidem potest, si panegyricus non dictus est, eum dictum esse ab Ennodio simulari: num etiam potest explicari, si panegyricus recitatus est, cur id dissimulaverit? quidquid autem hac de re senseris, ei qui urbem, ubi dictus esset, exquirere studebant, operam et oleum perdiderunt; quare ipse hac quaestione abstineo. tempus vero, quo dictus vel scriptus est, satis iam definitum esse videtur ea re, quod gratiarum actionem in Theodericum, cuius auxilio Symmachus papa anno 507 adversarios vicerat, continet. qua ratione temporis fines iam ab aliis constituti magis coartantur. cum enim belli Sirmiensis anno 504 gesti mentio fiat, bellum gravius autem anno 508 cum Burgundionibus exortum nusquam commemoretur, termini constant, quos ultra citraque progredi non licet. ceterum bellum cum Burgundionibus ortum esse non solum nusquam in panegyrico traditur, sed disertis verbis pacem diuturnam inter Gothos et Burgundiones esse affirmatur (p. 209, 32).

Ex reliquis rebus, quae ad tempus definiendum attinent, unum locum nonnullis verbis enarrabimus adhuc perperam interpretatum (p. 213, 7): ,rex meus sit iure Alamannicus, dicatur alienus'. cur autem Theodericus cognomen Alamannici mereret, p. 212, 5—12 explanatum est. at quis est ille alienus rex, qui indignus illum titulum sibi vindicavit? unus intellegi potest Anastasius, orientis imperator. Alamannicus enim non solum Iustinianus posterioresque imperatores appellati sunt, ut ab aliis iam observatum est, sed iam Anastasius hunc titulum ipse sibi indidit in epistula ad senatum urbis Romae V Kal. Aug. anni 516 data (Thiel epist. pontif. p. 765). ad causam autem cognoscendam, cur Anastasius ab Ennodio tectis verbis pervelleretur, satis erit legisse Symmachi papae epistulam eodem fere tempore (a. 506/7) scriptam apologeticam adversus Anastasi imperatoris libellum famosum, quo pontificem, a quo ipse excommunicatus erat, multis contumeliis affecit dicens Symmachum Manichaeum neque papam legitime consecratum esse (Thiel l. c. p. 700). praeterea Ennodius, ut Theoderico gratum se futurum sperare posset quod Anastasium

carperet, propria causa fortasse permotus erat: quamquam sufficit ad id explicandum simultas, quae duci Ostrogothorum a principio cum imperatore orientali fuerat ac ne tum quidem deposita est, postquam Anastasius imperator (excerpt. Vales. 64) facta pace de praesumptione regni anno 498 omnia ornamenta, quae Odoachar Constantinopolim transmiserat, ad Theodericum remisit. id declarat Ennodius aperte his verbis (205, 23): ‚oppono principem meum (Theodericum) ita agere, quasi inter imperatores adhuc precetur adiungi'. atque etiam apertius ira, quod Anastasius tamdiu Theoderico insignia imperii negaverat, exprimitur his (p. 214, 4): ‚sceptra tibi conciliavit splendor generis, cuius si deessent insignia, eligi te in principem mens fecisset'. ergo Theoderico, cui pro sceptris et insignibus splendor generis est, precibus non opus fuit, ut ab Anastasio agnosceretur; quod pluribus verbis exsecutus sic complectitur (p. 214, 14): ‚quod agunt in aliis dominis diademata, hoc in rege meo operata est deo fabricante natura'. ad summam: Theodericus rex est non Anastasi, sed dei gratia.

Epiphani vita

Panegyrico et libello pro synodo, quantum in rem esse videbatur, examinatis unum restat ex illis tribus opusculis amplioribus: vita Epiphani Ticinensis episcopi, maximum et optimum, ut iudicat Sirmondus, Ennodi opus, variam ac multiplicem illorum temporum historiam complexum. ac profecto in tanta rerum saeculo quinto gestarum obscuritate vel σκοτεινὸς Ennodius ut in densis tenebris caliginosa stella splendet. quantum haec Epiphani vita ad historiam illius saeculi cognoscendam proficiat, hic exponere neque volumus neque possumus; sed nostrum erit paulisper inquirere, quo tempore ab Ennodio composita sit. ac tenendum est Epiphanium episcopum anno 496 ineunte mortuum esse, ut iam Dionysio Petavio auctore Bollandistae computaverunt, cum plurimi Sirmondum secuti annum 497 vel cum Ughello 498 statuant. epistula enim Gelasi papae VIII Kal. Febr. Asterio et Praesidio consulibus i. e. 494 data et Ennodi verbis, quae leguntur p. 102, 29, inter se comparatis constat Epiphanium mense Martio anni 494 illud iter in Galliam fecisse, unde tertio mense (p. 106, 27) i. e. Maio vel Iunio revertit. tum tradidit Ennodius post huius itineris labores ‚necdum biennio exacto' (p. 107, 13) Epiphanium hieme (scil. 495/6) Ravennam profectum esse. quo ex itinere aeger Ticinum reversus septimo die (p. 108, 28) mortuus est. porro cum in martyrologio Romano XII Kal. Febr. Epiphani memoria celebretur, eum die 21. mensis Ianuari 496 decessisse certum est. mortuus autem est LVIII aetatis annum agens, postquam triginta annos episcopus fuit. atqui cum Crispinus, qui ante Epiphanium ecclesiae Ticinensi praefuerat, 13. Iul. e vita excesserit et ab Ennodio in Epiphani tricesimum sacerdotii annum (p. 40, 20), cum ille etiamtum incorrupta sanitate esset, dictio habita sit, Epiphani episcopatus incidit in annos 465—496 (falso Dion. Petavius in rationario temporum I p. 375).

Vitam Epiphani narraturus Ennodius testatur se ‚sub oculis praesentia paene et nimium nota commemorare' (p. 85, 17); contra ea p. 109, 4 admonet, ut ‚post annosa curricula' mortem Epiphani deflere desisterent. quae verba quamquam inter se non adversantur, tamen ad certum tempus definiendum, quo scripta sint, non sunt idonea. quodsi quaerimus, utrum Ticini an Mediolani commoratus Ennodius vitam Epiphani scripserit, plura pro Ticino et contra Mediolanum afferri possunt. nam res, quas descripsit, magna parte ex litteris in episcopi Ticinensis tabulario servatis hausisse videtur, tum quae (p. 89, 23) de metropolitana iactantia inseruit, his Mediolanenses petivisse existimandus est, deinde Laurentium episcopum Mediolanensem (p. 99, 36. 100, 2) tam ieiunis verbis commemorat, ut nulla re indicetur Ennodium tum iam clericum fuisse Mediolanensem. sed contra haec proferenda sunt alia, quibus vitam Epiphani post annum 499, quo anno Ennodium iam Mediolani fuisse supra statuimus, scriptam esse mea quidem sententia necessario demonstratur. dolendum est, quod de vita vel morte Honoratae et Luminosae, quas ut iam mortuas Ennodius laudat, nihil constat. etiam Victor episcopus Taurinatis urbis ab Ennodio

inter mortuos numeratur; sed annus quo vita cessit, eatenus tantum definitur, quod qui episcopus ecclesiae Taurinatis decretis synodi Romanae anni 502 subscripsit, Tigridius fuit (Thiel l. c. p. 693). id vero aliquid momenti habet, quod Godigiselum regno iam spoliatum esse — spoliatus autem est anno 500 — verbis p. 106, 14 indicari videtur; totam autem quaestionem ea re profligari puto, quod de Rusticio, quem plurimi dicunt Rusticum, episcopo Lugdunensi p. 103, 7 haec legimus: ,hoc ordine mira celeritate Lugdunum ingressus est, ubi Rusticius tunc episcopalem cathedram possidebat, homo qui et in saecularis tituli praefiguratione sacerdotem semper exhibuit et sub praetexta fori gubernatorem gessit ecclesiae'. Rusticius enim secundum epitaphium *(Le Blant I n. 21, Boissieu p. 569)* ,obiit VII Kal. Maias Abieno consule' (i. e. anno 501; *cf. Binding Geschichte des Burgund. Königreichs Not. 463 et Jahn Geschichte der Burgundionen II p. 18;* alii minus recte intellegunt annum 502). itaque post hunc annum vitam Epiphani Ennodius scripsit: nam subtilior illa quaestio, num Rusticius usque ad mortem episcopus Lugdunensis fuerit — quod equidem persuasum habeo —, huc non spectat, quia eum illo tempore non solum ex episcopatu sed etiam ex vita decessisse Ennodi verbis significatur. annum autem, ante quem vita Epiphani composita sit, definiri posse existimo ex his verbis (p. 99, 19): ,vicit is (scil. Theodericus), cuius post triumphum spoliatum vagina gladium nullus aspexit'. nam Theoderici gladium post Italiam occupatam nunquam vagina spoliatum esse nisi ante annum 504, quo Sirmium armis recuperavit, dici non potuit.

Haec ampliora opera dum Ennodius exarat, permulta alia conscripsit: hymnos in laudem dei et sanctorum, epigrammata honorifica et contumeliosa, poemata ludicra et lubrica, dictiones vel declamationes, epistularum copiam haud mediocrem. sed quamvis multae epistulae servatae sint, tamen maiorem partem earum, quas scripsit Ennodius, codicibus traditam non esse facile intellegitur. scripsit enim tam multas, ut ad eas perferendas haberet domesticum perlatorem (p. 82, 3. 111, 8. 24. 225, 2. 230, 15), quem nominat aliis locis portitorem hominem suum (p. 229, 32. 281, 5. 197, 21) et clericum suum baiolum (p. 146, 18). nimirum et ipse cum omnibus hominibus, qui tum auctoritate valebant, litterarum commercio uti volebat et multi eique clarissimi viri ut ab Ennodio litteras acciperent operam dabant: ut Boethius, scriptor ille celeberrimus, paulo ante consulatum suum, cum ipse iam summa gloria florebat, prior ad Ennodium litteras dedit (p. 236, 31), Leontius abbas Lerinensis ut vitam sancti Antoni, monachi Lerinensis, describeret rogavit (p. 186, 9), Avienus Messala Parthenius Simplicius aliique adulescentes nobilissimi libellos suos recensendos tradiderunt. ad auctoritatem qua inter aequales praestitit aestimandam non absonum erit in medium proferre epigramma (op. CCX) ,in missorio ubi imago ipsius est':

Divitibus pretium est Ennodi forma metallis.

Cetera opera

Ut plurimae Ennodi epistulae lacrimis et fletibus tamquam madent, ita de occupationibus suis curis molestiis tribulationibus necessitatibus saepissime queritur. quid igitur mirum, si morbos, quibus interdum vexabatur, immodicis verbis deplorat! tum cum Parthenium, ut animum excoleret atque perpoliret, Romam misit, i. e. circa annum 507 ex oculis laborabat (p. 179, 5. 181, 2); quo ex morbo, quia ,male oculos ante receptae valitudinis substantiam impositus labor accepit' (p. 217, 6), tandem ,post innumeros dies' (p. 181, 4) convaluit. neque penitus sanatus esse videtur, quod se etiam postea ,imbecillum oculis' (p. 233, 4) appellavit. — Hic autem oculorum morbus prorsus alienus est ab illo, quo paucis annis post oppressus tot lamentabiles litteras scripsit. tum febribus tantopere correptus erat, ut medici et ipse iam de salute desperarent. tempus vero, quo in tam acutam febrim inciderit, dedita opera exquirendum est, quia, ut infra patebit, hinc multa alia pendent. mensis quidem facili negotio ita computatur: Ennodius p. 283, 19 scripsit se a Beato quodam Iulio mense epistulam accepisse, ad quam ,pene mortuus' rescripsisset. una cum Beati epistula alteram Roma acceperat Adeodati presbyteri, cui respondit

Aegrotat

(p. 286, 13): ‚acerbo aegritudinis inpetu et valida febrium nimietate contritus litteras vestras adcepi‘. sed ex verbis, quae illa subsequuntur: ‚ordinavit ille qui potuit, ut diebus, quibus vitam restituerat, amicorum quoque suorum eam et confirmaret et fulciret alloquiis‘ apparet tum i. e. mense Iulio summum morbi discrimen fuisse iam superatum. at cuiusnam anni Iulio? haec quaestio paulo longius repetenda est. legimus in epistula ad Florum data (p. 280, 5): ‚insiste domno, ut suburbanum illud, dato si dignatur a me pretio, comparari iubeat‘, et de eadem re in epistula ad Faustum (p. 282, 25): ‚spero ut petitionem meam, quam per confamulum meum fratrem Florum destinavi, suscipere solita benignitate dignemini‘. quoniam autem Ennodius p. 306, 26 scripsit: ‚servum tuum ad hoc direxi, ut filio tuo domno praefecto et tibi nuntiaret in Christi nomine me de suburbano illo documenta legitima suscepisse‘, dubium esse nequit, quin hic domnus praefectus sit Faustus; id quod ultro sequenti epistula ad Faustum comprobatur, ubi (p. 307, 10) scriptum est: ‚addo servos vestros de Venetiis iam regressos exhibuisse documenta confirmata de legibus, hic introductionem sollemnem ilico fuisse confectam‘. quibus argumentis si additur Ennodium in eadem epistula, qua ab Fausto praefecto suburbanum petiit, scripsisse (p. 282, 23): ‚indico mecum sanctorum suffragiis et vestris precibus iam melius agi et illam desperationis et febrium intepuisse valitudinem‘, iam exploratum est Fausti praefecturam et Ennodi morbum in eundem cecidisse annum. scilicet protinus quaerendum est, quo anno Faustus praefectus i. e. praefectus praetorio (op. CCCLXVI) fuerit. nihil hoc facilius videtur; nam exstat apud Cassiodorium (var. IV 36) epistula ad Faustum praefectum praetorio indictione tertia (a. 509/10) data. sed praefectura non annuus fuit magistratus, quod mea quidem sententia ea ipsa re indicatur, quod ‚ab illa indictione‘ (Cassiod. var. VI 3) praefectus praetorio designatur, cum annui magistratus ‚per indictionem‘ nuncupentur. ut Liberio, quem Theodericus in initio regni sui praefectum praetorio fecerat, tandem anno 500 successorem dedit (excerpt. Vales. 68), et Cassiodorius ipse per quinque annos hoc munere functus est. quot annos Faustus illam dignitatem obtinuerit, nusquam apertis verbis traditum est; sed paucos fuisse annos et Ennodi operibus ostenditur et eo, quod Theoderico adeo non placuit, ut bis ei graves poenas propter officium violatum minaretur (Cass. var. II 26 III 20). certe equidem frustra quaesivi, cur Faustum ante annum 509 praetorio praefuisse quidam dicant, atque brevi post Ennodi morbum i. e., ut statim demonstrabitur, post annum 511 Romam revertit, ita ut inde, quod a Theoderico praeceptum quoddam ‚per hoc iuge biennium‘ et ‚in hoc biennii spatio’ servare iussus est (Cassiod. var. II 37), liceat concludere Faustum ab Kal. Sept. 509 usque ad eundem diem 511 praefecturam obtinuisse.

Sed ne contra dicatur hoc modo, cum altera res ex altera pendeat, neutram exploratam esse, aliam ingrediamur viam. ex epistula ad Avienum Fausti filium data (p. 296, 19) cognoscimus Ennodio ab Liberio suburbanum promissum esse, atque p. 317, 22 Ennodius huic singularibus verbis pro beneficio quodam gratias egit, ita tamen ut, quia ipse gratiam referre non posset, Faustum pro se hoc officium recipere diceret. in altera autem epistula ad Liberium, qua item summo beneficio se ab illo affectum esse fatetur eumque maximis laudibus extollit, hunc adhortatur, ut postquam Gallis civilitatem et libertatem Romanam post multos annos reddiderit (p. 308, 4), tandem ad Italiam revertatur. significantur autem his verbis tempora, quibus bello, quod Theodericus aestate anni 508 pro Visigothis contra Burgundiones susceperat, confecto magna Galliae Narbonensis pars in potestatem imperii Romani vel potius Ostrogothorum redacta et Liberius praefectus Galliarum electus erat. bellum ipsum usque ad annum 510 tractum *(cf. Binding Gesch. des Burgund. Königr. p. 207 n. 712, p. 214 n. 742)*, neque post armorum strepitum statim civilitas, ut ait Ennodius, i. e. rerum publicarum ordo et disciplina restituta est. quod ad illustrandum iuvat admonuisse nomen consulis anni 510 ne Decembri quidem Lugduni notum fuisse (cf. Le Blant inscr. I 137 et Rossi inscr. christ. p. 424). immo res etiamtum tantopere

perturbatae erant, ut Theodericus Arelatensibus ad belli damna sarcienda per indictionem quartam (a. 510/11) fiscalia tributa relaxaret (Cassiod. var. III 32). quare Liberius, qui post bellum ad Galliam pacandam delegatus erat, ab Ennodio non ante annum 511 commoneri potuit, ut ad Italiam rediret, quia res Galliae iam compositae essent. quoniam vero Ennodius eo tempore, quo suburbanum a Liberio acceperat eumque ad Italiam revocavit, modo convaluerat (p. 296, 16), hoc morbo eum circa annum 511 implicatum esse conici debet. — Qua cum ratiocinatione congruit, quod Ennodius ad Senarium tum Ravennae in palatio Theoderici munere quodam insigni fungentem scripsit (p. 275, 4): ‚domino gratias, qui molestiam, quam pertuli, antequam eam discere potuissetis, abstersit'. Senario autem Theodericus per indictionem quartam (510/11) comitivae patrimonii dignitatem tribuerat (Cassiod. var. IV 3 et 4).

Constat tamen anno 510 Ennodi valetudinem nondum fuisse turbatam. nam Boethio, consuli huius anni, consulatum gratulatus est simulque ab eo petiit, ut sibi domum, quae illi Mediolani esset, pro sportula consulari donaret (p. 268, 33. 290, 10). qua de re iam pluribus epistulis datis et acceptis i. e., quoniam ad epistulas Mediolano Romam et invicem mittendas multo tempore opus erat, aestate vel autumno anni 510 Ennodius haec scripsit (p. 291, 1): ‚haec de his, quae a me dudum culmini vestro (Boethio) sunt scripta, perstrinxi, ut domum, de qua iam paginali indicio voluntas vestra est patefacta, percipiam. reliqua epistulae salutationis nuntio mancipavi, ut sicut apud nos valitudo in statione est, ita de culmine vestro caelestis faciat favor agnosci'. aestate igitur anni 510 Ennodi valetudo etiamtum in statione i. e. incorrupta fuit.

Itaque hanc rerum rationem fuisse puto: Ennodius anno 510 a Boethio domum petiverat et, cum Boethius primo benigne respondisset, iam in spem venerat sese quod cuperet assecuturum esse. sed illo diu quod promiserat (p. 290, 1. 291, 2) praebere cunctato postremo Ennodi spes ad irritum cecidisse videtur. nam Boethio, qui p. 288, 28 se timere, ne Ennodi amor refrigesceret, scripserat, respondit in ipsum hanc suspicionem recidere. litteras autem, quibus Boethi laudem, si ab eo dono obligatus esset, se celebraturum pollicitus erat (p. 268, 36), frustra inter Ennodi opera quaeres; immo inveniuntur versus acerbi ‚de Boetio spata cincto' (op. CCCXXXIX), quibus hunc Boethium perstrictum esse sine iusta causa negatur. cum autem Ennodius se ante ipsum morbum Romae fuisse dicat his verbis (p. 281, 15): ‚postquam ab Urbe regressus sum, continuo me variae aegritudines et quicquid ad mortem vocat artavit' (= p. 281, 32), ibi etiam cum Boethio de domo illa eum egisse pronum ad fidem est. sed Roma infecta re rediit Maio fere anni 511. qua repulsa adeo non deterritus est, ut vix e morbo, in quem statim post reditum delapsus erat, recreatus a Fausto suburbanum peteret; quod Faustus quidem ipse non praebuit, sed eius opera a Liberio concessum est. neque enim assentior Sirmondo, qui ad epist. IX 7 (= op. CDXXIX) adnotavit: ‚aliud hoc suburbanum (de quo cum Liberio actum est) ab eo quod a Fausto per Florum postulabat'. res potius ita se habet, ut suburbanum, quod Ennodius a Fausto petiverat, ei per Faustum a Liberio donatum sit; id quod ex epistula, quam Ennodius ad Liberium dedit, apparet, ubi dicit (p. 317, 25): ‚frater vester domnus Faustus, dum debere se beneficium quod mihi tribuistis eloquitur, ab inbecillis cervicibus gravis oneris sarcinas amolitur'.

Si quis huius morbi descriptionem, quo Ennodium circa mensem Iunium et Iulium anni 511 implicatum esse certis argumentis docuisse nobis videmur, si medicorum desperationem febriumque sanationem sancti Victoris oleo et precibus allatam, quae variis epistulis (inprimis CDI et CDII) continentur, cum eis comparaverit, quae in confessione sua (CDXXXVIII § 2. 8—10. 14) exposuit, dubium esse non poterit, quin utrisque locis una eademque res describatur. attamen restat scrupulus: in illa confessione Ennodius narrat brevi post annum 490 se cum parvula filiola sponsalia fecisse, sed per eundem Victorem, cuius auxilio sanatus esset, hanc virginem, quam in matrimonium ducturus erat

(non duxerat, ut p. VI ostendimus), commotam esse, ut sempiternam virginitatem sponderet. itaque ibi sponsam suam parvulam filiolam dixit et se ipsum tanquam adulescentem induxit, at se canum (p. 283, 8) appellavit eo tempore, quo morbo oppressus est. inter sponsalia et morbum spatium viginti fere annorum interpositum est. num tamdiu nuptiae dilatae sunt? an Ennodius bis eodem morbo laboravit? sed non solum quae in epistulis quaeque in confessione tradita sunt, quodammodo inter se pugnant, in eadem confessione quaedam inveniuntur, quae minime congruunt. cum enim res ita compositae sint, ut inter sponsalia Ennodi et morbum perpauci anni intercessisse videantur, et confessionem illam statim post valetudinem recuperatam scriptam esse indicet (p. 302, 32), tamen quae sponsalium temporibus parvula filiola etiamtum fuerat, eadem post morbum nominatur ‚femina dux praeclari tituli, quae vigore constantiae carnis vota perdomuit et servavit pudicitiam' (p. 304, 3). neque minus mirum est, quod eo morbo, post quem societatem cum sponsa sua resolvit, totam civitatem aliis mortem suam optantibus aliis timentibus perturbatam esse dicit (p. 301, 37), cum ante sponsalia tanta egestate vexatus esset, ut vivendi subsidia posceret (p. 303, 11). illud fieri non potuit, antequam Ennodius Symmachi papae et Theoderici regis partes tanta animi voluntate amplexus tantaque orationis virtute tutatus omnium oculos in se convertit. tantopere animi civium anno 511 permoveri potuerunt, tum cum Theodericus ipse de Ennodi valetudine sollicitus fuit (p. 300, 17) atque ei dignitas legati provincialis oblata est (p. 298, 27). denique ut sine ambagibus dicam quod sentio: Ennodius ordine temporum de industria perturbato ea quae antea et postea gesta sunt permiscuit, ut gravi morbo i. e. divino instinctu ad officium ecclesiasticum suscipiendum incitatus esse videretur, ut gloriam aliorum hominum simili modo ex vitiorum sordibus ad vitam sanctam et ecclesiae ministerio deditam perductorum adipisceretur. adulescentiam suam foedis pigmentis descripsit, ut posterior aetas eo clarioribus coloribus splenderet. pro exemplo autem sibi proposuerat Augustini confessiones, non Paulini Burdegalensis eucharisticum, ut vult Sirmondus. nam Ennodius ipse illam vitae suae descriptionem nominavit ‚confessionem' (p. 302, 32); quare hic titulus praeferendus est illi ‚eucharisticum de vita sua', quem indidit Sirmondus. itaque hoc quod videtur esse discrimine inter epistulas et confessionem adduci non debemus, ut quae de Ennodi morbo statuimus rescindamus: in confessione facta et ficta permiscentur et tanquam in tabula res longe distantes artius contrahuntur.

Plus etiam quam ad confessionem Ennodi intellegendam interest ad epistulam admonitionis Ambrosio et Beato missam (op. CDLII), ut tempus, quo in morbum incidit, exploratum sit. Usener, qui quid ponderis illi epistulae inesset, recte perspexit, scriptam eam inter annos 505 et 509 esse contendit (Anecd. Holderi p. 6 et 10). sed ut inde, quod Festus et Probinus, qui usque ad annum 506 vel 507 acerrimi Symmachi papae atque ideo etiam Ennodi adversarii fuerunt, hic ut amici laudibus tolluntur, illam epistulam non anno 505 neque statim post scriptam esse concludere debemus, ita finis, ultra quem opusculum constitui vetat, parum certus videtur. causam quidem, cur non post annum 509 ortum esse possit, hanc dicit haud spernendam, quod si anno 510 vel postea scriptum esset, Boethi, qui ibidem laudatur, consulatus mentio deesse non posset. at cum libellus, de quo agitur, Ambrosio et Beato, qui Romae bonis artibus operam dabant, dedicatus sit, Ambrosium autem cum aliis, qui Romae habitabant, tum Probino Ennodius post morbum suum commendaverit (p. 295, 13), post Iulium anni 511 epistulam didascalicam scriptam esse in promptu est. neque autem multo post Iulium 511 eam compositam esse hinc efficitur: Ennodius modo ex morbo restitutus Barbarae scripserat (p. 281, 23): ‚promitto mihi et desideriis meis, quod cum felicitate vestra et gaudio ad comitatenses excubias, quae votis meis satisfaciat, dignitas adepta vos evocet ... videant bona Romanae civitatis provinciae et, quae monitis vix instituuntur, per bona quae vobis deus contulit formentur exemplis' — atque simillimis verbis eandem feminam in epistula didascalica adhortatur (p. 315, 15): ‚velim illam omnibus Italiae partibus imitationem praeferri, ut quae non ad-

quiescunt monitis formarentur exemplis'. ergo comitatenses excubias, quae paulo post Ennodi morbum Barbarae vel eius propinquo delatae erant, tum cum epistula didascalica scripta est, nondum inierat. quoniam autem illa munera Kalendis Septembribus (vel Ianuariis) mandabantur, temporis spatium, quo ad Ambrosium et Beatum illas litteras dedit, accurate circumscriptum est. — Cum hac sententia, id opusculum post 510 compositum esse, etiam cetera, quae inde colligi possunt, argumenta consentiunt. ac primum Beatus, qui illa epistula admonetur, ab Ennodio Hormisdae diacono his verbis commendatus est (p. 290, 24): ,Beatum commendo nobilissimum adulescentem, cui iustum est ut consideratione mei et parentem beatitudo vestra inpendat et patriam. esto specialis tutor, omnium mox futurus'. itaque iam tum cum Beatus Romam venit, Ennodius Hormisdam papam mox futurum appellavit: et factus est papa post Symmachum anno 514. tum Avienus, qui anno 502 (vel 501) ,adhuc tener' (p. 14, 16) ,limen felicis infantiae consul ingressus est' (p. 14, 23), in epistula didascalica ab Ennodio una cum Fausto, patre Avieni, ,saeculi nostri beatitudo et Latiaris flumen eloquii' nominatur (p. 314, 26). deinde Sirmondus recte adnotavit Ennodium in illustrium virorum catalogo (quem in p. 314 et 315 invenis) dignitatum ordinem secutum esse: nam primo loco posuit Festum consulem anni 472, altero Symmachum consulem 485, tertio Probinum consulem 489, quarto Cethegum consulem 504, quinto Boethium consulem 510, sexto Agapitum (consulem 517?), septimo Probum (consulem 525?). omnes hi viri praeter Probum tum iam patricii facti erant; quare Probus optimo iure ultimum locum tenet. at cur Boethius ante Agapitum, qui illo sine dubio maior natu fuit, positus sit, si Ennodium haec ante annum 510 i. e. ante consulatum Boethi scripsisse iudices, causam reperio nullam. immo ante consulatum Boethius inferior fuit Agapito, qui a Theoderico arbiter causae, quae erat Festo et Symmacho, electus et per indictionem secundam (508/9) praefectura urbis functus est (Cassiod. var. I 23. 32. 33. 41). opponentes autem Ennodium maiore familiaritate cum Boethio quam cum Agapito coniunctum fuisse refutantur epistula, quam primam ad Boethium dedit paulo ante annum 510 (op. CCCXVIII); neque Ennodius litterarum commercium inceperat, sed a Boethio ut sibi litteras scriberet admonitus est. denique quid de laude iudicas, quae Festo et Symmacho tribuitur (p. 314, 32): ,non apud eos sermo de ludicris nec pantomimorum vix ignoscenda commemoratio'! mira et plane inepta talis videtur esse laus; sed fit perspicua et iusta, si ex Cassiodori var. I 27. 32. 33 cognoveris consule Importuno (= anno 509) inter circi partes cruenta discidia propter pantomimos exorta esse. atque illos tumultus ab Ennodio significari et Festum Symmachumque, quod has rixas indignas respuissent, laudari facili et necessaria coniectura consequimur.

Sic omnibus, quae equidem invenerim, testimoniis epistulam didascalicam Ambrosio et Beato post annum 509 missam esse comprobatur, neque quidquam obstat, quin sententiam supra stabilitam, morbum Ennodi in annum 511 incidisse, pro explorato habeamus. cur autem, inquiunt, Boethi consulatus memoratus non est? quo pacto anno 511 de Boethio tanquam de puero (p. 315, 1) dici potuit? quae ad enodanda haec sufficient: primum Boethius non ante annum 480 sed postea est natus; nam Ennodius, qui ipse non ante 473 natus est, ita de eo semper loquitur, ut Boethium aetate aliquanto inferiorem fuisse doceamur. tum vocabulorum ,puer, puerilis, pueritia' sententia apud Ennodium, ut oratio artificiosior concinnaretur, interdum latissime patet: veluti Epiphanius duodetricesimum aetatis annum agens puer nominatur (p. 89, 3. 35), et Boethius ipse in epistula, quam paulo ante 510 scripserat, laudatur, quia ,in annis puerilibus' ,inter vitae exordia' ,in limine vitae' (p. 236, 26. 28. 30) tantam doctrinae gloriam sibi peperisset. consulatus deinde cur mentio facta non esset, supra declaravimus: Boethius domum non praebuit, quam Ennodius cupiverat; hanc ob causam laudatio, quam ille ab Ennodio expectaverat (p. 268, 24), tam modica fuit. huc accedit, quod his annis inter Boethium et Faustum, quem diligentissime colebat Ennodius, discordia magna orta videtur esse. legimus enim in Boethi consolatione

phil. I 4, 38: ‚cum acerbae famis tempore gravis atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam provinciam videretur, certamen adversus praefectum praetorii communis commodi ratione suscepi, rege cognoscente contendi et ne coemptio exigeretur, evici‘. quibus cum verbis si litteras Theoderici regis comparaverimus, quae in Cassiod. var. IV 50 ad Faustum praefectum praetorio datae inveniuntur et sic incipiunt: ‚Campani Vesuvii montis hostilitate vastati clementiae nostrae supplices lacrimas profuderunt, ut agrorum fructibus enudati subleventur onere tributariae functionis‘, verisimillimum esse videbitur Faustum illum praefectum praetorio fuisse, a cuius austeritate Boethius Campanos tutatus est. si autem hic Fausti inimicus fuit, Ennodi amicus esse nequivit. itaque hac quoque re demonstratur, quod supra ex domo Ennodio a Boethio negata conclusimus, Boethium, qui epigrammate (op. CCCXXXIX) deridetur, consulem anni 510 intellegendum esse. nam quod illis versibus, praecipue tertio: ‚Emollit gladios inbellis dextra Boeti‘ reprehenditur, eadem res est quae in epistula ad Boethium his verbis laudatur (p. 268, 14): ‚debitum triumphum, dum numquam viderit bella, sortitur. iudicio exegit laureas, et congredi non necessarium duxit armatis etc.‘ itaque utroque loco eadem res describitur et ille, cui adscribitur, utroque loco Boethius appellatur: quanam ratione duos homines eiusdem nominis discernendos esse probabitur? cur autem eadem res Boethio hic laudi illic opprobrio data sit, explanatum est iam duplici ratione.

Episcopus Sed ne latius ab Ennodi vita describenda aberremus, Ughelli sententia, Ennodium statim post Maximum Ticinensem episcopum Ianuario anni 511 (vel 510 A.S. Iuli IV 271 ss.) mortuum Ticini consecratum esse, ab eis quae Ennodi operibus comprobantur discrepat. nam autumno anni 511 Ennodium etiamtum diaconum Mediolanensem fuisse certis causis probatum est. atque quia anno 510 a Boethio Mediolanensem domum petiit et anno 511 extremo in suburbanum Mediolanense a Liberio donatum immigravit, Ticinensem cathedram ne cupivisse quidem videtur; ad Mediolanensem potius episcopatum eum adspirasse multo verisimilius est. ibi tum ecclesiae praefuit Laurentius pergrandis natu, qui mox locum suum alteri concessurus esse videbatur. etenim iam in dictione ante annum 506 habita aevo maturus appellatus est (p. 4, 22); quid quod, vel illis temporibus, quibus Mediolanum bellis inter Odoacrem et Theodericum gestis vastatum est i. e. 490—493, cum modo episcopatum adeptus esset, iam aetate confectus fuit (p. 3, 17). — Ennodius etiam aliquanto post morbum suum diaconi munus sustinebat. Avieno enim, qui cum Ennodius nondum prorsus e morbo suo evaserat, sponsalia (p. 296, 16. 298, 24) et post reditum Romam (hieme anni 511/12) nuptias fecerat (p. 320, 13), Avieno igitur cum uxore iam coniuncto i. e. non ante 512 episcopi sui iussu petitionem misit (p. 322, 11). tum ergo Ennodius non ipse fuit episcopus, sed episcopi minister. — Deinde Aurelianus, qui eo tempore, quo in Aetheriam quandam adulteram inquirebatur (p. 288, 6) i. e. extremo anno 510 vel ineunte 511, ut ex Theoderici praeceptis ad Marabaudum et Gemellum datis cognoscimus (Cassiod. var. IV 12 et 46; cf. III 32), presbyter appellatus est, in posteriore epistula (op. CDLV) episcopi nomine ornatur. Ennodius autem aegre tulit, quod postquam pater (= episcopus) esse meruit (p. 316, 24), sui immemor esset neque ipsi ‚liceret aequali sorte cum eo contendere‘ (p. 316, 23); quibus verbis ostenditur Aurelianum, qui anno 511 etiamtum presbyter fuerat, ante Ennodium episcopum esse electum.

Quare Ennodium usque ad mortem Laurenti, qua Mediolanensis cathedra anno 512 vacua facta est, huius ecclesiae diaconum mansisse satis constat; neque arrogantiae insimulari potuit, si forte ipse hanc cathedram episcopalem vacuam se occupaturum esse speraverat, quoniam tum iam paene quadraginta annos natus erat et per decem amplius annos ecclesiae Mediolanensis res administraverat. sed Laurentio non Ennodius sed Eustorgius successit, ille Eustorgius, qui in epigrammate (op. CCCLXXIX) ‚de fonte baptisterii‘ nominatur. quod epigramma ab Ennodio etiamtum Mediolani munere diaconi fungenti factum esse quamquam certis argumentis demonstrari non potest, tamen, quia

in contrariam partem plane nihil potest proferri, unum rationi consentaneum est. nunc vero Eustorgius Augusto anni 512 episcopus Mediolanensis electus est; ergo, quoniam ad baptisterium construendum aliquanto temporis opus fuit, Ennodius etiamtum anno 513 Mediolani sedem habuisse videtur.

Usque ad hunc terminum etiam alio indicio perducimur. inest Ennodi operibus epistula ad Caesarium episcopum, scilicet Arelatensem, qua ei gratulatur, quod a rege non solum criminibus absolutus sed etiam omnibus honoribus susceptus sit. in vita autem illius Caesari memoriae proditum est eum propter falsa crimina ad Theodericum sub custodia pertractum, sed absolutum et cum honoribus dimissum Ravenna Romam profectum et ab Symmacho papa privilegio pallii decoratum esse. atqui exstat epistula VIII Id. Novemb. Probo consule (a. 513) ad episcopos Galliae missa, in qua Symmachus cum alia tum haec disseruit: ‚Caesarius metropolitanae Arelatensis civitatis sacerdos ecclesiae beati apostoli Petri liminibus praesentatus postulavit' ... atque eodem die Caesario per litteras nuntiavit: ‚Caritati tuae tantummodo per omnes Gallicanas regiones utendi pallio concessimus facultatem'. ergo Caesarium paulo ante Novembrem 513 Romae atque antea Ravennae fuisse in promptu est. neque mea quidem sententia dubium esse potest, quin Ennodius verbis (p. 321, 7): ‚quando principalis purpura aut cilicia despexit aut pallium', illud privilegium pallii a Symmacho Caesario concessum significet (quamquam negat Thiel p. 100). utique autem id pro explorato habemus illam Ennodi epistulam anno 513 scriptam esse. quae utrum Ticino an Mediolano data sit, nulla ratione diiudicari potest, sed eam non ab episcopo ad episcopum datam esse toto eius tenore confirmatur: Ennodius ibi Caesarium appellavit nobilissimum in Christi servitute pontificem et dominum suum (p. 321, 5. 13), non fratrem; et extrema epistula veniam petiit, quod eum loquacitate sua gravasset, atque addidit: ‚benigni servitutis meae munus accipite et me deo nostro orationum suffragiis intimate'. quamquam enim omittendum non est Caesarium ut metropolitanum episcopum ceteris praestitisse, neque nescio, qua perversa modestia Ennodius in dicendo fuerit, quamquam igitur optime intellegitur, cur Caesarium non fratrem nominaverit, tamen, si ipse iam episcopus fuisset, tam submissis verbis usus non esset et aliqua contorta elocutione — veluti indignum se esse, qui Caesarium fratrem appellet — dignitatem suam declaravisset.

His testimoniis adminiculum quoddam suggeritur ea re, quod ne illi quidem, qui Ennodium iam anno 511 vel 510 episcopum Ticinensem consecratum esse dicunt, negare possunt ante annum 515 argumentum, quo eius episcopatus ostendatur, inveniri nullum. primum enim episcopus nominatur in epistula, quam Hormisda papa III Id. Aug. Florentio consule i. e. anno 515 ‚per Ennodium atque Fortunatum fratres et coepiscopos' suos ad Anastasium, orientis imperatorem, dederat (Horm. ep. 8 Thiel). Ennodius tum fuit princeps legationis, quae ab Hormisda (ex consilio Theoderici regis, ut traditur in vita Hormisdae) ut controversiae inter orientis et occidentis episcopos iam dudum exortae componerentur missa erat. causae autem, cur illi hoc negotium et difficile et honorificum mandatum sit, enumerari possunt plures: primum quod summa eloquentiae laude florebat, tum quod et cum Hormisda papa amicitia coniunctus et Theoderico regi gratus erat, denique quod iam sub Symmacho papa partes ecclesiae Romanae contra Constantinopolitanam defenderat. quaecunque enim ratio inter Ennodi (p. 322 et 323) et Symmachi papae (epist. 13 Thiel) orationes contra Eutychianos intercedit, alteram ex altera pendere satis est perspicuum. — Legati re infecta Romam reverterunt; sed id non Ennodi neglegentia vel imperitia factum esse inde cognoscimus, quod cum aliis legatis paulo post denuo ad Anastasium missus est III Non. April. Agapito consule i. e. anno 517. quas in res qui accuratius inquirere vult, legat Hormisdae epistulas 7. 8. 10. 16. 21. 22. 27. 30. 33. 34 (Thiel); hic id addidisse sufficiet hanc quoque alteram legationem male cecidisse. quin Anastasius eo processit superbiae, ut vitae legatorum pericula inferret. qua de re legimus in vita Hor-

misdae papae haec: ‚Imperator repletus furore eiecit eos et imposuit in navi periculosa cum militibus .... quibus hoc dedit in mandatis, ut nullam civitatem ingrederentur. legati vero sedis apostolicae secretius epistulas fidei per manus monachorum et orthodoxorum exposuerunt per omnes civitates ....' (cf. Pauli hist. XVI 5). — Tertiae legationi ab Hormisda papa post Anastasi mortem anno 519 missae, quae prioribus felicior fuit, non interfuit Ennodius.

De his legationibus in Ennodi operibus ne littera quidem relicta est. quae quamquam irritae erant, tamen ad Ennodi gloriam augendam et disseminandam multum adtulerunt, ut testantur epitaphii versus 9 et 10:

quantus iste foret, mundi celebratur in ortu
nec silet occidui cardinis oceanus.

verum quae a sciolis quibusdam hominibus de privilegiis et honoribus, quibus post reditum ab Hormisda papa donatus sit, exponuntur (Ughelli Italia sacra I 1080), a Bollandistis (A. S. Iuli IV), cum vetera testimonia desint, iure iam explosa sunt. omnino ab anno 517, quo iterum Constantinopolim missus est, usque ad annum 521, quo mortuus est, praeter verba libri pontificalis et Pauli modo relata de Ennodio nihil est traditum. testimonia autem ex ipsius operibus colligenda non ultra annum 513 pertinent. ultima enim opera, quae omnino certis annis adscribi possunt, sunt epistula ad Caesarium data (op. CDLXI) et epigramma (CCCLXXIX) in quo memoratur Eustorgius et, nisi fallimur, epitaphium Rusticae (CDLXII), quod in C. I. L. V n. 6266 refertur ad exemplum Alciati (ab eo enim proficisci ea quoque quae adduntur in codice Laudensi demonstravit Mommsenus l. c. p. 625) ex ipso lapide sumptum una cum hac subscriptione:

hic requiescit in pace Rustica R̄f
quae vixit in saeculo annos plus minus LX
deposita die III eid. Ianuarii Probo vc. C† [= a. 513]

Itaque de supremis Ennodi annis et de tota eius vita, quam Ticini episcopus transegit, plane nihil novimus. sed magna fortunae gratia accidit, ut eius epitaphium in tabula marmorea insculpta ad hanc aetatem servaretur, quod in extrema praefatione ex C.I.L. V n. 6464 recensebimus; hic satis erit ex eius subscriptione adnotasse Ennodium depositum esse XVI Kal. Aug. Valerio consule i. e. 17. Iul. 521.

Non pigebit his quae de vita Ennodi enarravimus, pauca de eius memoria apud posteros addere. primus Ennodium post eius mortem memorat Florianus summa cum pietate ut patrem suum ex lavacro in epistula, quam infra totam afferemus. hinc autem usque ad saeculum octavum de Ennodi memoria ne verbum quidem inveni. reviviscit tandem in Pauli historia, qui non solum Ennodium legatum Constantinopolim bis missum esse tradit (XVI 3. 5), sed etiam eius operum haud ignarus fuisse videtur (contra Droysen edit. Pauli p. LVII). nam id quidem dubium esse potest, quae ratio intercedat inter Ennodi et Pauli verba, quibus Theoderici bella contra Odovacrem gesta et Epiphani episcopi merita (Paul. XV 15—18 Ennod. p. 207, 30 ss. 97, 37 ss.) descripserunt: sed aliqua ratione utriusque narrationem coniunctam esse extra dubitationem est. scilicet Paulus non totus ex Ennodio pendet, cum apud eum quaedam inveniantur ab Ennodio omissa, velut nomen ducis Bulgarum (Paul. XVI 15 Ennod. 205, 27); dein quae Ennodius tectis verbis perstrinxit p. 98, 8 (Theodericus tali sermone usus est:) ‚tutum est apud istum [scil. Epiphanium Ticinensem episcopum] matrem familiasque deponere et expeditum excursibus militare bellorum', haec Paulus aperuit dilucidis verbis (XV 17) ‚Theodericus ... relictis ibi [scil. Ticini] matre sororibus universi vulgi multitudine nihil plane dubius de Epiphanii viri sanctissimi fide cum expeditis armatorum cuneis ad Odovacris obsidionem Ravennam perrexit'. itaque ex eodem utrumque fonte hausisse iudicabis; at confer haec:

| | *Ennodius:* | | *Paulus:* |
|---|---|---|---|
| p. 94,10 | hinc utrimque [inter Nepotem et Euricum] litium coeperunt fomenta consurgere | XV 5 | cum inter Nepotem et Euricum litium fomenta crevissent |
| p. 96,9 | Orestem ad eam [Ticinum] fiducia munitionis invitat | XV 9 | Orestes intra Ticinum se munitionis fiducia concludit |
| p. 98,10 | deditícii exercitus .... Tufa ... se desperatis [Odovacris] partibus redderet | XV 16 | deditícius exercitus Tuffa instigante Odovacris se partibus reddidit |

his collatis iam constat Paulum sua debere aut compilatori cuidam Ennodi aut, quod equidem credo, ipsi Ennodio.

Nono saeculo Ennodi gloria tantopere aucta est, ut ipsi papae eum tamquam gravissimum auctorem appellarent velut Nicolaus I in epist. 86 (Migne patr. lat. CXIX 942):

> ‚Sicut magnus Christi confessor Ennodius Ticinensis episcopus, qui ab Hormisda apostolicae memoriae Constantinopolim missus innumeras miserias a Graecorum vesania pro Christi fide et statu ecclesiae non semel pertulit, ex propheta de his meminit: Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam?' (cf. p. 53, 20).

Iohannes VIII in epistula ad Berrarium abbatem (Migne p. l. CXXVI 944):

> ‚Absit a piis mentibus quid de Romani culminis pontifice sinistrum sentire, cum beato Ennodio confessore Ticinensis urbis antistite scribente doceamur, quia deus omnipotens aut claros ad tanta fastigia erigit aut certe quos elegit illustrat' (cf. p. 52, 19).

Hanc laudem debuit Ennodius potissimum libello apologetico, qui usque ad illud tempus perpaucis Ennodi codicibus insertus et inter alia eius opera abditus a Pseudo-Isidoro demum, qui eum decretalibus suis iniunxit, e bibliothecarum tenebris in lucem prolatus est. Isidori gratiam Ennodius eo sibi conciliaverat, quod omnibus viribus auctoritatem pontificis Romani augere ceterorumque episcoporum potestatem circumcidere nixus erat: Ennodius primus titulum papae uni episcopo Romano constanter attribuit, papam a concilio damnari posse negavit apertis verbis ausus affirmare (p. 52, 18): ‚in quo (episcopo Romano) si desint bona adquisita per meritum, sufficiunt quae a loci decessore praestantur. aut enim claros ad haec fastigia erigit aut qui eriguntur inlustrat'.

Saeculo nono et decimo Ennodi opera diligenter lecta et descripta esse ex antiquarum bibliothecarum catalogis et codicibus ad hanc aetatem perlatis infra demonstrabitur. tum Ennodium tamquam exemplar imitandum elegit auctor libelli de situ civitatis Mediolani, quem saeculo IX vel X (non VI) adscribendum esse Muratorius (contra Papebrochium) comprobavit (Muratori script. rer. Ital. I 2 p. 197—218). in eo libello praeter locutiones quasdam haec ex Ennodio hausta reperiuntur: Murat. l. c. p. 203 B = Ennod. p. 85, 3—8; Mur. p. 204 E = Ennod. p. 86, 5—13.

Ennodium etiam posterioribus saeculis in honore fuisse et Gregorius VII, qui in dictatu suo ad Ennodi libellum apologeticum provocavit, et codices multi inter XII—XV saecula scripti locupletes sunt testes. sed ne omnes quasi caecos amatores vitiis Ennodiani stili et ingenii deceptos et delectatos esse existimes, infra epistulam ab Arnulfo Lexoviensi episcopo anno 1160 scriptam proferam, quo viro perdocto haud scio an nemo unquam acerbius et rectius de Ennodi operibus iudicaverit. — Inde ab XV saeculo Ennodius a multis viris doctis, quamvis pauci eius operum vere periti fuerint, memoratur, quorum praestantissimos nominabo disputans de codicibus et editionibus.

Summa eorum, quae de Ennodi vita et scriptis superiore commentatione exquisivimus, haec est:

Magnus Ennodius Felix, anno 474 (vel 473) natus, mortuus anno 521, Arelate oriundus, consularis generis proles, Firmini filius et fortasse Felicis Innodi proconsulis Africae nepos, parentibus praemature orbatus educatus est in Gallia Cisalpina usque ad aetatis suae annum XVI (= 490) ab amita; qua mortua in matrimonium poposcit filiolam nobilissimam et, qui subsidiis vivendi eguerat, iam abundantia affluebat. at mox opibus casu quodam deperditis sponsam (non uxorem!) destituit atque circa annum 493 clericus consecratus est ab Epiphanio Ticinensi episcopo; post cuius mortem i. e. post 496 et ante 499 accessit ad ecclesiam Mediolanensem, cuius diaconus fuit usque ad annum 513. anno 514 (?) factus est episcopus Ticinensis; 515 et iterum 517 princeps fuit legationis ab Hormisda papa Constantinopolim missae; Ticini depositus est XVI. Kal. Aug. 521.

Ennodius scripsit

anno 495 dictionem in natale Epiphani (op. XLIII)
501/2 epistulam ad Faustum de consulatu Avieni (op. IX)
501—504 vitam Epiphani Ticinensis episcopi (op. LXXX)
502 dictionem quando de Roma rediit post synodum Romanam (op. II)
503 *(ineunte)* libellum apologeticum pro synodo (op. IL)
praeceptum de cellulanis (op. VIII)
503—506 dictionem in Laurentium Mediolanensem episcopum (op. I)
506/7 epistulas ad Faustum quaestorem (op. LXII *alia*)
507 epistulam ad Symmachum papam (op. CDLVIII)
panegyricum in Theodericum regem (op. CCLXIII)
507 *vel post* 507 opuscula, in quibus schisma compositum esse memoratur
507/8 epistulam ad Iulianum comitem patrimonii (op. CXXV); cf. Cassiod. var. I 16
510 epistulas ad Boethium consulem
510/11 epistulam ad Aurelianum de Aetheria (op. CDXII)
511 Roma reversus epistulas de epitaphio Cynegiae (op. CCCLXI CCCLXII *alia*)
epistulas de morbo suo permultas
epistulam ad Ambrosium et Beatum (op. CDLII)
511/12 epistulas ad Liberium Galliae praefectum (op. CDXLVII et CDLVII)
512 contra turbas ecclesiarum orientalium (op. CDLXIV)
epistulam ad Avienum (op. CDLXIII)
512/3 epigramma in honorem Eustorgi (op. CCCLXXIX)
513 epitaphium Rusticae (op. CDLXII)
epistulam ad Caesarium episcopum (op. CDLXI).

# II. DE CODICUM STIRPE AC PROPAGATIONE.

Ennodi opera non ab ipso auctore collecta et edita esse ex ordine opusculorum perquam incondito satis certe concludi posse affirmant Usener (anecd. Hold. p. 13) et Hartel (edit. Ennod. p. XV). quod argumentum quamquam non improbo, tamen minime supervacaneum esse duco alia quaedam, quibus idem ostendatur, congerere. ac circumspiciendae sunt operum inscriptiones, quas, etsi non premam, quod Ennodius non prima sed tertia persona inducitur (veluti p. 130 ‚exemplar epistulae quam ipse dictavit', p. 159 ‚praefatio totius operis poetici quod fecit' p. 160 ‚de quodam gluttone qui opus eius [scil. Ennodi] inperitus carpebat' etc.), tamen non ab Ennodio ipso profectas esse ea re ostenditur, quod aliquotiens nomini Ennodi additus est titulus *domnus*, ut in inscriptionibus omnium hymnorum (p. 249) *hymnus dictus a domno Ennodio* et sic duodecies, atque bis p. 269 versus *domni Ennodi*. tum exstant quaedam in libris, quae ab Ennodio non eo consilio, ut in manus hominum venirent, scripta esse certissimum est. an putas Symmachi papae propugnatorem epistulas illas, quae sunt de sordido negotio Ravennae contracto, editurum fuisse? deinde cur epistulam de arbitrio libero (op. LVI), quam adversariis suis offensioni fore iure suspicatus erat *(Gfrörer Geschichte der christl. Kirche v. 4.—7. Jahrh. II 1009)*, non ipse sustulit, cum statim a Constantio, ad quem hanc epistulam dederat, petivisset (p. 72,38): ‚nugas meas a publico rigore subducite'? tum ne minima quidem dubitatio esse potest, quin epistula ad Beatum iniustis calumniis repleta (op. CDVI), si in potestate et arbitrio Ennodi fuisset, ad hanc aetatem non pervenisset. miserat enim Beato adulescenti, qui Romae tum bonis artibus operam navabat, epitaphium in Cynegiam factum, his verbis additis (p. 260, 3): ‚epitaphium destinavi. de quo quid sentiatur, sic pater tuus vivat et Roma te, quantum ad illa quae in ipsa reprehenduntur, non suum faciat, ut simpliciter et pure indices nec auribus meis aut sensui fuco mentitae gratiae blandiaris'. qua adhortatione obstrictus ille vitium versibus inesse ingenue rescripsit: in Phalaecio enim (p. 260,20) ‚Exoptet similem matrona sortem' Ennodium lapsum esse, quod primam syllabam vocabuli *matrona* corripuisset vel potius pro trochaeo spondeum posuisset. haec tam aegre tulit, ut Beatum asperrimis oneraret maledictis omnino negans, quod ille vituperaverat, mendum esse (p. 286, 7): ‚forte de tertio Phaleucio qui Terentianum nesciunt habuerint, quod de una syllaba quaerentes occasionem loquerentur'. verum paulo post duplici modo a se peccatum esse intellexit et Beato scripsit (p. 283, 7): ‚si possem scribendo delere paginam meam, multiplici hoc facere intentione procurarem. sed ... ne umquam prioris epistulae meae sis memor exposco'. quodsi in nostris Ennodi libris litterae inveniuntur, quas delendas esse ipse indicavit, non ab ipso illas inter cetera opera receptas i. e. Ennodi opera ab alio parum considerate collecta et edita esse sequitur. denique idem censendum est de epigrammatis quibusdam, qualia dicere vix scurrae licet, nedum episcopum deceat.

At quamvis recte affirment Ennodi opera ab ipso neque electa neque collecta esse, tamen ab ipso auctore non modo singula, sed etiam complura opuscula in libellorum modum contexta publici iuris facta esse constat (contra Usener l. c.). quod enim de nonnullis opusculis dilucide est proditum, plura eorum exemplaria confecta et vulgata esse (p. 112, 22. 285, 24), idem etiam in alia inprimis ampliora scripta cadere ex epigrammate ‚de quodam gluttone qui opus eius inperitus carpebat' (CLXXXIX), quod modo attulimus, cognoscitur. quod opus carptum sit, certum non est; tamen ex versu illius epigrammatis primo: ‚nescio cur sancto non parcas, stulte, labori' libellum pro synodo significari conicimus. inscriptione autem epigrammatis CLXXXVII ‚praefatio totius operis poetici quod fecit' comprobatur

ab ipso libellum ex carminibus suis collectis paratum et editum esse. nimirum, ut saepius apud Ennodium legimus, ab amicis sibi dictiones vel carmina missa esse — hoc modo Fausti et Messalae versus (p. 266 et 269) operibus Ennodi inserti sunt —, ita quae ipse composuit, cum amicis suis communicavit. velut Agnello quaedam miserat ad legendum, et admonitione, quam addidit, ne transcriberentur, ostenditur id usitatum fuisse (p. 199, 5). sed quamvis creber fuerit usus libellos amicis ab amicis missos transcribendi neque ipsis auctoribus plerumque ingratus (p. 21, 2. 45, 11. 179, 3. 260, 6), tamen hoc usu minime ius opera aliorum ad legendum tradita transcribendi aut vulgandi constitutum erat. hoc testatur Ennodius, cum ab Fausto vehementer increpitus his verbis se defendit (p. 46, 3): ‚acceptum quaternionem sub maiori quam ingenio meo commodabat celeritate reddideram... nihil apud me de veneranda tunc dictione remanserat, nisi quod ... reposcenti memoria furante subduxeram .... a me dictiones vestras, quod credo inscitia mea fieri, cuiquam dari nec tormenta compellunt‘. — Maiora opera ab Ennodio eo consilio scripta esse, ut ab hominibus quam plurimis legerentur, velut vitam Epiphani, libellum pro synodo, panegyricum aliaque, per se intellegitur; atque etiam scripta minora et minima non eis tantum, ad quos dedit, vel paucis eorum amicis destinaverat, sed ut in omnium manus venirent optabat. id pronuntiat huiusmodi verbis satis gloriosis: p. 306, 7 ‚latius post responsum paginale eritis mundo mecum adtestante lecturi‘ — p. 307, 19 ‚in aures mundi itura formantur‘ — p. 302, 5 ‚expendite legentes‘ — p. 106, 26 ‚hinc lector agnosce‘ — p. 285, 16 ‚officio sermonis in lucem exire publicam non detestor‘ (cf. 310, 35).

Complura igitur opera Ennodius ipse iam ediderat et omnia fere, quae hodie in codicibus continentur, editurus erat. nam etiamsi non desunt verba, quibus iudicium publicum se timere simulet, tamen ne illis magnam fidem habeamus, obstant alii loci, ubi sibi suisque operibus immortalitatem vindicavit, velut: op. CLXXXVIII 5 ‚carmina sulcavi, tumulo ne tenear moriens‘ — p. 34, 29 ‚volui scriptione testari, ne in una aetate interciperetur memoria‘ — p. 77, 26 ‚persona nostra quoque confabulatione reviviscat‘ — p. 85, 11 ‚tradam chartis victuris in saecula‘ — p. 172, 5 ‚mansuris in posterum litteris, quatenus gaudeat aetas secutura, serventur‘. — Ipsas epistulas, quae mehercule plurimae inanitate tument, tanti habuit, ut antequam emitteret, *propriis libellis* insereret: p. 246, 17 ‚scribendum sciatis nomen vestrum ad genii mei purpuram et libellis propriis inserendum, ut etiamsi nihil tribues de responso, ego tamen arcem teneam, quod ad doctos viros dirigo sine trepidatione aliqua quod legatur‘.

Hos autem libellos, a librariis scilicet confectos, Ennodius ipse legit et emendavit, cuius rei aliqua vestigia in nostris quoque codicibus reperiuntur. omnes enim libri praebent post op. CCXLIV vocabulum: LEGI, et Bruxellensis post dictionem CCCLXIII: ENNODIVS EMENDAVI MEAM DEO MEO IUVANTE. — Constat igitur Ennodium quidem opera sua colligendi collectaque edendi consilium cepisse et quod sibi proposuerat incohasse, sed inperfectum reliquisse. neque ita difficile videtur intellectu, cur ille episcopus Ticini factus atque legationibus occupatus illud consilium perficere non potuerit, postea autem ambitione iam relegata noluerit; id tamen maxime mirum est, cur is qui cetera Ennodi opera recensuit, omnes sermones sanctos et epistulas, quae Ennodius sine dubio inter annos 514—521 multa composuit, neglexerit. maxime desideramus illas litteras, quas legatus ex oriente Romam mittere debuit admonitus ab Hormisda papa disertis verbis *scripta dirigite* et *scriptis nuntiate* (Thiel epist. pontif. p. 753 et 809): eae neque in ipsius operibus inveniuntur neque in Hormisdae scriptis, inter quae epistulae legatorum anno 519 Constantinopolim missorum receptae sunt (Thiel ep. Horm. 59. 60. 64. 76. 77. 100. 110).

Itaque quaestio, quae existere potest, num codicibus nostris omnia quae Ennodius scripsit contineantur, magna ex parte iam soluta est. sed erraremus, si vel eas, quas usque ad annum 514 scripsit, epistulas omnes nobis traditas esse crederemus. immo plurimae, quas dicit negotiosas quasque nosse nostra plus interesset quam ceteras ‚ad stili

exercitium' (p. 69, 30) scriptas, interciderunt. quae quidem res mente potius quam manibus comprehendenda est; neque tamen desunt argumenta, quibus scripta quaedam ab editore reiecta vel neglecta esse demonstrari possit. etiamsi enim in medio relinquendum esse concedo, utrum laudationes, quas Ennodius Pomerio (p. 38, 10) Maximo (p. 172, 4) Agnello (p. 306, 7) promiserat, nunquam compositae, an scriptae quidem sed ab editore omissae sint, inquirendum tamen est: ubi sunt epistulae ad Albinum, cui Ennodius p. 73, 6 haec scripsit: ‚quater ad magnitudinem tuam scripta prorogavi' — at inveniuntur non plus duae! ubi est oratiuncula, qua Parthenium ad studia perduxit (p. 118, 17)? ubi sunt indiculi, qui p. 116, 15 et 197, 19 memorantur? atque huiusmodi indiculos, quibus res ipsae et negotia agenda continebantur, plurimis illis epistulis vana elocutione sufflatis adiunctos fuisse existimo. quas negotiosas litteras cum neglexit, editorem ab Ennodi ipsius consilio non abhorruisse concedent, qui Cassiodori varias paparumque quorundam epistulas (ut Gelasi formulam p. 379 Thiel) comparaverint. nam non id summum editor, quisquis fuit, petebat, ut res ipsae explanarentur et memoriae traderentur, sed potius ut exempla artificiosae orationis ad imitandum proponerentur. hac ratione explicatur, quod saepius pro certis nominibus vel numeris vocabulum *ille* vel *tot* suppositum est, quod verba *praedictus*, *praefatus*, *nominatus*, *supra dictus*, *superius comprehensus* aliquotiens adhibentur, ubi nomina ad quae referantur desunt; sic denique illud mirum enuntiatum *ut supra*, quod apud Ennodium p. 22 7. 40, 16. 83, 3. 180, 14. 29. 197, 22. 231, 1. 234, 14. 246, 2. 288, 29. 297, 15 occurrit, expediendum esse puto. usurpatur autem illa locutio ita, ut semper antecedat ‚domine' (p. 297, 15 ‚domina') et sequatur salutationis formula. ad hanc vocabula *ut supra* referre videtur Hartelius, quamquam in antecedentibus verbis salutatio non invenitur; ipse in Sirmondi sententiam discedere malo, qui in notis p. 42 haec disputavit: ‚In conscribendis epistolis quibus honorum titulis initio epistolae singulos appellarant, eosdem sub finem iterare mos erat ..... quam repetitionem ut vitarent librarii, compendio utebantur, praefixis verbis VT SVPRA, hoc est, ut initio epistolae scriptum fuit. quamquam apud Ennodium tituli omnes epistolarum, nudis tantum nominibus relictis, omissi sunt ....' Hanc ad sententiam probandam haud inutile videtur observare Ennodium in 64 epistulis scripsisse *domine mi*, in 42 *mi domine*, unum autem vocabulum *domine* in 8 non amplius litteris inveniri; unde apparet nudam appellationem *domine* multo minus usitatam fuisse. utut autem haec res se habet, neglegentia quadam epistulas collectas et descriptas esse ostenditur, quam Ennodius si ipse editionem procuravisset, non admisisset. quae socordia tanta fuit, ut eadem epistula duobus locis insereretur (p. 197 et 222).

Quodsi quae disseruimus paucis verbis complectimur, sententia nostra haec est: Plurima quae scripsit Ennodius ipse seu singula seorsum opuscula seu complura in unum libellum comprehensa statim pluribus exemplaribus vulgaverat, cetera autem maxima ex parte ad edendum paraverat. sed postquam episcopus factus est, et tempus et studium ei defuit operibus suis, quae iam in confessione sua a se detestatus erat, amplius operam navandi. tandem post mortem auctoris satis maturam opera Ennodi usque ad annum 513 scripta nescio cuius amici vel discipuli studio alia ex exemplaribus iam publici iuris factis alia ex libellis ab Ennodio ipso iam emendatis, alia denique ex commentariolis et chartulis sparsis, ut legimus in illa Seduli subscriptione, in unum collecta sunt. opera autem post a. 513 ab Ennodio episcopo composita utrum de industria non vulgata sint, an separatim edita casu quodam interierint, quis est qui diiudicet? forsitan quispiam rem ita explicaverit, ut dicat amanuensem Ennodi, qui, dum ipse Mediolani diaconus est, litteras eius procuravit, post mortem Ennodi opera in tabulario Mediolanensi adservata edidisse, omissis ceteris litteris, quas cognoscendi copia ei facta non esset.

Iam vero relicta in praesens hac, quam de origine librorum instituimus, quaestione ipsos codices perlustremus, quos perscrutati tamquam via munita ad archetypum investi-

gandum redibimus. — Numerus librorum Ennodi, qui in catalogis bibliothecarum repeRiuntur, non parvus est. ipse praeter eos qui excerpta tantum continent, inspexi duodecim, sex alii ex Harteli aliorumque descriptione et collatione noti sunt. qui omnes, ut quae insequenti disputatione probaturus sum praecipiam, in duas partes discedunt: ab altera parte stat unus codex Bruxellensis, ab altera ceteri omnes.

B I. BRVXELLENSIS codex 9845—9848 membranaceus in 4° saec. IX, quem ipse Bruxellis contuli, continetur quaternionibus XXVI et foliis 206:

| quat. | | quat. | |
|---|---|---|---|
| I = | fol. 1—7 | XV = | fol. 114—121; fol. 122. 123. 124 |
| II = | „ 8—15 (in fol. $15^{b}$ nota: Q. II) | XVI = | „ 125—132 |
| III = | „ 16—23 | XVII = | „ 133—140 |
| IV = | „ 24—31 | XVIII = | „ 141—148 |
| V = | „ 32—39 | XIX = | „ 149—154 (desunt folia II et VII) |
| VI = | „ 40—47 | XX = | „ 155—161 (deest folium VI) |
| VII = | „ 48—55 (fol. $55^{b}$ vacuum) | XXI = | „ 162—167 (desunt fol. VII et VIII) |
| VIII = | „ 56—63 | XXII = | „ 169 (sic!) — 176 |
| IX = | „ 64—71 | XXIII = | „ 177—182 (in fol. $182^{b}$ littera: a) |
| X = | „ 72—79; fol. 80. 81 ($81^{b}$ vacuum) | XXIV = | „ 183—190 (in fol. $183^{a}$ littera: b) |
| XI = | „ 82—89 (in fol. $89^{b}$ littera: a) | XXV = | „ 191. 192 ($192^{a}$ vacuum). $192^{bis}$. |
| XII = | „ 90—97 (in fol. $90^{a}$ littera: b) | | 193—197 (in fol. $191^{a}$ littera: c) |
| XIII = | „ 98—105 (in fol. $98^{a}$ littera: c) | XXVI = | „ 198—206 (quinternio, cuius ultimum folium abscisum est). |
| XIV = | „ 106—113 (in fol. $106^{a}$ littera: d) | | |

Mira est haec codicis condicio, et quod saepius folia vacua relicta vel exsecta sunt et quod alii quaterniones numerati sunt alii signis carent. numeri videlicet Arabici in foliis recentiore manu vel potius recentioribus manibus additi sunt; nam bis vel ter mutati sunt, quia ordo quaternionum olim perturbatus erat: folia 98—105 quondam ante 90—97, itemque folia 191—197 ante 183—190 collocata erant. at antiqua manu secundus quaternio nota ,Q. II.', $XI^{us}$ et $XXIII^{us}$ quaterniones littera eadem *a*, $XII^{us}$ et $XXIV^{us}$ littera *b*, $XIII^{us}$ et $XXV^{us}$ littera *c*, $XIV^{us}$ littera *d* significati sunt. quare quaerendum est, num totus codex, qui evidenter in plures fasciculos diremptus erat, eadem manu scriptus sit. atque ultro oculis occurrit, quod litterarum formae et atramenti color non leviter inter se discrepant. distinguuntur autem hae partes: fol. 1—15, 16—55, 56—61, 62—81, 82—91, 91—124, 125—167, 169—206. quod ne ita intellegas moneo, ut octo librarios in hoc codice describendo desudasse dicam — immo folia 1—15, 56—61, 169—206 eadem manu exarata esse puto —, sed tres vel quattuor librarii quaternionibus archetypi distributis eodem tempore opus confecisse et in intervallis quae declaravimus alius aliam excepisse videntur. quod ad illustrandum maxime idoneum est animadvertere folium 124, post quod alius quaternio et alia manus incipit, finiri illa subscriptione LEGI. nam verisimillimum est in archetypo quoque illo loco finem partis indicatum fuisse. item post quaternionem fol. 162—167, qui in ceteris codicibus prorsus deest, scriptura immutata est. quodsi statuamus archetypum in plures partes divisum singulasque partes a variis librariis descriptas esse, explicari potest, cur quaternionum ordine saepius interrupto hic duo vel tria folia abscisa, illic totidem inserta sint. singuli enim librarii cum ab initio quaternionis scribere inciperent, quantum membranae in fine deerat vel supererat, aut addiderunt aut vacuum reliquerunt; quae folia vacua posteriore tempore abscisa sunt. hoc modo etiam fieri potuit, ut, quia a librariis non in media sententia sed a quadam orationis parte incohantibus modo primi versus quaternionis omissi modo ultimi versus antecedentis quaternionis adsumpti sunt, aliquot versus epistulae LXXI in fol. 55 et 56 bis exararentur, pars autem dictionis LXXXV in fol. 81 et CCCLXIII in fol. 169 intercideret. attamen in media pagina fol. $91^{a}$ ex inproviso alia manus et aliud atramentum comparet. quare

temerarium est singulas partes singulasque manus subtiliter discernere; id tamen constat esse varias manus et varias partes atque ter eodem loco, quo alia manus scribere coepit, etiam compaginem aliam incipere.

Crassitudo membranae non in omnibus quaternionibus eadem est atque linearum numerus inter 31 et 36 fluctuat, ita tamen ut in plurimis paginis 33 lineae incisae sint. cum in omnibus paginis eiusdem quaternionis numerus linearum par sit, septimi quaternionis folia 48. 49. 50 et 53. 54. 55 habent 31 lineas, fol. 51 et 52 autem 36 lineas.

Codex Bruxellensis ut est vetustissimus, ita omnium longe optimus. primum maxima ex parte stilo tam valido et firmo exaratus est, ut temporum et, quod maius est, hominum iniurias qui inde ab XVI saeculo multa eius folia suis opinionibus commentisque inquinaverunt, sine graviore damno pertulerit. tum laudandi sunt ei qui librum conscripserunt, quod archetypi etiamsi non incorrupti auctoritati quam ipsorum ingenio indulgere malebant. quamquam enim hic liber etiam pluribus mendis quam ceteri scatet, tamen plurima eorum ex archetypo repetita vel levi errore orta esse facile tibi persuadebis. huc accedit, quod maior vitiorum pars eiusmodi est, ut ingenio librarii semel intellecto genuina lectio sine dubitatione et difficultate enucleari possit. constanter enim quaedam litterae, inprimis vocales, permutantur; praeterea multae corruptelae a perversa verborum distinctione originem traxerunt. fatendum sane est hoc modo librarios interdum a vera scriptura tantopere aberrasse, ut nisi ceterorum codicum auxilio illa non facile cognosci posset.

| | *codex B:* | *vera lectio:* |
|---|---|---|
| p. 71,26 | apud calypsem | apocalypsim |
| 84,13 | largissime actibus | largis meatibus |
| 153,30 | medio crimine | mediocrem ne |
| 176,16 | ad uobis | a duobus |
| 203,20 | commemorationum in his | commemoratio numinis |
| 208,29 | caeli columnae | caelicolum ne |
| 212,23 | praeces sorores | praecessores |
| 311,35 | audeam | ad eam |
| op. CXII 7 | nos triumphans | nostrum pande |
| CCXXXI 2 | celero redimendus | celer ore timendus |

Haec menda et multa alia id genus quamvis legentium mentes vexent, tamen minus ad librariorum argutias vel corrigendi studium revocanda videntur esse quam ad corruptam archetypi condicionem: quod plus uno loco ita laesum erat, ut librarii spatium vacuum relinquere coacti essent, ut quae ipsi legere non potuerant, a correctore supplerentur. cum autem multa ab altera manu addita sint, tamen non desunt loci, ubi, quia ne ab correctore quidem explicari potuerunt, lacunae hiant. omissa enim sunt in spatio vacuo et integro haec: p. 1, 11 *res*, p. 1, 16 *sed aestimamus animo quae dicantur ad pretium*, p. 192, 16 *te*, p. 301, 26—302, 8 (tota pagina fol. 192[a]); pars verbi in lacuna dedita opera i. e. propter aliquam difficultatem non expleta decst: p. 83, 31 *meo* (pro *mereor*), 101, 1 *pracsentes* (pro *praesentibus*), 128, 11 *commendati operis* (pro *commendatio praestatur*); cf. p. 259, 21. 274, 3.

Generatim dici debet librarios bona fide, quae in archetypo scripta erant, ad litteram transcripsisse, saepius tamen aut propter ipsorum neglegentiam aut propter archetypi corruptelas errasse, interdum proprio Marte lectionem mutare ausos esse. neque pauca sunt, quae correctoris manu partim inter lineas partim in margine inferiore sunt suppleta (p. 3, 23. 34, 25. 108, 32. 109, 11. 114, 5. 7. 115, 11. 210, 16. 232, 7. 233, 18); quamquam etiam correctoris oculos nonnulla effugerunt. singula verba desunt 54 locis, quos enumerare longum est, plura verba: p. 171, 8 (52 litterae), 281, 28 (41 litterae), 284, 23 (48 litterae), 287, 18 (36 litterae), 298, 29 (42 litterae), 299, 21 (40 litterae), 300, 1 (42 litterae); increbrescunt ergo hae maiores lacunae in postrema parte, in qua etiam ceterorum vitiorum numerus

maior est. cur verba quae leguntur in p. 114, 29—115, 4 et p. 260, 21—28. 261, 1—8 in B intercidissent, supra (p. XXXII) explicabam; epigramma CCV manifesto oculorum errore, qui correctorem non fefellit, a librario omissum est; quod denique ad duo illa carmina, quae in ultimam paginam relegavimus, attinet, suspicio non abest, quin illa aliquo casu in codicem V atque hinc in ceteros aliunde irrepserint (cf. p. XXXVII). — Non librariorum culpa sed eorum, qui postea codicem laceraverunt, exciderunt duo folia: alterum (p. 228, 13) anno 1569 editori Basileensi etiamtum praesto erat. fuit folium 150; nam qui primus folia numeris notavit, antecedenti folio inscripserat numerum 149, subsequenti 151. editorem vero Basileensem folio 150 olim usum esse et egregiae quaedam lectiones demonstrant et quod (secundum illius editionis paginas) in folio 149 exstat numerus 414, in sequenti 416; in folio nunc deperdito ergo scriptum erat 415. Schottus illud folium iam desideravit; nam adnotavit: ‚hic in excuso sunt amplius quattuor epistolae'. alterum folium (p. 235, 16), quod cum illo olim ut altera plagulae pars coniunctum erat, iam pridem defuit. manu enim XIV fere saeculi ibi adscriptum est: ‚*Hic quaedam desiderantur', et manu recentiore: ‚Fortasse non convenit hoc folium cum praecedenti'. ac profecto, quae in hoc folio exarata erant, desunt et in Basileensi editione et Schotti, atque primus edidit Sirmondus. series autem numerorum Arabicorum, quibus folia signata sunt, hic continua est. ergo folium prius abscisum erat. — Nihil magis idoneum est ad integritatem Bruxellensis codicis illustrandum quam quod vix unum deprehenditur additamentum inutile, praeter illam dittographiam p. 295, 12 et particulam *non* p. 238, 28. reliqui autem libri plurimis interpretamentis, quorum pravitas manifesta est, deformati sunt; quare vel ex illis 54 verbis, quae singula in Bruxellensi desunt, nonnulla verius pro additamentis reliquorum librorum quam pro lacunis Bruxellensis haberi possunt.

Codex quondam fuit in fano S. Audomari (i. e. *St. Omer*), ut legimus in primi folii margine superiore:

† ms. 104 Collegij Soc^tis^ Iesu Audomari

in inferiore margine manus recens, antiquior tamen quam quae superiorem signavit, haec verba ad legendum difficillima conscribillavit:

Ex libris Richardi du Bas
97 secunda classis

Sic explicat litteras misere distortas Ruhlens, bibliothecae Bruxellensis praefectus humanissimus. sed nomen, quod cognoscere plurimum interest, tam incertum est, ut una littera *a* satis perspicua sit; primam esse *B* non nego, quamquam litterae *S* similiorem esse arbitror; tertia denique quae sit vel num omnino sit nescio. Hartel mavult legere: *Richardi du Fai,* et sic etiam Ruhlens primo aspectu. hac igitur spe de codicis fato aliquid eruendi destituti alia exquiramus. ac legimus in folio chartaceo codici iniuncto manu nitida scripta haec:

> Contuli hunc Ennodium Ticinensem Episcopum ad editionem
> Germanicam inter orthodoxographos magno operae precio, cum
> et quaternionem integrum in edito desiderari observarim: carmi
> na omnia traiecta esse totumque adeo opus vitiose excusum
> deprehendi Honos itaque habendus scriptis libris et amicis gratia
> qui utendum dederunt, et nunc restituo
>
> Andreas Schottus Antuerpianus
> de Societate Iesu 1607

Itaque anno 1607 codex iam Iesuitis Audomaripolitanis fuit; neque tamen multo ante illud tempus in possessionem huius libri venisse videntur. nam Ioh. Iacobum Grynaeum ad Ennodium edendum illo codice usum esse constat. neque minus certum est Grynaeum, quippe qui esset ex secta Calvini, non ab illis Iesuitis, cum orthodoxographos suos ederet,

libris scriptis esse adiutum. ac ne ulla dubitatio restet, is nominari potest, qui codicem in claustrum Audomari transtulit. Bollandistae enim, qui vitam Epiphani secundum lectiones codicis B recensuerunt (A. S. Ianuar. II p. 364) pronuntiant se hanc vitam ex codice vetustissimo Francisci Modi sumpsisse his verbis: ‚e vetusto Francisci Modii codice descripserat Rosweydus'. Franciscus autem Modius post varias fortunas multaque per Germaniam itinera, in quibus plurimas bibliothecas Rhenanas et superioris Germaniae perscrutatus est (haud insulse de hac re ipse exposuit in Novantiquis lectionibus, Francofurti 1584), postremum in fano S. Audomari munus canonici adeptus ibique anno 1599 mortuus est *(bulletin de bibliophile Belge VI p. 312)*. ergo codicem, qui olim, cum ab Rosweydo descriptus est, Modio fuerat, anno 1607 autem in manus societatis Iesu Audomari transierat, per Modium illuc translatum et post mortem huic societati hereditate relictum esse nemo negabit. tamen ne id quidem praetermittendum est, quod Bongarsius in Ennodi panegyrico in honorem Theoderici habito, scilicet typis excuso, adnotavit: ‚Varias lectiones ex Ms. habeo a Fr. Sylburgio qui a Franc. Modio' (Hagen catal. cod. Bern. p. 528). Modius vero unde codicem abstulerit, equidem exquirere nequivi; id tantum pro veri simili affirmaverim codicem B ex Germania superiore petitum esse: nam Grynaeus, qui eo a. 1569 usus est, non is fuit, qui magnam operam daret, ut codices ex remotis bibliothecis acquireret. at quoniam habent sua fata libri, equidem non repugno, siquis ad Coloniam Agrippinam digitum intendi iudicat eis, quae in fol. 206$^{b}$ manu fere saec. XIII cum notis, ut videtur, musicis scripta sunt: ‚In natale XI milium virginum — Haec sunt quae non nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli in caelo. Virginitatis nomen est honorabile etc.'

II. Codicem Bruxellensem ab omnibus ceteris distare lacunis supra allatis, quas aliorum librorum nullus habet, satis superque comprobatum est. restat ut eis quae ceteris omnibus communia sint compositis ostendamus eos non solum ab illo disiunctos sed etiam inter se certa propinquitate coniunctos esse atque unam classem efficere. quod ad demonstrandum tam multa argumenta suppetunt, ut una hac difficultate sollicitemur, quaenam eligenda sint. primum quidem in ceteris omnibus codicibus desunt cuncti duodecim hymni (p. 249—256), epistulae septem (p. 257—260), tria carmina (p. 256), singula autem vel plura verba 69 locis. tum collocatio verborum locis 75 immutata est. deinde omnes secundae classis libri eisdem verbis interpolati sunt (praeter duo carmina p. 326): p. 1, 8. 4, 8. 8, 19. 12, 17. 17, 31. 57, 3. 10. 59, 14. 26. 66, 29. 89, 18. 118, 18. 211, 32. 225, 29. 231, 32. 263, 30. 302, 10. 311, 32. denique ne descendamus ad leviora, quae tamen ipsa ad quaestionem solvendam sufficerent, codex B 80 fere locis alia vocabula ac ceteri exhibet, unde, etiamsi gravissima tantum in medium proferentur, facile ingenium librorum cognoscetur:

| | *codex B:* | *libri II classis:* |
|---|---|---|
| p. 4,10 | dicisionem (= decisionem) | firmitatem |
| 10,33 | discretas | divisas |
| 14,31 | in deces (= indices) | in decus |
| 18,9 | daedala | digna |
| 29,2 | ponet fistulam | canit fistula |
| 50,2 | myfiticam (= mephiticam) | mysticam |
| 71,6 | manifestus | securus |
| 109,29 | pecoalem (= pecualem) | specialem |
| 133,37 | credatur | videatur |
| 140,21 | cultores | saeculares |
| 171,31 | plebem | populum |
| 187,11 | hostibus | hospitibus |
| 195,10 | summa | maxima |

| | *codex B:* | *libri II classis:* |
|---|---|---|
| p. 201,10 | requirunt | fiunt |
| 209,1 | puritatis | veritatis |
| 222,8 | consideratione | ratione |
| 227,8 | plenissimam | plenam |
| 231,20 | debutionis (= devotionis) | debitionis |
| 239,24 | illorum | eorum |
| 247,30 | decoris | de corporis |
| 248,19 | natura | terra |
| 268,7 | non | nec |
| 8 | con ce natione (= concinnatione) | condempnatione |
| 22 | fidem | fiduciam |
| 273,13 | peregrinus | divinus |
| 274,24 | plurimis | pluribus |
| 282,18 | servitio | officio |
| 283,21 | Liberio | Floro |
| 292,19 | coris dones se (= Corydon esse) | donasse curis |
| 301,25 | adsurgere | occupari |
| 322,18 | nisi | si non |

At iam sufficit; licet enim uno vel altero loco ambigi possit, utrum lectiones secundae classis librarii per neglegentiam immutaverint an propterea, quod vitiis archetypi coacti ingenio suo potius quam oculis confidebant, constat plurimas certo consilio factas et multas esse mera glossemata et coniecturas. omnes autem sunt tam singulares, ut codices, quibus tales lectiones communes sunt, eiusdem esse familiae et ab eodem exemplari pendere confidenter dici possit. quodsi argumenta cumulare pergo, non id mihi propositum est, ut duas codicum classes discernendas esse persuadeam, sed ut intellegatur, qua libertate is, qui archetypum secundae classis conscripsit, in verbis mutandis usus sit.

| | *codex B:* | *vera lectio:* | *libri II classis:* |
|---|---|---|---|
| p. 7,11 | non putant eruditus loca | non putant eruditos loca | non patent eruditis loca |
| 39,2 | extimat nasci posse offensam | aestimat n. p. o. | existimat quod nasci possit offensa |
| 63,1 | onerabit | oneravit | onerabat |
| 64,20 | non involvunt nebule praedicantes lucis auctorem | n. i. nebulae p. l. a. | non involvit nebula praedicate lucis auctores |
| 155,10 | restatute mendatissimi | restat ut emendatissimi | restat autem emendatissimi |
| 206,4 | stilli | stili | stellae |
| 211,8 | si caelum lancearum imber obtexeret, qui fortius telum ieceret, non latebet | s. c. l. i. obtexerit, q. f. t. iecerit, n. latebit | s. c. l. i. obtexeret, q. f. t. iaceret, n. lateret |
| 237,14 | rogus | rogos | rogum |
| 270,4 | contingerit ... ferritur ... multiplicaretur | contingeret ... ferretur ... multiplicaretur | continget ... fertur ... multiplicatur |
| 307,16 | delitetur | debilitetur | delectetur |
| 308,8 | possidensi dentibus | possidentibus | possidens videntibus |

Quae si quis inter se comparaverit, cognoscet, quanta simplicitate et ut ita dicam innocentia codex Bruxellensis lectiones depravatas conservaverit, quanta audacia et astutia

ceteri libri corrigere et polire temptaverint. quamquam enim exemplis, quae supra proposuimus, apertum est ne Bruxellensem quidem ab emendandi studio plane abstinuisse, tamen hic pueri similis est, qui vel invitus peccata sua prodit potius quam occulit, ceteri libri confidentia quadam et specie animos capiunt oculosque praestigiis obcaecant.

CODICES SECVNDAE CLASSIS:

1. VATICANVS 3803 codex membranaceus in 4° saeculi IX vel X ineuntis, qui continet folia 156, a Reifferscheido in bibliotheca patrum latinorum Italica p. 478 ss. descriptus est. contulit hunc librum diligentissime Guilelmus Meyer iam anno 1875; locos adnotationibus Harteli in dubitationem vocatos alios ipse examinavi Romae alios Augustus Mau. V

Codex V magna diligentia eadem manu exaratus est, ita ut in singulis paginis binae columnae, in singulis columnis 29 vel 30 lineae exstent. correcturarum, quae non ita sunt rarae, plurimae prima ipsa manu factae sunt; reliquae ab eis qui codicem postea legerunt vel descripserunt additae eius sunt generis, ut eas potius librariorum studio quam alterius exemplaris auctoritate niti, quod iam senserat Hartelius (edit. Ennod. p. IV), pro certo habendum sit. atque quondam in eo legendo studium consumptum esse testantur variae notae puncta unci litterulae, quae passim in marginibus reperiuntur. cum autem codex V magna cum cura et compositus et servatus sit, non habeo quod afferam nisi haec: Quaternionum numeri manu antiqua in ultima cuiusque pagina adscripti hodie non omnes conspici possunt; ubicunque autem aperte comparent, numerus quaternionis uno maior est quam qui ex foliorum numeris computatur: ut legi potest quaternionis numerus XV in fol. 112ᵇ, XVI in fol. 120ᵇ, XVII in fol. 128ᵇ ..... XX in fol. 152ᵇ; ac nisi oculis deceptus sum, exstat numerus VII in fol. 48ᵇ, VIII in fol. 56ᵇ, XII in fol. 88ᵇ. quoniam in codice V desunt 12 hymni 7 epistulae 3 carmina, ac restant vestigia, quibus primum codicis quaternionem evulsum esse verisimile fit, facile eo adducimur ut in illis foliis excisis opera Ennodi, quae in V desiderantur, quondam scripta fuisse statuamus. at opponenda sunt haec: tegumentum, quo hodie codex V est compactus, recens est, utique recentius quam numeri prosaicis Ennodi opusculis adpicti et ab eo, qui tegumentum hodiernum vel prius codici induit, saepius in margine mutilati. atqui hi numeri tegumento antiquiores consentiunt cum opusculis, quae hodie in V servata sunt. ergo folia, quae quondam codici praefixa fuisse ex condicione tegumenti cognoscitur, non ad Ennodium pertinuerunt. tum et a Meyero et a me in folio 16ᵇ numerus quaternionis II visus est; itaque ab initio quaterniones recte videntur numerati esse. dolendum est quod quaternionum qui sequuntur numeri adeo evanuerunt, ut definiri non possit, unde numeri foliorum et quaternionum dissentire incipiant. id tamen constat hanc numerorum discrepantiam iam ante folium 112ᵇ, ubi exstat numerus XV (pro XIIII), irrepsisse; illa vero opuscula, quae in codice V desunt, si unquam in eo exarata fuissent, fere in folio 124 locum suum habuissent. — Praeterea oculi codicem V vel leviter percurrentis offendunt in folio 64 magna ex parte vacuo, cum cetera folia, ut consentaneum est, tota sine ullis lacunis exarata sint. vacuae enim sunt in folii 64 secunda columna ultimae septem lineae, in tertia autem columna i. e. in pagina versa nihil nisi tria epigrammata brevia CDLXIX, CDLXII, CDLXV exstant, quarta denique columna tota vacua est praeter ultimas quattuor lineas, quae epigrammate CDLXX impletae sunt. id eo magis animadvertendum est, quod in codice B post epistulam XCV, quam codex V praebet in secunda columna folii 64, subsequuntur versus op. XCVI in codice V inde a prima linea folii 65 relati. illorum quattuor epigrammatum primum et quartum (CDXIX et CDLXX) in B prorsus desunt, secundum et tertium exstant in B, sed seiuncta et inter ultima Ennodi opuscula collocata. quibus argumentis si addideris folium 64 in codice V ultimum quaternionis esse atque titulos operum, qui in foliis 58—64 col. 2 atramento eodem quo opera ipsa scripti sunt, inde a col. 3 folii 64 denuo, sicut postea semper et ubivis ante folium 58, rubro vel viridi pig-

mento ornatos esse, vix a te suspicionem removebis, alteram folii 64 paginam in V primo totam vacuam fuisse relictam et postea supplementi loco illa quattuor carmina, quorum duo in B alio loco inserta duo omnino omissa sunt, esse addita. — Restant sane varia, quae ad codicem V describendum spectant; sunt tamen eiusmodi, ut nisi ad ceteros libros ex V sumptos aestimandos parum valeant. quare singula adnotabimus, quo quaeque loco maximi momenti sunt.

L 2. LAMBETHANVS 325 codex membranaceus in 4° saeculi X, propior a nono quam ab undecimo saeculo, cui eum attribuit catalogus bibliothecae Lambethanae, descriptus est in Pertzi Archivio VII p. 237—241 et in Zangemeisteri relatione de bibliothecis Angliae p. 56 et in Harteli editione Ennodi p. IV. contuli ipse Londini: cum plurima quae illi observaverunt cum meis adnotationibus congruant, codicem tamen temporum iniquitate graviter adflictum esse nego. pauca enim folia ita abrasa sunt, ut aliquot verba parum certe legi possint. magis ea re laesus est, quod qui L ad exemplar correxit, scripturis primae manus non pepercit. inscriptione antiqua caret, recens manus adscripsit: *Ennodius poeta*, atque etiam recentiore manu in folio primo scriptum est nomen: *I. Foxius.*

‚Codicis L scripturas', inquit Hartelius l. c., ‚propter venerandam inter Ennodianos codices aetatem non seponendas esse duxi. eius solius opera nec ullus quod sciam locus gravior corrigitur et ad alterius familiae formam genuinam explorandam Vaticani integritas sufficit.' haec quidem vera sunt, ultra tamen progrediendum est. codex L est non solum propinquo cognationis gradu cum Vaticano coniunctus, ut censet Hartelius, sed ex hoc ad verbum descriptus. quod ad comprobandum non utar lectionibus semper ubique congruis, non externa similitudine, quae tanta est, ut in primis centum foliis, quae singula quaternis columnis continentur, in utroque codice par operum numerus scriptus sit et in utriusque prima columna centesimi folii principium panegyrici exstet; non in medium proferam easdem utriusque librarii miras correcturas et stili lapsus; denique non omnibus similitudinibus, quas forte factas esse ne creduli quidem credant, enumeratis legentium patientia abutar, sufficient haec:

Memoravimus supra in codice V folium 64 miris hiare lacunis: has librarius codicis L ridicula cum diligentia in columnis aliter distributis reddidit, ut condicio utriusque libri haec sit:

codex V:

| *fol. 64 col. 2* | *col. 3* | *col. 4* | *fol. 65 col. 1* |
|---|---|---|---|
| op. XCV | op. CDLXIX | | op. XCVI |
| 22 lineae exaratae | 3 lin. vac. | 25 lin. vac. | etc. |
| | op. CDLXII | op. CDLXX | |
| 7 vacuae | 4 lin. vac. | | |
| | op. CDLXV | | |
| | 3 lin. vac. | | |

codex L:

| *fol. 64 col. 3* | *col. 4* | *fol. 65 col. 1* | *col. 2* |
|---|---|---|---|
| op. XCV | 7 lin. vac. | op. CDLXV v. 4—6 | op. XCVI |
| tota columna exarata | op. CDLXIX | 21 lin. vac. | etc. |
| | 3 lin. vac. | op. CDLXX | |
| | op. CDLXII | | |
| | 4 lin. vac. | | |
| | op. CDLXV v. 1—3 | | |

In folio 67 codicis V duae epistulae (CVII et CVIII) undique punctis circumdatae sunt, quod sagaciter observavit Usener (anecd. Hold. p. 13), Harteli administri omiserunt.

cur illae epistulae delendae sint, ne minima quidem causa intellegi potest; atque eodem ordine servato etiam in codice B exhibentur. statuendum ergo est librarium V otiosum et oscitantem illa puncta lusisse. at in codice L hae duae epistulae sunt omissae.

Deinde verba (p. 184, 13): ,si medica manu iugulum praestitisses. prima est malorum tuorum adinventio' in codicibus V et L hoc modo scripta sunt:

cod. V fol. 90 col. 2

·/ tuorū si manu ·/ iugulū /· medica p̃stitisses · Prima est
malorū ·/ adinventio

cod. L fol. 90 col. 4

si ma
nū tuorum iugulū media prestitisses . Prima est
malorum tuorum adinventio

Quod cum explicatione nulla indigeat, ilico adiungimus aliud testimonium, quod unum ad totam quaestionem solvendam sufficit. secunda columna folii 28 in codice V continet verba: p. 56, 2 *laeditis non* — p. 56, 21 *quam investigatio;* sed litteras quas oculis aberrantibus librarius omiserat (p. 56, 18): *bemus excessibus si servum domino discipulum magistro,* ipse supplevit in margine inferiore et notulam, ubi exciderant, adscripsit hoc modo: *prae ·/ evangelii* (et infra ·/ *bemus etc.*). librarius L, qua fuit levitate et caecitate, hanc notam neglexit neque verba supplenda supplevit: addidit postea in margine corrector. inter verba autem *quam investigatio nostra* et *transierat* .... (p. 56, 21) in codice L tota linea erasa est, ac manu altera, eadem qua vocabula *bemus* ..... *magistro* in margine addita sunt, verba *nostra* et *transi,* quippe quae litura laesa essent, sunt restituta. scilicet in illa totius versus litura scripta fuerant verba *bemus* ..... *magistro* supra neglecta. nam in codice V haec verba spatium iustae lineae complentia in margine inferiore ad ultimum columnae versum, cuius extrema verba sunt *quam investigatio,* ita adiecta sunt, ut cum hoc cohaerere videantur. qua specie deceptus librarius L post verba *quam investigatio* illa antea socorditer omissa *bemus* ..... *magistro* adnexuit. corrector mendo intellecto verba omissa in margine repetivit et, ubi inserenda essent, denotavit. cum legere pergeret, invenit eadem verba falso loco interposita atque delevit totam lineam.

Quae cum ita sint, menda quaedam levissima veluti *consolatus* pro *consulatus* (p. 13, 37), *obsoluit* pro *obsoleuit* (p. 16, 26), *dicens* pro *decens* (p. 86, 12), *tristitia* pro *tristia* (217, 16), quae codici B cum L communia sunt, sententiam tot argumentis firmatam minime infringere possunt. ei autem loci, ubi lectiones V et L inter se pugnare Hartelius testis est, utroque codice iterum examinato valde diminuuntur. persuasum ergo habemus codicem L prorsus abiciendum esse, nisi quod eius ope interdum certius diiudicari potest, quid in codice V prima manus scripserit postea obscuratum.

Statim hic sequantur quinque libri, quos ex codicibus V et L ortos esse certissimis indiciis aperitur:

4. OTTOBONIANVS 485 codex chartaceus saeculi XVII, requisitus est, ut in ipso est scriptum, ,ex codicibus illustrissimi et excellentissimi domini Ioannis Angeli ducis ab Altaemps'. ipse examinavi: sumptus est ex V.

5. VATICANVS 6057 codex chartaceus saeculi XVII. ipse evolvi: sumptus est ex V.

6. OTTOBONIANVS 2366 codex chartaceus saeculi XVI continet in 13 foliis ea tantum quae in editione Basileensi omissa sunt. est ergo ad hanc supplendam (ut dilucide monstrant notae: ,ad pag. 351' ,ad pag. 435') conscriptus. ipse examinavi: sumptus est ex V.

7. ESCORIALENSIS F II 9 (olim III G 22 et II E 20) codex chart. s. XVI, quem ex V descriptum esse satis probatur subscriptione: ,collatum cum exemplari bibliothecae

apostolicae ex quo descriptum et convenit' (cf. Hartel edit. p. VII). quod exemplar quin codex V fuerit, vix dubitari potest.

8. CHELTENHAMENSIS 1715 (olim Claromontanus 484 et Meermannicus 50) codex membranaceus saeculi XII, ab initio mutilus incipit verbis: ,satione demonstrat. nam adiacet etc.' (p. 65, 29). eum ad verbum ex Lambethano sumptum esse, cum modo hunc codicem contulissem, primo aspectu intellexi, et probatum est Harteli collatione. in ultimo folio manu saeculi XII scripta legitur: ,Liber sanctae Mariae de Fontanis, quem dedit ei pro redemptione animae suae magister Atenulfus medicus. anima eius requiescat in pace. amen'. —

T 9. TRECENSIS codex saeculi XII vel XIII efficitur tribus fasciculis: n. 658 continet primam partem usque ad opusculum CXIX, n. 461 opuscula CXX—CDVI, reliqua n. 469. quem librum cum mihi ipsi inspicere non licuerit, omnia quae hac de re disputabimus, nituntur in Harteli adnotationibus. nam quae ex catalogo edito *(Catalogue général des bibliothèques publiques des départements)* peti possunt, accuratiori quaestioni non satisfaciunt. tres fasciculi a diversis quidem librariis, sed ex eodem, ut videtur, exemplari eodemque tempore in monasterio Clarae Vallis scripta sunt. ex lacunis interpolationibus coniecturis erroribus, quae codici T et V communia sunt (cf. p. XXXV), utrumque eiusdem stirpis esse liquet. sed existit quaestio, utrum V et T ex communi archetypo deprompti sint an T ex ipso V sumptus esse possit. attamen priusquam hanc instituamus quaestionem, alia solvenda est. codex T enim cum praeter lectiones Vaticano proprias quasdam praebeat, quae in uno codice B traditae sunt, Hartelius sententiam pronuntiavit (edit. Ennod. p. XXXI) codicem T ex libro descriptum esse, qui scripturas alterius familiae inter versus adscriptas haberet; neque vero sine cautione adhibendum esse, quamquam in eo non omnis communis originis memoria oblitterata esset (ib. p. XXXII). at plurimi loci, quos ut propinquitatem quandam inter B et T ostenderet protulit, in T a correctore, cuius scripturas non ex antiquo libro deperdito haustas esse ipse concedit Hartelius (l. c. p. VI), ita immutati sunt, ut cum B concinant. loci autem, ubi iam prima manus lectiones a codice V alienas et cum B congruas praebet, multo pauciores sunt et omnes fere ita comparati, ut quivis has emendationes — nam numquam in mendis B et T consentiunt — reperire posset, et re vera multas earum etiam codicum recentiorum librarii reppererunt. si autem eis, qui codicem T scripserunt, exemplar lectionibus alterius familiae instructum praesto erat, cur tot lacunas non expleverunt? cur glossemata non sustulerunt? cur pusillis plerumque coniecturis contenti graviora damna non sarserunt? facultas eis defuit, non animus; nam maiores mutationes eos non reformidasse inde apparet, quod carmina Ennodi a ceteris operibus secernere conati sunt. deinde si librarii codicis T tali exemplari usi sunt, qui fieri potuit, ut alia corrigentes rem acu tangerent, alia mutantes etiam longius a veritate aberrarent? nimirum hoc non est corrigere ad archetypum, sed conicere ex ingenio. quam quaeso fidem habeas codici, qui corrigendi studio in tales delapsus est errores quales iam proponam: p. 118, 15 ,sed iam omissis thematis commendationibus rem potius mediocritatis nostrae eloquatur infantia' recte exhibet codex B, ceteri omnes omiserunt vocabulum *infantia*. librarius codicis T nequaquam restituit verbum omissum, sed pro *mediocritatis* scripsit *mediocritas*. — p. 174, 24 genuinam lectionem servavit B ,prosapiam nostram subduc fortuitis', in ceteris pro *subduc* scriptum est *subtus*, cuius verbi corrupti loco $T^2$ posuit *subter hec*, plane inepte. — p. 77, 29 $V^a$ pro *indigus* scripsit *inditus*, $V^b$ super litteram *t* scripsit uncialem *G* (quamobrem codex L aliique *indictus* praebent), T correxit *indiciis*. — Certe vel ei, qui codicem T ex V descriptum esse negat, omnibus locis, quibus B et V consentiunt, horum scriptura ut communis omnium codicum archetypi tenenda est, ultra quem finem nisi ingenii et divinationis auxilio progredi nequeamus. p. 297, 10 et B et V lacunosa praebent verba *quantum ipse ruit*, quae recentiores libri recte suppleverunt correctura *quantum ipse asseruit*, T autem etiam magis corrupit scribendo *quantum*

*imperavit.* — p. 151, 18 in B et V legimus ,publicae utilitatis munus occupantur', recentiores locum sanaverunt *muniis* pro *munus* praebentes, sed T *muneribus* correxit. — p. 281, 9 omnes codices pro ,in prima notitiae fronte', quae est Harteli coniectura eximia, praebent ,in prima potitiae fronte' praeter T, qui pravam scripturam depravans scripsit *potentiae.* — p. 285, 6 Harteli opera restituta est vera lectio ,domni mei beneficia', cum B pro *domni* praebeat *eiomni*, ceteri *somni*, T longe aberrans *sumptus.* — p. 114, 9 ,plus laudis habet iacens peritia quam culmina rusticantum'. *plus* omiserunt V et L, quam lacunam satis manifestam T aliique expleverunt vocabulo *magis*, quamquam hic veram lectionem invenire profecto facillimum erat. — Has ut coniecturas esse nemo negabit, ita multis illis locis, ubi T *i* pro *e*, *o* pro *u* reponens vel alias formas grammaticis regulis et constructione et sententia ipsa requisitas restituens lectiones emendavit, emendationes non minus coniectura repertas esse credi et potest et debet. totum discrimen in ea tantum re positum est, quod aliae felices aliae infelices sunt coniecturae.

Iam vero testimonia proferamus, quibus codicem T aut ex ipso V aut ex posteriore codicis V apographo descriptum esse demonstretur. verba (p. 324, 13) ,solus est in anxietate terminus invenisse participem' recte unus tradidit codex B, ceteri omnes pro *anxietate* exhibent *etate*, ita tamen ut et in V et in T ante *etate* aliquid spatii vacuum relictum sit. — p. 61, 1 in V inter verba *gloriam* et *venerabilis* duo fere versus (88 litterae) interciderunt, quod recte sic significatur in V: *gloriam*$^{\tilde{h}d}$*venerabilis;* T qui ne sensit quidem lacunam, cum ridicula diligentia scripsit: *gloriam h̃d venerabilis.* — p. 57, 3 B et V$^a$ scripserunt ,manifestam eum manere censuram', sed mox V$^b$ nescio qua perversa sapientia deceptus super *eum* addidit *in.* quare L et T et recentiores omnes exhibent ,manifestam in eum manere censuram'; quamquam casu felici confirmari potest praepositionem *in* non ex archetypo sed ex arbitrio librarii V fluxisse. nam non solum B et V$^a$ illam praepositionem omiserunt, sed etiam libri Pseudo-Isidori, quos ceteris in rebus aptissime cum V coniunctos esse demonstatum est p. XII. denique gravissimus locus est hic: p. 18, 9 ,res scilicet daedala memoratu, sed amicitiarum indigna proposito'. scripsit haec Ennodius Olybrio amico, qui studium, quo alter alterum caritatis officiis vincere volebat, cum certamine Herculis et Antaei comparaverat. quam comparationem respondet Ennodius doctam quidem esse sed parum aptam; nam in hoc amicitiae certamine ,et vinci ambo optamus et vincere' (p. 18, 12). pro vocabulo *daedala,* cuius sententia ex aliis locis (p. 75, 23. 109, 33. 234, 30. 271, 6) nota est, in V omisso altera manus, aliquanto recentior, inter lineas inseruit *digna*, quod vocabulum et ex opposito *indigna* et ex verbis sequentibus *ista sunt digna memoria* (p. 18, 20) sine negotio adsumi potuit. ambigi non potest ex Ennodi ingenio manasse *daedala, digna* ex librarii cuiusdam arbitrio, qui sua doctrina lacunam codicis V explere studebat: qua ex re certissimum testimonium efficitur ceteros codices, qui omnes illam scripturam adulterinam *digna* receperint, omnes ex codice V descriptos esse. ergo codex T derivatus est ex codice V; neque tamen eum ex hoc ipso, sed ex posteriore quodam Vaticani apographo originem traxisse comprobatur ea una re, quod cum quattuor, quantum equidem scio, aliis codicibus qui ex T descripti esse non possunt (quia plura opera continent quam T) eadem lacuna laborat. omisit enim in enuntiato (p. 214, 3): ,origo te quidem dedit dominum, sed virtus adseruit' verbum *dedit;* corrector autem codicis T ille stilo promptus adscripsit *fecit.*

Iam declaravimus non solum L et T ex codice V haustos esse, sed etiam praeter B omnes. argumentis exemplisque quae (p. XXXV) attulimus, addantur haec: verba (p. 264, 4) *non rennuo, non refuto* in archetypo Vaticani ad legendum difficilia fuisse videntur, quia qui V conscripsit primo tantum *Ñ* exaravit dimidia paene linea vacua relicta, postea in hoc spatio addidit (manus altera, si Harteli, manus prima, si meis collationibus credis) litteras pusillas *renuo Ñ rerum.* et exhibent libri praeter B omnes vocabulum ineptum

*rerum.* — p. 325, 17 omnes praeter B codices omiserunt vocem *rem*, quamquam eam quondam in archetypo Vaticani fuisse inde cognoscitur, quod in V librarius spatium vacuum reliquit. — denique summi momenti est, quod omnes libri eisdem locis, ubi verba in V aliter atque in B collocata sunt — invenies autem id 75 locis factum esse —, cum V contra B consentiunt. multis vel plurimis locis iam exemplar Vaticani hac in re ab B abhorruisse facile concedo, sed omnibus aliam verborum collocationem illud praebuisse, id non solum intellegentia communi sed etiam certis argumentis statui vetatur. veluti p. 239, 8 praeter B, qui *oppressum dumetis callem* praebet, omnes libri exhibent *oppressum callem dumetis;* at in V pictae sunt notae, quibus verba transponenda esse indicatur. similiter p. 268, 9 uno in codice B legitur *omnipotenti gratias,* in ceteris *gratias omnipotenti,* quamquam qui V exaravit, notis sese in verbis collocandis errasse significavit.

C 10. VATICANVS ex bibliotheca, quae fuerat Christinae reginae, codex 129 membranaceus saeculi XIV, cuius prima duo folia desunt, incipit verbis: *ille per celsum* (op. II 29). in folio quod nunc primum est et iam ante ducentos amplius annos primum fuit, scripta sunt: *nu.° 38 n. Pet. 1656* (in superiore margine), *Volumen XXXIIX non Petauianum* (in inferiore margine). constat ex novem quinternionibus, quorum primus non eadem qua ceteri manu exaratus est. eundem ordinem ac V tenet usque ad op. CCLXII, tum sequuntur CDXXII, CDXXVIII, CCXCVIII, CCXCI, LXXII, CXLVI, CLI, CLVIII, CLXVIII, CLXX, CCCI, CCCII, CCCIII etc. omissa ergo sunt opera CCLXIII—CCC paene omnia, alia repetita. totum codicem, ut unum ex recentioribus, contuli.

P 11. VINDOBONENSIS 745 codex membr. saec. XV hanc ob rem memoratu dignus est, quod ex eo editionem principem maxima ex parte fluxisse Hartelius docuit (edit. Ennod. p. VII).

C et P una cum L et T ex Vaticano descriptos esse ex eis quae his omnibus libris communia sunt effici supra demonstrabam. sed C et P ad proprium quoddam exemplar redire permultis similitudinibus confirmatur: in utroque ordo versuum in plurimis carminibus miro sed parili modo perturbatus est, uterque lacunis eisdem hiat velut p. 20, 12. 33. 33, 24. 117, 9. 152, 25. 307, 30 — uterque eisdem vocibus spuriis auctus est p. 10, 17. 21, 20. 137, 12. 141, 7. 173, 30. 176, 35. 198, 23. 275, 27. 285, 15. 286, 28. horum commune exemplar multis in rebus cum codice T congruit, ut praeter alias correcturas aptas et ineptas haec demonstrant:

| | BVL | TCP |
|---|---|---|
| p. 73,1 | res crepera | recia parat |
| 79,32 | haec avos (avus B) | haec ad vos |
| 133,5 | ut verba | ut iam verba |
| 197,6 | aliud | ad aliud |
| 272,32 | effecti fuerant | fuerant effecti |

Neque tamen C et P ex T sumpti esse possunt, quia genuinum ordinem, in T de industria immutatum, servaverunt et plura quam hic continent opera.

O 12. OTTOBONIANVS 687 constat ex quinque codicum variorum fragmentis. folia 13—28 saeculo XIII scripta continent opera Ennodi et ea primi quaternionis: op. I (sic mutilata est dictio, ut legitur in Martenei Novo thesauro anecd. V p. 61), II (sine versibus), III, IV—IX, X (mutilatum), XI (mutilatum) XII, XIII, XV—XVIII (p. 22,24); in altero quaternione sunt op. CCCLXXX (p. 273, 23), CCCLXXXII—CCCLXXXVII, CCCIC, CD, CDI, CDIII—CDXXII, CDXXIV—CDXXXVII, CDXXXIX—CDXLI (p. 305, 9). omisit ergo O, ut T, carmina; cur etiam aliquot epistulae eiectae essent, diu nequicquam quaesivi. sed cum ex lectionibus quibusdam codices O et L coniunctos esse cognovissem, simul animadverti epistulas ab O omissas in L notis *.a.* et *.ω.* esse signatas.

solet enim L initium carminum littera .α. et finem littera .ω. indicare; eaedem autem notae nescio quo errore etiam epistulis quibusdem adscriptae sunt: itaque desunt in O.

13. ESCORIALENSIS D III 22 codex saec. XIII in usum Harteli (edit. Ennod. p. VII) examinatus est a G. Loewe. lectiones aliquot ex eo sumptas affert Hartelius.

14. VRBINAS 61 membr. saec. XV Ennodi opera, paria cum paribus congregans, U in hunc ordinem redegit, ut post homilias Basilii super Genesim, librum quaestionum Philonis, vitam Dionysii sequantur Ennodi opera LXXX, IL, CCXL, I, II, III, VIII, XIV, XLIII, LXXXI, LXIX, LXX, LXXXV, XCIV, XXVI, XXVII, XCVIII, CXXIV, CCVIII, CCXIV, CCXX—CCXXIII, CCXXIX, CCXLIII, CCLXI, CCLXIII, CCLXXVII—CCLXXIX, CCCXXXVI, CCCLXIII, CCCLXXX, CDXXXVIII; tum incipit ,Ennodii viri illustris liber epistolarum', deinde ,epitaphia et distica'. ordinem singularum epistularum et carminum accurate disposuit Hartelius in edit. Enn. p. XXII; cuius descriptioni id unum addendum est, quod omisit versus op. CDLIII (inter versus op. VI et dict. XXVIII). inde ab op. CCCXCIV epistulae inscriptionibus carent (ut in Monacensi). nonnulla opera et multos locos criticos contuli.

15. MONACENSIS 110 chart. saec. XVI continet post tractatus contra errores D Graecorum scriptos anno 1553 opera Ennodi. in ordine opusculorum prorsus concinit cum Urbinate, praeterquam quod omisit op. IL, CCCLXXIX et versus op. CDLXVI.

16. MAGLIABECHIANVS I 6, 29 membr. saec. XIV (olim S. Marci 524) opera M Ennodi eodem ordine, qui in Urbinate et Monacensi tenetur, exhibet (Hartel edit. Ennod. p. XXI).

17. AMBROSIANVS D 117 sup. codex membr. saec. XV de origine sua ipse haec F aperit: ,Hic codex summa diligentia conscriptus, qui fuit metrop. ecclesiae Mediol. ei ab archiepiscopo Piccolpasso legatus, cuius etiam sunt notae, quibus est adspersus, iussu illustrissimi cardinalis Federici Borromaei bibliothecae Ambros. fundatoris a reverendissimo eiusdem ecclesiae capitulo emptus fuit anno 1601'. notae, quibus aliquot elocutiones illustrantur, viles sunt et iam in folio 12 desinunt. quaterniones codicis, quo Ambrosianus pro exemplari usus est, valde perturbati erant. quo factum est, ut opuscula ordine codicis V ceteroquin servato sic se excipiant: opuscula excusa in p. 1, 1—35, 40; 171, 1—244 14; 36, 1—72, 35; 244, 1 (ergo 244, 1—14 bis) — 279 v. 100; 72, 36—170 v. 24. reliqua desunt. panegyricum contulit Pertzius, totum codicem, quantum brevi temporis spatio licuit, ipse pervolvi. — Quamquam Ambrosianus a libris modo enumeratis ea re distinctus est, quod vetustum operum ordinem sequitur, tamen cum illis eum apte coniunctum esse his paucis exemplis comprobabitur:

| | BVLT | MUFD |
|---|---|---|
| p. 203,6 | refundat | referat |
| 209,9 | quam dubia elegit | quem narrantibus elegit |
| | BVL | TMUFD |
| p. 205,26 | aristas horreis | horreis aristas |
| 208,25 | solacium | remedium |
| 214,3 | dedit | *om.* (fecit T²) |

18. PARISINVS 2177 saec. XV omnia Ennodi opera ordine tralaticio recte servato continet; quem olim Nicolai Fabri fuisse et a Sirmondo ad editionem comparandam adhibitum esse e scriniis Pertzi cognovi. ex paucis lectionibus, quas benignitati A. Schoenei debeo, eum familiae codicis V adscribendum esse necessario concluditur; multis vitiis corruptus est, quorum plurima etiam in codice Ambrosiano inveniuntur.

III. CODICES HODIE IGNOTI VEL DEPERDITI: libri qui in antiquarum bibliothecarum catalogis enumerantur, utrum perierint an tantum lateant, plerumque parum liquet;

neque id prorsus negaverim unum vel alterum eorum, postea in alias bibliothecas translatum et nunc aliter signatum, in eis delitescere codicibus, quos modo descripsimus. ARGENTORATENSIS codex, quem ex catalogo Schatzi (a. 1748) citat Pertz (Archiv. VIII 462), funesta illa nocte anni 1870 concrematus est. A Montefalconio memorantur in biblioth. manuscr. (Paris 1739) II p. 1229 ‚Ennodii epistolae I vol. in 8° in monasterio Sulpicii Bituricensis', II p. 1251 ‚Ennodi opera in folio in monasterio B.M. de Becco'; itemque a Lelando in Collectaneis III 36. 44. 53 ‚Ennodii epistulae'. pluris est, quod Ennodi operum iam in his antiquissimis catalogis mentio fit: Index mss. codicum BOBIENSIS coenobii decimo saeculo exaratus (Muratori antiq. III p. 820) exhibet: ‚[Nasonis II Lucretii I Dracontii I] librum Ennodi episcopi unum, in quo et alia continentur opuscula [libros Donati tres etc.] — Inter codices monasterii CORBEIENSIS (A. Mai spicileg. V 208) fuerant: [12 sententiae quaedam] 13 Ennodius [14 hexaemeron Basilii]. — In fol. 29^b catalogi codicum monasterii S. Nazarii LAVRISSENSIS decimo saeculo compositi (Aug. Wilmanns Mus. Rhen. XXIII 385—410) legitur ‚Liber Ennodii poetae' sive ‚liber Ennodii epistolarum. multae in uno codice'.

IV. EXCERPTA Ennodiana continentur his libris: BRVXELLENSIS 10098—10105 fol. 28—36 saeculi XIII. sententias ex omnibus fere praeter carmina Ennodi operibus excerptas, quamquam saepe magna cum libertate immutatae sunt, ex codice Vaticanae familiae derivatas esse minime latet. ipse legi, semel citavi p. 307, 16.

MARCIANVS lat. class. II cod. 40 saec. XV continet post excerpta ex Hieronymo Seneca Sidonio sumpta in fol. 9 et 10 quaedam Ennodiana: descripsi, sed operam perdidi.

ESCORIALENSIS Q III 18 saec. XIV quae in fol. 178 praebet, a G. Loewe descripta sunt (Hartel edit. Ennod. p. XXII).

TRECENSIS 1452 chartac. saec. XV praebet excerpta e Cassiodorio Cicerone Sidonio Ennodio etc.

ALCOBACENSIS 73 saec. XV—XVI continet sententias excerptas ex epistulis Salonis, Maximi, Ennodi etc. neque de hoc neque de superiore quicquam cognovi.

Libri, qui singula tantum Ennodi opera exhibent, spem quam in eis posueramus fefellerunt. vilissimus est Laurentianus plut. XLV c. 11, cuius in folio 107 manu saec. XIV scripta exstat epistula una (CCCLXXXVI) multis vitiis corrupta. — Vallicellianus H 9 chartac. saec. XVI praebet inter vitas sanctorum et alia monumenta collecta ab Antonio Gallonio († 1605) in fol. 541—548 vitam Epiphani; quam ex editione principe anni 1569 omnibus illius ineptiis et notulis auctam atque duabus partibus imminutam transcriptam esse apparet etiam caeco. — Neque codices Parisinus 8071 et Vindobonensis 9041 saec. X, in quibus carmen CXXXIV inveniri Schenkl docuit in Studiis Vindobon. I 61, quicquam novi praestant, neque sylloga epigrammatum antiqua Alciato et Fontanae visa (C.I.L. V 2 p. 618) quamvis magnam spem ostenderit, boni quicquam affert. Alciatus enim, cuius syllogen circa a. 1508 confectam servat codex Dresdensis 1. 1 fol. 146, tradit 13 (+ 7) epigrammata his verbis: ‚libet tredecim subsequentia sanctitate insignium virorum epitaphia subiicere, quorum aliqua adhuc extant, sed semifracta, aliqua vero Saturni edacitate consumpta in humanis esse desierunt', atque, ut Baronius testatur, in scriniis etiam plura habuit. inter haec carmina refert quinque Ennodi epitaphia (CXCVII, CXCVIII, CC, CCI, CCV, CDLXII) a scriptura librorum Ennodianorum mirum quantum discrepantia. Fontana autem, cuius collectanea de archiepiscopis Mediolanensibus alphabetico ordine disposita a Barnaba inde usque ad Ioannem Arcimboldum († 1555) servantur in codice Ambrosiano V 35 sup., praeter Alciati syllogen usus ‚antiqua membrana auctoris qui descripsit vitas pontificum' sive ‚vetusto libro Wolfgangi Lazii Viennensis Caesarei historici in sepulchris Mediolanensibus' et ipse quaedam Ennodi carmina exhibet, quorum lectiones non minus ab Ennodianis libris quam ab Alciati relatione abhorrent. exstat ergo illorum Ennodi epi-

taphiorum triplex forma: attamen una potest esse vera. nam si quis dixerit in codicibus Ennodianis eam traditam esse formam, qua primo epitaphia composuerit Ennodius, postea haec ab ipso immutata et emendata lapidibus, unde sumpserit Alciatus, insculpta esse, is ea re refutatur, quod relatio in libris Ennodianis servata tantopere praestat, ut ingenio Ennodi unice accomodata sit. quid igitur? mentitus est Alciatus contendens sibi etiamtum praesto fuisse epitaphia quaedam in lapidibus incisa? negat Mommsenus, et quem ille iudex peritissimus non damnavit, ipse damnare vereor, praesertim cum idem ex his angustiis exitum patefecerit haec disserens (l. c. p. 627): ‚ubi Alciatus legere nequit, saepe divinat, hiatus autem non tam explet coniectura quam celat et aliqua arte abscondit'. ceterum ab Alciato et Fontana, quos sive marmoreis sive membranaceis testimoniis usos ex fontibus turbidissimis sua hausisse nemo negabit, ad carmina Ennodi emendanda vel ad codicum auctoritatem ponderandam nihil suppeditari cum ex Harteli hac de re disputatione (edit. Ennod. p. XXIV—XXVII) tum ex variis lectionibus, quas suo loco ex Alciato et Fontana adnotavimus, quivis sibi persuadebit.

Contra ea neglegendi non sunt libri Isidori Mercatoris illius falsarii, qui ad decretales fingendas summo studio Ennodi opera compilavit. nam non solum plurimis locis sententias Ennodianas et eas saepe longissimas inseruit, quarum originem singulari quadam doctrina iam David Blondellus (Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes Genevae 1628) indagavit, sed etiam inter Symmachi papae decreta tria opuscula (XLVIII, CLXXIV, CCXIV) tota recepit. quamquam enim de fraude hodie constat, tamen quidquid ex Ennodi operibus in illas decretales, quippe quae circa a. 850 confectae vel collectae sint, defluxit, ad codicem saeculo IX ineunte vel prius scriptum revocandum esse in promptu est. sed codex ille Ennodi, qui Pseudo-Isidoro ad manus fuit, licet Bruxellensi fuerit aetate aut par aut superior, ne eius quidem lectionibus codici Bruxellensi egregio palmam praereptam esse exemplis, quae supra (p. XII) collegimus, comprobatur. immo quidquid ex Ennodio in decretales Isidorianas inlatum est, fluxit ex archetypo deterioris classis, cuius caput nunc est V(aticanus 3803). una ergo utilitas, quam ex Isidori libris ad hanc quaestionem convertere possumus, haec est quod, quoniam decretales Isidorianae ante codicem V scriptae sunt, earum auxilio exemplar alterius codicum familiae antiquius aliquatenus cognosci potest. est enim in promptu eos locos, ubi codex B et libri Isidoriani inter se consentientes dissentiant a codice V, a librario lectionibus archetypi contemptis suo arbitratu in V esse immutatos: p. 56, 1 libri Ennodiani praebent *loquacitate* praeter B, in quo ut in libris Isidorianis quibusdam legitur *colacitate:* quae perversa scriptura etiam in V prima manu recepta erat. — p. 57, 3 exhibent et B et libri Isidori recte: *manifestam eum manere censuram,* V praebet: *manifestam* IN *eum manere censuram* atque inde ceteri Ennodi codices: *manifestam in eum manere censuram.*

Perquisitis igitur libris, quibus Ennodi opera usque ad hanc aetatem servata sunt, quaestionem de archetypo supra propositam repetamus. explorato autem omnes Ennodi codices in duas partes distribuendos esse, quarum altera uno efficitur codice B, altera V, ceterorum omnium capite, id potissimum exquirendum est, quo propinquitatis vinculo hi libri cum archetypo coniuncti sint. atque ex eis, quae modo de decretalibus Isidorianis exposuimus, apparet Pseudo-Isidorum iam circa annum 850 exemplari cum codice V, qui exeunte demum nono saeculo scriptus est, artissime cognato usum esse: ergo codex V non ex ipso communi omnium librorum archetypo descriptus esse potest. de codice B autem haec observanda sunt: huius libri folia 162—167, quibus Ennodi opera in ceteris codicibus omissa (CCCXLI—CCCLXII) continentur, integrum olim effecerunt quaternionem; sic enim inter se cohaerebant:

162 163 164 165 | 166 167 [168] [169]

duo ultima folia 168 et 169 nunc abscisa olim affuisse non solum marginibus interioribus relictis sed etiam ea re confirmatur, quod qui primus folia numeris Arabicis signavit in primo folio sequentis quaternionis adscripserat numerum 170. in omnibus libris secundae classis post opusculum CCCXL sequitur ceteris omissis op. CCCLXIII, atque etiam in codicis B folio 161[b] post op. CCCXL praefatio op. CCCLXIII scribi coepta est; sed praeter expectationem in media sententia et linea librarius substitit sex lineis eiusdem paginae vacuis relictis. tandem post quaternionem, qui constat ex foliis 162—169, opusculum in fol. 161[b] inceptum pluribus versibus omissis continuatur, ita ut quae p. 260, 29—261, 1 typis excusa sunt, inveniantur in B ante quaternionem in ceteris codicibus omissum (fol. 161), post hunc (fol. 170) alia manu sint scripta, quae inde a p. 261, 8 sequuntur, versus p. 260, 21—28 et 261, 1—7 in B desint. videntur igitur opera, quae in B foliis 162—167 continentur, in ceteris libris desiderantur, iam in archetypo peculiarem quaternionem implevisse; neque tamen excidit quaternio hic, priusquam exemplar, unde altera codicum familia pendet, descriptum est. nam exemplar, unde Isidorus Ennodiana sua hausit, codice B antiquius fuisse veri simillimum est. rem potius sic explanandam esse puto: folia archetypi, quae op. CCCXLI—CCCLXII continuerunt, perverso ordine collocata erant inter duo folia, quorum in altero praefatio op. CCCLXIII incepta erat, in altero ceterae partes sequebantur. qua perturbatione intellecta librarius, secundae classis auctor, folia temere interposita ad tempus consulto seposuit, seposita postea per oblivionem praetermisit. sed librarii codicis B, qua erant simplicitate, archetypum bona fide depinxerunt. at unde inquis ortae sunt illae lacunae? versus p. 260, 21—28 fortasse non in B omissi sunt sed in ceteris libris additi: nam ex Quintiliani declam. 5 ab interpolatore facile addi potuerunt. cur vero verba p. 261, 1—7 exciderint in B, inde explico, quod qui librarius post quaternionem falso collocatum dictionem CCCLXIII iam ante hunc quaternionem inceptam inde a p. 261, 1 describere debuit, intellegens orationem imperfectam esse et hiare suppressa prima parte imperfecta a novo capite rursus scribere coepit. neque enim dubium esse potest, quin verba p. 261, 1—7 in foliis posteriori librario ad transcribendum datis scripta fuerint; nam si in foliis priori librario mandatis exarata fuissent, ab eo in folio 161[b] sententia interrupta sex lineae et dimidia, prorsus integrae, relictae non essent vacuae. sequuntur in foliis 162—164 duodecim hymni, quorum singuli trecenos binos versus complectentes longitudinem folii explent.

Statuimus igitur codicem B ex ipso archetypo descriptum esse: qua una ratione explicari potest, quomodo factum sit, ut eadem, quae in libris alterius familiae desiderantur, in B quaternione separato contineantur. post secundae classis exemplar codicem B ex archetypo sumptum esse, id quod ex ipsa temporis ratione conclusimus, inde cognoscitur, quod saepius verba a B in spatio vacuo omittuntur (p. XXXIII) in ceteris libris recte scripta. ergo quo tempore codex B conscriptus est, archetypus iam magis corruptus erat.

Omnes codices ex uno eodemque fonte derivatos esse ostendunt lectiones in omnibus nostris codicibus eodem mendo corruptae:

| *Codicum mendosae lectiones:* | *emendatae:* |
|---|---|
| p. 100,38 nec inimicum | neci inimicum |
| 104,38 sponsa lacia | sponsalicia |
| op. CLXIX 3 fraudem sorte | fraudes morte |
| CLXXXVIII 9 remmus | rhythmus |
| p. 207,34 votibus | votivos |
| 208,36 mundificem | mundi faecem |

| *Codicum mendosae lectiones:* | *emendatae:* |
| --- | --- |
| p. 238,14 persica candentes | per se candentes |
| 245,5 praelorum | prelum |
| op. CCCLXXXVIII 23 niveis labellis | roseis labellis |
| ib. 42 roseis papillis | niveis papillis |
| p. 322,8 ipse | spe |
| 325,23 sed | sit |

| *Codicum lacunae:* | *expletae:* |
| --- | --- |
| p. 205,27 libertem | libertatem |
| 213,34 terexoticus | inter exoticos |
| 280,12 stare | praestare |
| 284,17 quam | quamquam |
| 284,25 adie | adieci |
| op. CDXXIII 14 parum | riparum |
| ib. 21 propera | properare |

Pauca graviora exempla e magna copia elegimus. alia vitia omnibus codicibus communia etiamnunc latent vel potius difficiliora sunt ad aperiendum, quia quo modo corrigantur nondum patet. alia leviora ex commutatione singularum litterarum, inprimis *i* et *e*, *o* et *u*, orta ex indice tertio facile colliguntur.

Deinde utramque codicum familiam, si eorum originem altius repetamus, eadem stirpe natam esse testantur menda quaedam, in quae librarii ambigua litterarum forma exemplaris sui decepti incurrerunt: *s* et *r*, *a* et *u*, *f* et *p*, *n* et *ri*, *is* et *us* licet etiam in aliis codicibus permutentur et hanc ob causam ad id quod petimus probandum minus valeant, menda Ennodianis libris propria aut certe non pervulgata haec sunt, quae ex uno eodemque archetypo in posteriores libros irrepsisse agnosces: littera *t* similis fuit in archetypo et *a* et *m;* quare omnes libri exhibent in op. CLXXXVIII 9 *remmus* pro *rhythmus* vel, ut ex similibus verbis concludere debemus, pro archetypi scriptura *retmus.* hac tantum ratione explicatur, quod B p. 283, 10 scripsit *simili* pro *stili,* p. 275, 22 prima manu *titulo* pro *stimulo,* op. XLIII 150 *cosmos* pro *costos;* ceteri codices hic praebent *cosos,* p. 9, 22 *multemur* pro *multetur,* p. 10, 23 *fatiscat* pro *fatiscam,* in op. CCLXII 20 *inmodicos* pro *in studiis.* nempe si hasta litterae *t* duobus uncis circumdata est, transit in formam semiuncialis *m.* sin tantum ante hastam uncus pictus est, *t* similis fit *a.* itaque exhibet B p. 79, 5 *arut* pro *arca,* p. 98, 12 versa vice *case* pro *ut se;* prima manu p. 39, 9 *fonae* pro *fonte,* p. 187, 35 *repugnanae* pro *repugnante,* p. 262, 30 *det more* pro *de amore* (cf. p. 34, 22. 113, 21. 184, 7); item ceteri codices p. 200, 29 *metrum* pro *mearum.* — Littera *a* in archetypo tam ambigue exarata erat, ut non solum cum *a* et *t* commutaretur, sed etiam cum litteris *is* his locis: p. 272, 16 *cordis* B pro *corda,* p. 310, 14 *cispa* B (*cespis* V) pro *cespes,* p. 2, 8 *repugula* BV pro *repugulis,* p. 20, 19 *vacuis* BV pro *vacua,* op. CXCIII 2 *dignis* BV pro *digna;* eiusdemque generis sunt errores: op. XXVII 18 *epotu* pro *epotis,* p. 18, 13 *sociata* B vel *sociatu* V pro *sociatis.*

Compendia in archetypo haud pauca fuisse videntur, quorum alia in nostros libros transierunt, alia perperam soluta perduxerunt ad varios errores. nostrum erit hic ea tantum notare, quae ceteroquin aut rara aut omnino inusitata in codicibus Ennodianis utriusque familiae inveniuntur. quod *vel* et *ut* aliquotiens commutantur, magnae offensioni non debet esse, sed animadvertendum est in op. CCXLV 39 omnes libros praebere *ustura* pro *vel Stura.* — p. 210, 27 *ue* scriptum est pro *unde.* — *hare* pro *habere* praebet p. 54, 29 codex B, et p. 213, 7 V (et L). — compendio $\tilde{N}$ in archetypo praeter *non* et *nos* (quae vocabula in nostris libris saepius commutantur) significatum erat etiam *noster nostri nostro etc.*


(neque id solum iuxta titulum *dominus*), unde pluribus locis errores invaserunt: p. 74, 14. 101, 8. 19. 102, 26. 106, 16. 33. 109, 16. 212, 9. 297, 16. semel p. 322, 14 in B scriptum est Ñ pro *nomine*. — *diaconus* plerumque excipitur nota DIACˢ vel DIĀC̄I, sed p. 4, 26 una littera ·D̄·; p. 1, 1 est in V nota Dˢ, in B omissa. — *versus* in V saepe litteris ŪS̄ breviter signatur, quod archetypi compendium B solvere solet. archetypi hoc fuisse compendium concludo inde, quod epistula ad Maximum (in V omissa) p. 257, 1 in B inscribitur: ENNODIVS MAXIMO VERSVS. verbum VERSVS ut ineptum iam delevit in ipso B manus recens atque deinceps editores. temere: scribendum est MAXIMO V(iro) S(pectabili), ut in inscriptione op. CCCLXXXVI et CCCLXXXVIII.

Archetypum igitur scriptum fuit maxima ex parte litteris quas dicimus minusculas, sed quibusdam quadratae formae intermixtis. de numero versuum in singulis paginis scriptorum vel litterarum in singulis versibus exaratarum nolo quicquam affirmare, etiamsi his quaestionibus minime supersedi. probabilis quidem est Harteli sententia (edit. Ennod. p. XXXIX): ‚totarum linearum in una aut altera familia omissarum comparatione codicis archetypi lineas ca. 40 litteras complexas esse apparet'. neglectis minoribus lacunis in V desunt p. 61, 1 litterae 88, p. 303, 11 litterae 37; numerus elementorum in B omissorum fluctuat inter 23 et 63 (cf. p. XXXIII). — Singula verba in archetypo parum accurate distincta erant, itemque enuntiata a posterioribus demum librariis videntur interpuncta esse. utraque enim distinctio et vocabulorum et sententiarum in B saepissime, in multis quaternionibus semper desideratur; in V autem a librariis pro captu et arbitrio interpunctiones verborum additas esse multis erroribus ostenditur, veluti his:

| | *genuina lectio* (= B): | VLTCP: |
|---|---|---|
| p. 4,28 | peregrinanti mens | peregrina timens |
| 11,3 | credidi rem | crediderim |
| 60,19 | licere tunc (liceretunc B) | liceret hunc |
| 79,36 | alia nos | alienos |
| op. IC 7 | docta rubore (docta robore B) | doctor ab ore |
| p. 168,24 | dextera ut | dexter. aut |
| 213,2 | deum perfectionis | de imperfectionis |
| 317,28 | sola manet | solamen. et |

Inscriptiones opusculorum vel, ubi haec desunt, prima quaeque opusculorum verba in V semper, in B plerumque quadratis litteris exarata sunt, in V praeterea viridi et rubro colore depicta. sed hoc quoque a librariis novatum esse videtur. nam si in archetypo initia operum semper illo modo insignita fuissent, librarius codicis B perductus non esset, ut saepius partitione singulorum operum neglecta inscriptionem cum verbis vel antecedentis vel subsequentis operis commisceret (op. CCLVXII[a], p. 262, 23; op. C). e contrario tribus locis panegyrici (p. 204, 2. 38. 205, 22) sine ulla ratione tamquam ante aliud orationis caput versus in B interrupti sunt; simili errore ceteri libri p. 318, 27, scilicet V codicem ducem secuti, media in sententia spatio relicto ab initio proximi versus scribere coeperunt.

Sed haec hactenus. ad postremum ea quae de librorum stirpe ac propinquitate disseruimus, hoc codicum stemmate illustrentur:



# III. DE EDITIONIBUS ENNODI.

Editio princeps Ennodi prodiit Basileae ex officina Henricpetrina anno salutis MDLXIX editio princeps (= *b*) a. 1569 mense Martio inter Iohannis Iacobi Grynaei Monumenta s. patrum orthodoxographa: Ennodi opera continentur altera parte huius immanis voluminis p. 269—480. hanc editionem ex codice Vindobonensi (= P) sumptam esse Hartelius (edit. Ennod. p. VIII—XI) dilucide demonstravit. nam ne ad leviora argumenta, quae plurima in adnotationibus nostris criticis suppetunt, confugiamus, atque ut praecidatur quaestio, utrum editio *b* ex ipso P an ex simili quodam libro descripta sit: in codice P duobus locis quaterniones excisi sunt, quos quondam non defuisse manifestum est; restant enim in folio, post quod quaternio desideratur, prima verba sequentis quaternionis ad quaterniones recte collocandos adscripta. priorem lacunam quamvis apertam socors editor Basileensis non animadvertit, desuntque in *b* omnia, quae in nostra editione p. 92, 41—116, 8 excusa sunt. alteram lacunam etiam maiorem codicis P (interciderunt quae sunt in p. 203, 1—270, 5) editor sensit atque explevit in auxilium vocato codice B, quod non solum lectionum consensu sed etiam condicione codicis B ostenditur. folia enim huius libri 131—174, quibus opera in P omissa continentur, permultis lineis numeris notis inquinata sunt, quae eadem in *b* inveniuntur. hanc codicis partem quondam in ipsam officinam ut typis describeretur missam esse tam apertum est atque illa folia 131—174 codicis B tantopere variis inquinamentis a ceteris distincta sunt, ut id admiratus adnotaverim, priusquam causam eius rei, scilicet codicis P lacunam, cognovi. quamquam codex B stilo optimo exaratus est, tamen in his foliis, ne typotheta falleretur, multa verba recenti manu inter lineas repetita sunt: eadem recenti manu in B verba distinguuntur et dirimuntur, pusilla vitia perverso dicendi vel scribendi more orta, quae permulta sunt in B, corriguntur, graviores mutationes scriptura codicis male intellecta adnotantur. quae quamvis saepe sint mirae et ineptae, in *b* ad litteram typis excusae sunt. numeri denique et litterae, quae passim in marginibus codicis B adscripta sunt, consentiunt cum numeris et litteris, quibus folia et paginae editionis Basileensis signata sunt. cum vero haec signa aliquotiens paululo discrepent et Harteli quoque notae ab eis, quae nos in editione *b* invenimus, saepius abhorreant, Schottus denique in epistula ad Ant. Salmatium ‚alteram editionem Basileensem Orthodoxographorum' appellaverit, suspicio mihi suborta est diversa illius recensionis exemplaria exstare. sed tria exemplaria, quae mihi inspicere licuit, eisdem typis excusa sunt; Schottus autem, qui l. c. editionem alteram Basileensem nominavit, in epistula dedicatoria in enuntiato simillimo alterum Orthodoxographorum volumen dicit; unde ibi vocabula editionis et voluminis commutata esse verisimile fit, praesertim cum omnia, quae Schottus ex *b* sumpsit, cum meo exemplari concinant. quare aliqua alia ratione explicari debet, quod exempli causa opera Ennodi, quibus in codice B adscripta sunt signa: ‚420 Dd 4', in folio editionis *b* exstant, quod signatum est: ‚418 Dd 1'; vel quod iuxta verba, quae in folio editionis ‚394 Bb 5' excusa sunt, in codice B signa inveniuntur ‚394 Bb 11'. utut autem haec res se habet, typothetae Basileensi codicem B ad manus fuisse ex ipsis lectionibus apparet; iuvat tamen memorare in editione *b* ultimas litteras folii 393 esse *peperit sub*, primas sequentis folii *iectus gloriam* (p. 204, 2); ultimas litteras folii 394 *vicissi* et primas sequentis *tudinem* (p. 205, 12): in codice B vocabula *subiectus* (folio 131 [b]) et *vicissitudinem* (fol. 132 [b]) crassa linea eodem modo quo in editione *b* dirempta sunt. — Ergo quae sunt in nostra editione p. 203, 1—270, 5 ab editore Basileensi ex codice B hausta sunt, posteriora denuo ex codice P, nisi quod paucis locis codice B pro subsidio usus est, sicut iam in prioribus operibus

aliquot lacunas codicis P ex B suppleverat (velut p. 27, 26. 72, 3. 129, 26. 152, 12). ceterum vix operae pretium est maiore diligentia editionem Basileensem exquirere, cum vera sint quae dixit Sirmondus ,nihil ad hunc diem editione Basileensi depravatius, nihil inquinatius in lucem exiisse'. unum folium editionis (p. 413 et 414) pluris aestimandum est; nam ut supra (p. XXXIV) exposuimus, deest hodie in codice B folium (olim 150), quod editori Basileensi etiamtum praesto fuerat. in his ergo operibus (CCXCVIII—CCCI) scriptura editionis *b* repraesentat codicem B.

Schott a. 1611 Andreas Schott societatis Iesu presbyter priusquam omnia Ennodi opera edidit, carmina separatim typis excudenda curaverat atque hunc libellum dedicaverat Antonio Salmatio Mediolanensi Kal. Aug. 1610 hac prece addita: ,Utinam (quoniam vereor ut unus satis sit liber ad emendandum auctorem adeo horridum atque obscurum) collega vester Ant. Olgiatus, Ambrosianae praefectus bibliothecae, homo eruditissimus, si quid forte Ennodii apud Insubres delitescit, suggerat iuvetque in partem'. anno 1611 editio omnium operum Tornaci apud Nic. Laurentium secuta est, quam dedicavit Fed. Card. Borromaeo Mediolanensium archiepiscopo, etiamsi Schotto, quod petiverat, codex Ennodianus, quem ex anno 1601 bibliothecae Mediolanensi infuisse supra memoravimus, transmissus non erat. nam in epistula dedicatoria queritur, quod ,unius ope codicis' in operibus Ennodi constituendis adiutus sit. paulo supra autem dixit: ,ex optimis membranis in Morinis Belgarum ultimis iam pridem a me repertis Ennodium edendum curavimus'. quibus cum verbis si comparaverimus illa ,hunc Ennodium olim a me diligenter edolatum sed in scrinium velut in lautumias damnatum in praesens de nostris angustiis offero libens', Schottus iam multo ante annum 1611 in Ennodio recensendo elaborasse videbitur; sed ex ipsius verbis, quae in folio codici B iniuncto servata sunt, scimus non ante annum 1607 illum codicem a Schotto collatum esse. ex eisdem verbis patet et unum librum, quo se usum esse dicit, et membranas illas optimas, quas in praefatione laudat, intellegendum esse codicem B. quamquam editionem Basileensem ,supina quadam ῥαθυμίᾳ comparatam esse iure censuit, et multos locos mendosos lacerosque auxilio codicis B explevit vel sanavit, nonnullos etiam ex ingenio recte emendavit, plerumque tamen satis habuit editionem Basileensem typis descripsisse et in margine lectiones codicis B suasque coniecturas adscripsisse. vitam Epiphani, cuius pars multo maior in *b* deest, supplevit quidem, sed ante eum id iam fecerat Baronius in ann. eccles. ad a. 472; e contrario alia opera, quae ex codice B addere potuit et debuit, praetermisit. — Ut Schottus carmina Ennodi in unum collecta separatim anno ante totam editionem vulgavit, ita etiam cetera opera in genera quaedam digessit et in hunc ordinem redegit: XII libri epistularum; vita Epiphani, vita Antoni, panegyricus, XV orationes, XIV declamationes, libellus apologeticus; carmina: hymni, panegyrici, epigrammata, epitaphia.

Sirmond a. 1611 Iacobus Sirmondus societatis Iesu presbyter Parisiis ex officina Nivelliana anno 1611 Ennodium edendum curavit. editioni praemissa est epistula ad Nicolaum Fabrum, in qua inter alia haec disseruit: ,conatus equidem sum, quoad potui, ex duobus spectatae fidei exemplaribus, Vaticano et tuo, quam emendatissimum reddere, lacunas quae multae et maximae erant implere ac prave detorta et traiecta suis locis reponere, omnia etiam opera ex pristina perturbatione in certos ordines et quasi classes digerere'. at non duobus sed tribus codicibus se usum esse ipse aperit his verbis: ,titulo caret (scil. op. CDLXVII) in duobus antiquis, in tertio, qui recentior est, inscribitur etc.' (not. p. 79); tum ,variant codices: unus *parcarum* (CDXXIII 14) legit, alter *parumper*, tertius *parum*' (not. p. 83); deinde ,in Vaticano abest *antiquum* (C 1), pro quo in Fabri libro scriptum est *lavacrum*, in tertio *vetustum*' (not. p. 89). omnes tres ad deteriorem codicum familiam referendi sunt; nam eadem lacuna qua tota haec familia laborabant, ut adnotavit Sirmond (not. p. 34): ,septem epistolae (CCCLVI—CCCLXII) desiderantur in exemplaribus, quibus usi sumus',

atque (not. p. 86): ‚aberant hymni a manuscriptis quorum ope nixi sumus'. ne haec et illa Sirmondi, quae ad Fabrum scripsit, inter se pugnare credas, ipse monet tertium librum recentiorem fuisse; restant ergo ‚duo spectatae fidei exemplaria'. sed ne ea quidem antiqua fuerunt; nam illud Vaticanum fuisse codicem Vaticanum 3803 cum Hartelio nego. hic si Sirmondo ad manus fuisset, sine dubio maiore libertate et confidentia in editione Basileensi corrigenda versatus esset. Nicolai Fabri autem librum (quem Parisinum 2177 saec. XV intellegendum esse Pertz adnotavit) unum ex recentioribus esse satis cognoscitur ex lectionibus, quas perpaucas tradidit. sed quo deterioribus codicibus Sirmondus sustentabatur, eo maiore gloria dignus est restitutor hic Ennodi: Sirmondi enim singulari doctrina et ingenio tandem contigit, ut Ennodi opera plurimis vitiis cum librariorum tum editoris Basileensis purgata intellegi possent. quod Sirmondi meritum ab omnibus ut par erat atque etiam magis quam par erat agnitum est; nam eo admirationis processerunt, ut in verba eius iurare quam ipsi rem retractare mallent. — Quantolibet vero Sirmondi editio Schottiana superior est, aetate certe paullo est inferior. quamquam enim Sirmondus iam die 16. Nov. 1609 privilegium a rege Francorum impetraverat, quo futura Ennodi editio defenderetur, ante diem 1. April. 1611, quo perfecta est, Schotti editionem noverat. in carminibus, quae Schottus iam a. 1610 publici iuris fecerat, id nemo negabit his locis examinatis: op. CCCXLIV 32 ‚hoc nostra debet mens deo'; pro ‚*debet*' est in b ‚*deo et*', Schott scripsit *vox et:* item Sirmond. — op. CCCLXXXVIII 102 ‚in multum calet ille rogus' B et Schott in margine exhibent; ceteri omnes voce *rogus* omissa praestant ‚in multum ille caret'; Sirmondus, qui codicem B numquam vidit, rectam lectionem non suo debuit ingenio sed Schotti editioni. sed etiam in ceteris operibus quin interdum ex eadem hauserit, mea quidem sententia dubium esse nequit. diligo quidem Sirmondi ingenii praestantiam quam qui maxime, neque prorsus negaverim illum suo ingenio lacunas p. 55, 33 et 324, 13 explevisse atque p. 174, 24 pro *subtus* scripsisse *subduc;* sed p. 8, 29 vocabulum *perfectionem* et p. 11, 13 *usus* coniectura consecutum esse nullo pacto credo. quamquam Sirmondus nusquam Schotti mentionem fecit. minori opprobrio ei est, quod Iuretum, qui in Miscellaneis ad Symmachi editionem (Paris. 1604) Ennodi peritissimum se praestitit, uno loco (not. p. 10) commemoravit. nihilo minus Sirmondus inter omnes Ennodi editores excellit, licet ipse in praefatione confiteatur: ‚sentio quamlibet copiosam mendorum messem ex hoc campo sustulerim, locum tamen spicilegio non defuturum'.

Cum eodem anno 1611 duae Ennodi editiones paratae essent, per tria paene saecula nemo repertus est, qui hoc negotium gravius quam gratius denuo susciperet. nam editio huius auctoris inserta operibus Iac. Sirmondi anno 1696 Parisiis coniunctim editis, repetitis anno 1728 Venetiis, quorum primo tomo Ennodius continetur, tota ex editione anni 1611 pendet. hinc etiam ortae sunt editiones, quae occurrunt in Magna bibliotheca patrum Parisiensi (a. 1639 tom. XV = auctarii tom. I), Maxima bibliotheca patrum Lugdunensi (a. 1677 tom. IX), Gallandi bibliotheca patrum (Venet. 1781 tom. XI), Mignei patrologia latina (tom. LXIII a. 1860): quae nisi in pusillis quibusdam rebus casu potius quam industria admissis a Sirmondiana recensione non recedunt. additae sane sunt aliquot Schotti et Barthi emendationes vel depravationes. — His tandem proximis annis ad Ennodi Hartel
opera corrigenda iterum codicibus perquisitis et scripturis diligenter excussis ne post Sir- a. 1822
mondum quidem locum spicilegio defuisse demonstravit Guilelmus Hartel, qui anno 1882 Ennodi opera recensuit et commentario critico instruxit (Vindobonae, Corp. Script. Eccles. tom. VI). neque recusaverunt huic editioni debitam laudem, qui de ea iudicaverunt: Petschenig *Zeitschrift f. d. österr. Gymn. 1883 p. 189—197,* Dombart *Fleckeisen Neue Jahrb. 1883 p. 275—284,* Mohr *Philol. Rundschau 1883 p. 879—887,* simul utilissima de suo addentes. praeterea cognitu digna sunt, quae exposuerunt de Harteli editione: Jullian *Revue critique 1883 p. 481—483,* Deutsch *Philol. Wochenschrift 1883*

*p. 1063—1067,* Krusch *Sybel Histor. Zeitschrift 1883 p. 100—104, Theolog. Litteraturblatt 1883 p. 393,* Lipsius *Theol. Litteraturzeit. 1884 p. 75—77.*

Omnes hae commentationes, quod doleo, tum demum vulgatae sunt, cum schedae meae iam officinae typographicae traditae essent (Octobri 1882); quare quamquam eorum, quae illi proposuerant mihique probarant, plagulis inserui, quidquid potui, omnia recipere nequivi et quaedam a me iam inventa sub meo nomine edidi alienorum ignarus.

Singula Ennodi opera seorsum edita inveniuntur in his quoque libris:

Panegyricus Theoderico dictus decem annis post editionem principem editus est una cum Cassiodori operibus Parisiis anno 1579 apud Sebast. Nivellium in folio. cum editor praeter Basileensem editionem auxilio nullo usus sit, emendationes quas proponit auctoritate quidem carent, sed magna sunt dignae laude propter ingenii acumen, quo excogitatae sunt. iterata est haec panegyrici editio anno 1583 in 4° in eadem officina; quam ad parandam etiam codex adhibitus est sed deterrimus. tertia eiusdem libri editio prodiit perpaucis lectionibus additis anno 1588 in folio (qua usus est Schottus), quarta denique apud Marcum Orry Parisiis 1600 in 8°. cum his consentit recensio panegyrici, quae inest Cassiodori operibus editis apud Iacobum Chouet Lugduni 1595 (Aurel. Allobrog. 1609 etc.). — Ex Sirmondo repetita est panegyrici editio in corpore XIV panegyricorum veterum Paris. 1643 in 12°. — Cochlaeus in vita Theoderici (Ingolst. 1544) panegyricum Ennodi non recepit, recepit demum Peringskiöldus librum Cochlaei anno 1699 Holmiae denuo excudens ex Sirmondo. — Manso, in cuius historia imperii Ostrogothorum (Breslau 1824) Ennodi panegyricus refertur, maxima ex parte pendet ex Sirmondi editione, cum unus códex Monacensis saeculi XVI ab eo adhibitus sit. — Editionem denique Berengi *(panegirico del B. Magno Felice Ennodio Venezia, Antonelli 1849)* ipse non vidi.

Vita Epiphani in Actis Sanctorum (Ianuar. tom. II Antverp. 1643) excusa fluxit ex scriniis Heriberti Rosweydi; descripserat is codicem Bruxellensem, qui tum erat in possessione Francisci Modi.

Libellus pro synodo apologeticus in editionibus et Pseudo-Isidori et conciliorum reperiri solet, sumptus ex codicibus Isidorianis, quibus perquisitis has editiones praeter paucas coniecturas sprevimus.

Hymnos Ennodi memoravit et paucos eorum versus exscripsit I. M. Thomasius in operum suorum tom. II p. 351 ss. (Romae 1747), item Daniel in thesauro hymnologico (Halis 1841), codicibus neuter usus. Daniel (l. c. p. 150) etsi opinatur ‚carmina Ennodi ex breviario Mozarabum desumpta in quibusdam provinciis olim in usu fuisse ecclesiae', tamen confitetur a se in nullo breviario carmen Ennodi esse inventum.

Benedictiones cerei ab Ennodio habitae (op. XIV et LXXXI) in eiusdem Thomasi operibus (tom. I p. CCXXVI) excusae sunt ad verbum cum Sirmondi recensione congruentes.

Epigrammata denique alia ab aliis occasione oblata exhiberi suo loco in apparatu critico adnotavimus, quamvis parva sit quae inde pariter utilitas.

Perrari sunt qui post Sirmondum studia sua in Ennodio collocaverunt. complures sane eius nomen et opera in medium protulerunt, sed rem ipsam vix extremis ut dicitur digitis attigerunt. cum omnes fere Sirmondum compilaverint, optima ille praebet, qui Sirmondum optime intellexit et reddidit; quae nova accesserunt, raro sunt bona. dico autem Fabricium (biblioth. med. et inf. lat. II 100), Historiam litterarum Francorum (III 96), Amperum *(hist. litt. de la France avant le XII siècle. I 209);* utilia quaedam addiderunt Ughellus (Italia sacra I 1080) et Bollandistae (A. S. Iul. IV 271). Blondellus, qui proximus est ab Sirmondo, Ennodi opera quidem mirum in modum memoria tenuit (Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes, Genavae 1628), sed ad ea emendanda vel explicanda nihil attulit, quia aliud ei propositum erat. in Barthi adversariorum commentariorum libris Ennodi nomen deesse non potuit — cuius enim scriptoris nomen ibi deest? — sed potuit Barthi

nomen in Ennodi editione sine magno detrimento omitti: unam recepi ex eius coniecturis neque eam sine dubitatione (op. CCCLXXXVIII 51). ac ne ea quidem, quae Manso *(Geschichte des Ostgoth. Reiches, Breslau 1824)* et Ebert *(Geschichte der christl.-latein. Litt. I 413—420)* et Fertig *(Ennodius und seine Zeit, 3 Programmata: Passau 1855, Landshut 1858 et 1860)* elaboraverunt, eis qui res penitus pervestigare student satisfacient. pauca sunt sed ex plena rerum notitia petita, quae Usener in anecdoto Holderi de Ennodio profert. qui cum paucis verbis utilissimas sententias complecteretur, Talinus multis verbis parum profecit *(Epifanio ed Ennodio. Gli Studi in Italia 1880 et 1881)*. de anno quo panegyricus ab Ennodio habitus sit, disputavit Cipolla *(Archivio storico Italiano Serie IV n. 33 tom. XI 1883)*. doctissima est Francisci Magani commentatio de sancto Ennodio eiusque editionibus *(La Scuola Cattolica vol. XXI Milano 1883)*. denique multi, inprimis rerum scriptores, singula Ennodi verba proferunt et explicant, quos enumerare longum est. in commune autem dici potest Ennodium a paucis esse lectum, a paucioribus intellectum.

---

Denique ex re esse videtur pauca disserere de ratione, quam in hac editione comparanda secuti sumus.

Ante omnia animadvertes hanc editionem a vulgatis differre in ordine operum. diu quidem haesitavi, utrum commoditati hunc librum evolventium serviens ordinem, quem Sirmondus invenit posterioresque receperunt, servarem an utilitati lectitantium prospiciens ordinem, qui est et in omnibus codicibus antiquis et in editione principe, restituerem. Hartelius censuit ‚antiquum codicum ordinem nullo pacto editione repraesentari posse‘ (edit. Ennod. p. XV); ego codicum integerrimorum auctoritatem prae Sirmondi arbitrio spernere religioni habui. nempe molesta est illa quam praebent codices epistularum carminum orationum permixtio, neque, qui opera confusa in genera seiungunt, exemplo recentiorum quorundam librorum carent: at illa opera quamvis sint diversa, tamen sic inter se cohaerent, ut ne poetica quidem et oratoria sine vi ac detrimento distingui possint. sunt enim nonnulla opera ex versibus et soluta oratione mixta: utro in numero haec collocanda esse putas? Sirmondus alia inseruit carminibus (carm. I 6—9, II 107. 150), alia epistulis (epist V. 7. 8, VII 21. 29), alia opusculis (op. 6) et dictionibus (dict. 12. 24. 28), alia denique ipsa discerpsit (dict. 24 et carm. II 90, dict. 13 et carm. II 150). deinde displicet significatio qua utitur Sirmondus ‚opuscula miscella‘, cum eo vocabulo omnia Ennodi scripta recte comprehendantur. inter haec coniecit quaedam opera dictionibus attribuenda (opusc. misc. 8—10); opusculum 6 ab ipso Ennodio dicitur ‚epistula admonitionis‘ (p. 285, 21). epistulae sunt, quae a Sirmondo inter carmina I 7. 8. II 107 sunt relata: in ipsis codicibus nominantur dictiones, quae in eiusdem editione repeiuntur inter carmina I 2. 9. 6. num hic ordo tanta inconstantia et violentia effectus dignus videtur qui permaneat in saecula saeculorum? quantae difficultates obstent, ne Ennodi opera idoneo modo distribuantur, nulla re melius illustratur quam si diversos distribuendi conatus comparamus: in codice T carmina tantum selecta sunt (neque ea constanter), in Urbinate Magliabechiano Monacensi distinguuntur orationes epistulae carmina, Schottus divisit epistulas orationes declamationes carmina, Sirmondus denique epistulas opuscula miscella dictiones carmina. Schottus epistulas in XII libros dispertiit, Sirmondus in IX: hic Plini Symmachi Sidoni exemplum secutus, ille Cassiodori, neuter codicum auctoritate nixus. hodie ut Ennodi opera prope sola ex Sirmondi editione nota sunt, ita latissime error diffusus est ab Ennodio novem epistularum libros compositos esse (cf. *Birt Antikes Buchwesen p. 378*). Ordo operum

Haec fere sunt quae contra Sirmondi aliorumque divisiones pugnant, neque levioribus causis ut ad codicum ordinem redeamus movemur. si quis opera Ennodi secundum seriem in codicibus traditam perlegerit, in illa quae videtur temeraria perturbatione vicina sibi

vinculo quodam coniungi cognoscet. quamquam enim scripta Ennodi festinanter collecta et neglegenter edita sunt, tamen quae aut rerum aut temporum rationibus cohaerent, plerumque in unum sunt collata. omnia vero opera Ennodi in codicibus accurate ex temporum ordine referri nemo affirmabit, quoniam exempli causa opus, quod in codicibus primum locum obtinet, circa annum 504, op. XLIII anno 495 ortum est. item Sirmondus ad epist. V 1, VI 6, VIII 21 recte adnotavit epistulas non semper ad temporis ordinem dispositas esse. quod etsi pluribus exemplis comprobari potest, in universum tamen opera in codicibus sibi vicina eidem temporis spatio adscribenda sunt. scilicet cum scripta Ennodi ex variis libellis et schedulis post ipsius mortem colligerentur, illi libelli proprii, quos dicit p. 246, 18, continentes opuscula eodem tempore scripta a primo editore ita descripti sunt, ut opera singulis libellis comprehensa suum ordinem obtinerent, libellorum ipsorum ordo, secundum quem libelli olim compositi erant, saepius turbaretur. quare qui opera, ut in genera digerantur, segregant, ipsi se instrumento ad Ennodianae orationis caligines perspiciendas peridoneo privant. id concedit ipse Sirmondus nota, quam adscripsit carm. II 90. — Opera in codicibus coniuncta eodem fere tempore scripta esse non raro etiam verborum similitudine ostenditur. quod ad illustrandum aliquot locutiones brevi intervallo repetitas, ceteroquin autem ab Ennodio non usitatas proferam:

p. 5,27 macte insignium adulescens virtutum = p. 14, 6
47,28 verba caminis fabrilibus excocta
50,13 homines caminis fabrilibus excocti
74,10 sub quacumque neglegentia . . . temperem
74,21 sub quocumque neglectu temperem
111,8 animum usque ad domestici perlatoris oportunitatem suspendi
111,23 usque ad domesticum perlatorem vota suspendi
126,8 nulla eloquii poterit mutare affluentia
126,16 nulla eloquitur oris affluentia
144,20 fructum ex diligentiae messe condidimus
146,11 fructus de gratiae messe condebat
232,4 quam bene me ad patientiam absentiae vestrae longus temporum usus aptaverat
234,17 quam bene animum meum ad patientiam sequestrationis absentiae vestrae usus aptaverat

huc etiam spectat quod eandem sententiam Ciceronis p. 38, 31 et 49, 11 atque Iuvenalis p. 295, 4 et 311, 29 repetit. itaque qui Ennodi opera secundum codicum ordinem, quem nostra editione restituimus, perlegerit, non solum ad res cognoscendas sed etiam ad sermonem Ennodianum examinandum utili adiumento instruetur. denique sic et de lacunis librorum et de orthographicis differentiis facilius iudicabitur. veluti cur dictiones prima et vicesima tertia lacunosae sint, ex Sirmondi editione nemo intelleget: qui ex hac editione cognoverit illam dictionem in codicibus primum opus, hanc paenultimum esse, rem iam habet perspectam. eademque facilitate sibi persuadebit formam *soboles* in prioribus opusculis, *suboles* in posterioribus praevalere.

Ceterum ne eis qui Sirmondi significationes numerosque adhibere solent, nostra editio molesta sit, addidimus et singulis operibus designationes Sirmondianas et tabulam, cuius auxilio loci ex Sirmondi recensione citati facili negotio in hac quoque editione inveniantur. praeterea rationibus legentium ea re consuluisse nobis videmur, quod omnia Ennodi opera in paragraphos distribuimus; in panegyrico etiam capita signavimus, quae distinxit Sirmondus, Manso numeravit.

Delectus lectionum

Ratio in lectionibus codicum deligendis adhibita nititur eis argumentis, quae singulos libros describentes attulimus. lectiones codicis B tanta diligentia adnotavi, ut verear

ne cui nimius in hac re fuisse videar. sed pusilla quoque et vere supervacanea, veluti ubi librarius in verbis et versibus distinguendis primo erravit, ipse deinde correxit, eam ob causam non semper omittenda erant, quod inde interdum graviora menda in editione principe et deinceps in posterioribus orta sunt; alia propterea attuli, quod in Harteli editione ita relata sunt, ut graviorem corruptelam subesse suspiceris. — Secundum codicem B diligentissime, ut par erat, lectiones codicis V adscripsi, qui rarius sed gravius a scriptura recepta discrepat. ceteros libros cum omnes ex V fluxisse supra demonstratum sit, praeter paucas coniecturas ad Ennodi opera corrigenda nihil conferunt; tamen memoriae causa recentiorum quoque codicum graviores lectiones lacunas glossemata in apparatum criticum recepi. quoniam vero ei in plurimis rebus cum codice V concinunt, saepe pro tota familia i. e. pro VLTCP unum nominavi V, praesertim in rebus levioribus. quaecunque ergo sub nota V attuli, huic toti familiae communia sunt (praeter menda p. 17, 13. 26, 5. 184, 18. quae V propria sunt). — Primam et alteram librariorum manum distinxi notis $B^1$ vel $V^1$ et $B^2$ vel $V^2$, eiusdemque primae manus correcturas (Mommseni exemplum imitatus, cf. Iordanis edit. p. LXXI) notis $B^a$ vel $V^a$ et $B^b$ vel $V^b$, scilicet ut illa sit scriptura quae corrigitur, haec quae corrigit. — Errores qui continentur in permutatis his: *ae* et *e* — *oe* et *e* — *i* et *y* — *ci* et *ti*, item in *h* littera male aut dempta aut addita, quia neque prorsus neglegendos neque apparatum criticum eis onerandum esse credidi, in indicem orthographicum ablegavi.

Restat ut pauca de rebus orthographicis addam. diu multumque deliberavi inter codicum auctoritatem et praecepta grammaticorum suspensus. de hoc sane mihi constabat nequaquam licere scripturam codicum legentes celare, sed quaerendum erat, utrum formae vocabulorum ab usu alienae in commentario critico tantum collocandae essent an in textum ipsum recipiendae. quae quaestio eo difficilior facta est, quod scripturae codicum B et V saepissime inter se dissentiunt. videlicet nulla dubitatio est, quin in archetypo utriusque codicis formae barbaricae crebrae fuerint; nam quamvis multis locis agrestes scripturae codicis B in V politae sint, transierunt in hunc quoque librum barbarismi haud pauci. et in B et in V inveniuntur praeter multa alia haec monstra orthographica: Ortho-graphica

| | *Codices:* | *lectio emendata:* |
|---|---|---|
| p. 7,2 | emineis | hymenaeis |
| 33,26 | ellubie (ellubiae V) | illuvie |
| 174,32 | iubet = 204, 18 | iuvit |
| 207,34 | votibus | votivos |
| 272,23 | aeroas | heroas |
| op. XXVI 43 | cirucis | ceruchis |
| XXVII 34 | sofus | sophos |
| CXCII | quintia | Cynthia |
| CC 9 | auoet | habuit |
| CCCLXV 1 | putatur | potator |

Ut hos barbarismos omnibus codicibus communes ad archetypum referendos esse luce est clarius, ita alias quoque formas horridas in solo codice B inventas ex archetypo manasse, inde apparet, quod codicis V librarius eos male emendavit, velut

| | *cod. B:* | *lectio emendata:* | *cod. V:* |
|---|---|---|---|
| p. 14,31 | indeces | indices | in decus |
| 50,2 | myfiticam | mephiticam | mysticam |
| 63,1 | onerabit | oneravit | onerabat |
| 109,29 | pecoalem | pecualem | specialem |
| 211,9 | ieceret | iecerit | iaceret |
| 231,20 | debutionis | devotionis | debitionis |

| *cod. B:* | *lectio emendata:* | *cod. V:* |
|---|---|---|
| 237,14 rogus | rogos | rogum |
| 315,12 vellit | vellet | velit |
| op. IC 7 docta robore | docta rubore | doctor ab ore |

Similes correcturae ne in B quidem prorsus desunt, sed multo sunt rariores atque simpliciores: librarius codicis V eiusve exemplaris quanta subtilitate quantaque constantia lectiones mutaverint, optime probatur genetivo nominum in *-ius* cadentium, qui in codice V omnibus fere locis formatur in *-ii*, quamquam Ennodium formam in *-i* (servatam in B) praetulisse manifeste metro ostenditur: op. CI 4, CLXXXI 3, CLXXXIII 4, CXCVII 1, CCX 1, CCXXXIV 1. 7, CCCXXXIX 3, CCCLXXIX 8. tum multis locis in V eidem barbarismi atque in B exarati erant, quos aut $V^2$ aut $V^b$ perpolivit.

Quamquam ergo exploratum est archetypum formis barbaricis refertum fuisse, tamen illa vocabulorum monstra ex textu removi cum propter legendi incommoda tum propterea, quod codices nostri ad integram archetypi effigiem restituendam minime sufficiunt. nam ne Bruxellensis quidem temeraria emendatione caret eiusque librarii — a pluribus hunc librum scriptum esse ostendimus — in rebus orthographicis variant alii scripturam archetypi integram reddentes alii ad grammaticas regulas paulo immutantes. utramque librariorum rationem deprehendimus in prima parte opusculi LXXI in B diversa manu et fol. $55^b$ et fol. $56^a$ exarata. scriptura utriusque librarii quamquam ex eodem exemplari hausta sic discrepat:

| | *librarius fol. $55^b$:* | *librarius fol. $56^a$:* |
|---|---|---|
| p. 81,1 | Stefano | Stephano |
| 2 | munos | munós |
| 3 | exibuit | exhibuit |
| 4 | alicorum | aliquorum |
| 5 | conceperem | conceperim (*pro* conciperem) |
| 6 | acceperem | acceperim (*pro* acciperem) |
| 7 | contolerunt | contulerunt |

Verum etiamsi archetypi orthographia penitus refici posset, eo ipsius Ennodi scripturam integre repraesentari nego: neque enim archetypus ab ipso auctore compositus vel emendatus est neque schedae ab editore primo collectae omnes manu Ennodi scriptae fuerunt. immo ut ille ab aliis petebat (p. 281, 28) ,nec alterum dictare patiamini quae ad me scribetis' et (p. 282, 9) ,rogo ut nullum alium dictare facias', quia non sua manu epistulas scripserunt: sic ipsius epistulas saepe per exceptores scriptas et in illos libellos proprios fortasse semper aliena manu relatas esse verisimile est. persuasum mihi quidem habeo plurimos illorum barbarismorum ad ipsum Ennodium revocandos esse (ut similes qui in epitaphio Ennodi exstant, plerique certe auctoris, non fabri sunt), quoniam Ennodius sua legit et emendavit (p. 193, 6. 265, 18), sed quid ipse peccaverit quidve librarii deliquerint, certa ratione explorari non potest. in universum autem satius duxi, quidquid a Latinitate nimis alienum a legentibus non sine ingrato labore enuclearetur, e textu tollere. multis sane locis vix a me impetravi, ut formas, quas genuinas esse certissimum erat, lima grammatica polirem; sed legentium rationibus optime consulere mihi videbar, eis qui Ennodium propter res traditas lecturi sunt verba emendata exhibens, eis qui illas ipsas Latinitatis corruptae formas requirunt collectas in indice peculiari offerens. tamen ne sic quidem omnibus me satisfecisse confido: ipse mihi non satisfeci.

In eis orthographiae varietatibus, quae tolerabiles viderentur, indulgens Bruxellensi quamvis inconstanti admisi duplices eorundem vocabulorum formas ut: *apud-aput*, *bene-*

*ficium-benificium*, *ingemescere-ingemiscere*, *pulcher-pulcer*, *obtinere-optinere*, *exsuperare-exuperare*, *epistula-epistola* etc.

Separatim denique quaedam addenda sunt de assimilatione praepositionum. hac quoque in re codices B et V sunt dissimillimi, hic assimilandi consuetudini indulgens, ille plerumque resistens. neque dubium est, quin B etiam in his formis propius ab archetypi integritate absit, quia generatim animadvertitur libros Ennodianos, quo recentiores sint, eo magis assimilationi favere. ceterum et in codice V et in B exemplar nimia licentia transcriptum esse testantur et nugae quales inveniuntur p. 285, 22 *suffestinatione* B pro *sub festinatione*, p. 171, 12 *immeritorum* V[a] pro *in meritorum*, et Pseudo-Isidorus, qui exemplari noni saeculi vel etiam antiquiore usus praebet p. 50, 17 *adpellit* — B et V *appellit*, p. 65, 23 *adloquiis* — B et V *alloquiis*. cum ergo librarii pronos se praestent ad assimilationem inducendam, tamen exempla contrarii vitii in B reperiuntur: p. 12, 6 *adnuas* B pro *annuas* (= anniversarias), op. XLIII 117 *Adpennini* pro *Appennini*, p. 289, 16 *Adlecto* pro *Allecto* (= Ἀληκτώ). hoc diversum studium ita tantum explicari potest, quod codex B a pluribus librariis scriptus est, quorum alius assimilationem iusto magis auxit alius expulit. itaque certa norma destitutus vocabula sive cum assimilatione sive sine assimilatione composita recepi ex B, qui etsi non integer, integrior tamen est ceteris codicibus. formas, in quibus V differt, adnotavi omnes praeter verba composita cum praepositionibus *cum* et *in* (= *cō* vel *c̄* et *ī*).

---

Iam vero missum faciam hoc opus, quod per sex fere annos diurna nocturnaque manu versavi. opera quidem ipsa Ennodi typographo m. Octobri a. 1882 tradita iam pridem typis excusa sunt, sed ad prooemium atque indices conficiendos permultum temporis opus fuit. excusatum me volo, si cui haec praefatio, quippe quae verbis ex Ennodio petitis referta sit, ex illo sermone depravato ipsa colorem quendam rusticum traxisse videbitur. indicem nominum auximus pretiosissimis Sirmondi notis, in indice rerum et vocabulorum autem multa ad opera Ennodi interpretanda lectionesque explorandas idonea, quae in apparatu critico afferre non licuit, sunt collecta. — Unum restat, ut gratias agam bibliothecarum praefectis, quorum liberalitate usus sum Bruxelli Londini Monachi Romae, atque Hartelio, qui pro benevolentia sua singulas suae editionis plagulas typis excusas protinus mecum communicavit eo tempore, quo codices contuli et ad hos lectiones ab ipso et a me notatas potui exigere.

Biponti mense Maio anni MDCCCLXXXV.

**Fr. Vogel.**

---

# EPITAPHIVM ENNODI.

Epitaphium Ennodi in tabula marmorea insculptum singulari fortunae beneficio ad hanc aetatem servatum est Ticini in basilica sancti Michaelis. quo de monumento Talinus *(Gli Studi in Italia 1881 p. 113)* haec disputat:

*Primo venne deposto in S. Vittore, chiesa eretta da lui e che esisteva fuori di Porta Cavour. Il vescovo Ippolito Rossi lo collocò sotto l'altare maggiore nella basilica di S. Michele e l'epitaffio sta nel muro a cornu epistolae nel presbiterio e non nel battisterio, come hanno il Muratori e l'Allegranza.* — Atque similia legimus apud Maganum *(La Scuola cattolica XI vol. XXI p. 34): epitaffio d' Ennodio, posto già, non nel battisterio, che nel vero senso a tale parola attribuito non esiste, e non è forse mai esistito in S. Michele, ma infisso in un parete laterale all' altare maggiore ove riposava il corpo del santo.*

Contulit hoc epitaphium post Sirmondum aliosque Mommsen, cuius recensio (C. I. L. V 2 n. 6464) haec est:

Ennodius vatis lucis rediturus in ortu
  hoc posuit tumulo corporis exubias.
clarus prole quidem, generosior ipse propinquis,
  quos functus laudum iussit habere diem.
reddedit hos caelo vivacibus ille figuris,
  cum fecit famae vivere conloquiis.
quid mirum si morte caret post busta superstis,
  qui consanguineos restituit superis.
quantos iste foret, mundi caelebrator in hortu
  nec silet occidui cardinis oceanus.
scismata coniunxit dudum discordia legi
  adque fidem Petri reddedit aeclesiis.
pollens aeloquio, ductrinae nobilis arte
  restituit Cristo innumeros populos.
largus vel sapiens dispensaturque benignus
  divitias credens quas dedit esse suas,
templa deo faciens ymnis decoravit et auro
  et paries functi dogmata nunc loquitur.
Depositus sub d. XVI. Kal. Augustas
Valerio. v. c. consul. [= anno 521]

---

*Huius tituli barbarismos, quorum plurimi per se intelleguntur, editores sic emendaverunt:* v. 1 ortum v. 4 functos iussit habere diem = *op.* CIC 10 v. 7 post busta superstes = *op.* L 1 CCCXXV 9 v. 9 quantus celebratur in ortu v. 15 dispensator

# FLORIANI ABBATIS
# EPISTVLA AD NICETIVM PAPAM

sumpta ex codice Vaticano inter Palatinos 869
olim Laurissensi s. Nazarii.

[Vide supra p. XXVI.]

## DOMINO SUO NICETIO PAPAE FLORIANUS EX MONASTERIO ROMENO.

Benedicitur una trinitas deus noster, qui vos pontificalibus meritis pontificali 1
locavit in vertice, ut non beatitatem dignitas sed beatitudo praecederet dignitatem. nec
immerito: cum ab ineunte pueritia dominicis militaveritis in castris, ut illuc tutius et
validius disceritis, quibus iaculis intellegibilis ille prosternitur Amalehc, scilicet quoniam
et ipse victor es nomine. sic enim estis deo praesule institutis coenobialibus eruditi, ut 2
per mare saeculi sine secularibus fluctibus inoffenso vestigio transiretis et triumphalem
hymnum cum Moyse merito concinentes ,cantemus domino, gloriose enim honorificatus Exod. 15, 1
est, equum et ascensorem proiecit in mare'. sic individuus comes Heliae, ut nequaquam
deserens altiora, quo humilitate conscenderas, unde cum apostolis in montem glorificatum
aspiceres dominum salvatorem. quia igitur tanta sanctimoniae vestrae praerogativa suf- 3
fultat, quaeso ut pro me qui inpetrastis oretis, quoniam deus praescius futurorum, qui
fecit quae ventura sunt, sciens me sanctorum solacia indigere vivorum, ut bonus dominus
praeparavit auxilia.

Vide ergo quantis adiutoribus uteris, cum me coeperis obsecrare: sanctae memoriae 4
domnum ENNODIVM pontificem Ticinensis ecclesiae, qui generosi sanguinis nobilitatem
humilitate praevexit ad gloriam, ut in caelestis patriae senato fieret et ibi senator: cuius
inconparabilem doctrinae facundiam non solum testatur occidens sed et oriens instructa
miratur: Nestorii fulmen, Euticis extinctor, gloriosam dominam meam inviolabilemque
Mariam Christotocon et Theotocon apostolica auctoritate perdocuit. ipse ergo meus est
pater ex lavacro, quem credo apud eternum patrem per filium intervenire pro filio. sed et 5
coronae vestrae socium beatae memoriae domnum Caesarium Arelatensem episcopum, qui
vixit inter barbaros pius, inter bella pacatus, pater orfanorum, pastor egentium, qui tanti
census effusione nil perdidit, catholicae regulam disciplinae dictis factisque demonstrans.
ipse igitur mihi latinis elementis inposuit alfabetum. sed et hunc pro famulo discipuloque
suo impetrare confido. addo et tertium, inparem quidem dignitate sed meritis coaequalem: 6
sanctae memoriae Theodatum abbatem meum et archimandritam, saeculi huius inimicum,

---

Florianus hic monasterii Romeni abbas — nam ipse se dicit successorem Theodati abbatis (v. p. LX 4) — mihi videtur idem esse ac Florianus ille abbas, cui Arator libros suos de actibus apostolorum anno 544 dedicavit (Aratoris opera ed. Arntzenius 1769 p. 1—14), quoniam et Arator et Florianus hic cum Ennodio familiaritate coniuncti atque Mediolani educati erant.

Floriani epistulam ex codice Palatino 869 a Bethmanno descriptam denuo contulit Ewald. ad eundem codicem redit Freheri editio epistularum Francorum (Corpus Francicae historiae. Hanoviae 1613 p. 187 = Migne patrol. lat. LXXII 917).

---

2 Romano *Freher* 3 pontificale *cod.* 5 illuc] *pro* illic totius *cod.* 6 quando *Freher* (quō *cod.*) 7 in statutis *Freher* 8 mare *Freher,* manere *cod.* 9 concinnentes *cod.* 11 deserens . . . . unde] *aut intellege* inde, *aut corrige* desereres montem] *pro* monte 14 solatio *Freher* 16 cum pro me *Freher* 17 nobilitatem *Freher,* nobilitatis *cod.* 18 senato] *i. e.* senatu, senator *cod.* 20 Nestorii *Freher,* Nestoriae *cod.* 21 Christocon et Theodocon *cod.* 25 effusione *Freher,* effusionis *cod.* disciplinae *Freher,* disciplinis *cod.*

cui crucifixus est mundus, templum vere dignissimum trinitatis, plenum reverentiae Christianitatis, ex placida bonitate mitissimum, ieiuniis castigatum, orationibus refectum, puritate mundissimum: qui mihi sacras exposuit scripturas et flores tenerae lanuginis ipse suscepit: qui pro filio et discipulo successoreque suo licet indigno non ambigo quod (laus) exoret.
7 Vincunt ergo, domine mi, tanti iusti orationem peccatorum. igitur quia conversatio
Phil. 3, 20 vestra in caelis est, sicut dicit apostolus ,vestra autem conversatio in caelis est', orate
cum his et rogate illum meum sacratissimum confessorem Ambrosium, quatenus me ut
peculiarem famulum tueatur, ut proprium civem foveat, ut familiarem alumnum eruat,
8 quoniam apud dominum Iesum quod oraverit exorabit. quocirca salutationis obsequium
famulanter insinuans praecor, ut pro beatissimo viro domino meo Datio episcopo fratre vestro semper oretis. aequum est enim, ut pro eo, quem monasterii saepta sacrarunt successorem, etiam confessorum successor egregius beatorum exorare non desinas; et hoc, si dignum ducitis, supplicamus, ut beatitudinis vestrae sospitatae parvitatem nostram faciatis, sicut petimus, successorem. Explicit.

---

4 laus *inclusi*, libens *Mommsen*, beatus *vel* pius *fort.* 6 orationem peccatorum] oratione multitudinem peccatorum *conicio* 10 quoniam] qui *Freher* 14 sospitatae *scripsi*, sospitatem *cod.*, sospitati *Freher* 15 successorem] certiorem *coni. Freher*

---

# ARNVLFI LEXOVIENSIS EPISCOPI
# EPISTVLA AD HENRICUM PISANUM ROMANAE ECCLESIAE LEGATUM.

(Arnulfi op. ed. Giles Oxonii 1844, p. 131.)

[Vide supra p. I et XXVII.]

1 In quo verbo reges nostri de susceptione domini papae convenerint, vestra sapientia
non ignorat. et noster quidem ad ecclesiasticas personas regni sui legatos destinavit in
Angliam cum literis, quas a domino papa receperat, et scripto illo, quod a schismaticis
est de Papiensi conventiculo fabricatum, ut scilicet utroque scripto tanquam allegationibus anno 1160
partium utrinque proposito rectius possint quasi de iudicio formare consilium et liquidius
2 de contemplatione falsitatis oppositae cognoscere veritatem. cui sane colloquio, quia corporaliter adesse non potui, per epistolam saltem interesse curavi, ut personae vicem pagina suppleat et vivae vocis instantiam epistola fidelis instauret. cuius etiam epistolae transcriptum sanctitati vestrae censui destinandum, ut devotionem meam quamvis parum utilem, officiosam tamen vestra dilectio recognoscat.
3 De caetero librum ENNODII vobis mitto, alienum quidem, sed si experientia vestra
probaverit, transcriptum cum quanta fieri poterit festinatione remittam. ego autem librum
illum non videram, priusquam mihi vestro fuisset assignatus iudicio, visoque miratus sum,
qua primum ab auctore confidentia editus aut quo postmodum ab aliis fuerit favore tran-
4 scriptus. neque enim mihi dignus videtur, cuius studio vel scripturae tantum tempus
debeat sive census impendi, cum et volumen effusum sit, et ad intelligenda quae scripta sunt singula multis et taediosis oporteat iterationibus replicari. prima siquidem facie difficilis et obscurus incedit et, cum rerum difficultatem stilus lucidior debeat aperire, intelligentiam potius sermo tenebrosus obtundit. cumque multum habeat laboris inspectio, nihil habet assecutio voluptatis, quia nec absolutione sententia complacet nec oratio venustate.
5 summa enim eius intentio est aliter omnia dixisse quam caeteri, ideoque totum quod

loquitur exquisita quadam intricatione complicat et innodat, ut rectius INNODIVS quam ENNODIVS debeat appellari. porro in metricis producta breviat suaque nihilominus auctoritate brevianda producit nullaque vitium falsitatis virtute redimitur, quia ipsum nec cultus orationis nec dignitas materiae recompensat. unusquisque tamen ad observandas propositae 6
legis tenetur angustias, dicendique libertatem necessitate supprimit quisquis se ad observantias huiusmodi arbitrio propriae voluntatis astringit. facilem vero duplex culpa veniam non meretur, cum et intellectum retundit obscuritas et aures metricae corruptio iocunditatis offendit. credo ego librum hunc apud veteres nec notitiam habuisse nec gratiam ideoque 7
nec in manus venisse multorum sed sepultum diutius veteri quodam armario latuisse, donec noviter in lucem merito obscuritatis et nova peregrini nominis admiratione processit. sunt enim quidam, qui eo difficilia maioris aestimant, quia minus intellecta mirantur, ea 8
minoris et tanquam puerilia reputant, quae iucunda lucidi sermonis serenitas illustrat. caeterum obscuritatem tanquam tenebras evitandam Seneca noster et Tullius et caeteri, quorum scripta comprobantur, ostendunt. Iulius quoque Caesar vir illustris eloquentiae Gell. I 10, 4 Macrob. 1, 5
culpabiles esse denunciat, qui ea volunt loqui vel scribere, quae homines mirentur potius quam intelligant, et se tanquam scopulum ita fugere insolens atque infrequens verbum. legite tamen ipsumque non de aestimatione mea sed de vestra potius experientia iudicate, 9
ne meritis eius ignorantia mea praeiudicium irrogasse dicatur ipsumque vestri favoris sententia defraudasse. quod si irrefragabilem quaeritis de prosa ferre sententiam, ipsam secundum versuum merita iudicate, quia verum est ipsum pari peritia circa tempora syllabarum et dictionum naturam virtutemque versari. Valete.

# NOTARVM EXPLICATIO.

B = codex Bruxellensis saec. IX (v. p. XXXII. — $B^a$ $B^b$ $B^1$ $B^2$ v. p. LV).

C = codex Vaticanus inter libros Christinae reginae saec. XIV (v. p. XLII).

L = codex Lambethanus saec. X (v. p. XXXVIII).

O = codex Ottobonianus saec. XIII (v. p. XLII).

P = codex Vindobonensis saec. XV (v. p. XLII).

T = codex Trecensis saec. XII vel XIII (v. p. XL).

V = codex Vaticanus saec. IX vel X (v. p. XXXVII. — $V^a$ $V^b$ $V^1$ $V^2$ v. p. LV). [Codicum stemma vide p. XLVIII.]

b = editio princeps Basileae 1569 (v. p. XLIX).

*Schott* = editio Schotti Tornaci 1611 (v. p. L).

*Sirm.* = editio Sirmondi Parisiis 1611 (v. p. L).

Notae aliorum quorundam librorum, quos in singulis tantum opusculis adhibuimus, explicantur p. 48. 171. 203.

# MAGNI FELICIS ENNODI

## OPERA

## I (DICT. 1).

# DICTIO ENNODI DIACONI IN NATALE LAVRENTI MEDIOLANENSIS EPISCOPI.

Quousque me iners diffidentia intra angustum patitur penetrale delitiscere? 1
quousque nimia cautio terminos honesti timoris exsuperans dispendia opinionis, quae
vitat, incurrit? usu enim rerum venit inter homines, ut quantum famae decerpitur per
audaciam, superfluum non minus pereat per timorem. non enim debet notari velut 2
avarae laudis adsumptor, non ⟨ei⟩ adscribi cupido affectatae devotionis ostentui, apud
quem res obnoxia pudoris stimulis adacta conpletur, quia sicut in umbram cogit
gloriae appetitus, oratione dum quaeritur, ita non reddere quod deberi noveris proxi-
mitatem noctis indicit. superflua scribere res iactantiae est: necessaria reticere con-
temptus. saepe vituperationis nostrae mater est doctoris occultata laudatio. dicat 3
forsitan aliquis animo consulendi, quod operis pressa magnitudine exhausti macies
ariscat ingenii et destituta dicendi valitudine garrulitas defectum mercetur ex copia:
ceu si in alveum magni fluminis stillantis guttam fundas eloquii, nequaquam ad cursum
proficis liquoris inpendio, et vix umorem parturit quod ad undas aptatur. sed aesti- 4
mamus animo quae dicantur ad pretium meritum dictionis, et vena, quae est per
naturam torrida, frequenter currit a themate: eloquentiae exilitas propositione pinguescit.
saepe pro eorum meritis, quibus se mancipaverit oratio, dicenda tribuuntur, maxime
si mera affectione laudando militet narraturus. tunc verborum abundantiam trans-
mittit affectio, tunc amor suggerit quod negat ingenium. sancti Laurenti aliquatenus 5
pro mea mediocritate bona dicturus plenum quidem laboris opus adgredior, sed
plenum caritatis. facessat ergo formido venerando inimica proposito! fugitiva gloriae
est mens subiecta terrori, clamante Paulo apostolo 'perfecta caritas foras mittit timo- I Ioh. 4, 18.
rem', hoc est dicere et indicio certo monstrare, quia non diligit qui pavescit. sine
culpa vincitur oneris inmensitate, qui ad portandam sarcinam etsi inpar tamen
devotus occurrit.

His ita se habentibus festa nascentis anni cur non votivo sermone concelebrem? 6
cur lucidi natalis exordium silentii foeditate dehonestem? marcida est sine sermone
hilaritas et simulacrum maeroris occultare quod gaudeas et adflictionis imitatio vocem

---

[I] 1 ennodii *B* diaconi *om. B,* D *cum nota litterae* S *persimili VL* 2 natale *B,* nat *VL,* natali *T* mediolani *BL,* mediol *V* 4 delitescere *V* 5 timoris] pudoris *b* 6 euitat *b* incurrit *scripsi,* incurret *libri* 8 assumptor *V* ei *om. B* ascribi *V* 11 res *in spat. vac. om. B* 12 occultata *B,* occultati *VLTP* 14 arescat *V* cupia *B* 15 albeum *B* 16 sed aestimamus .... pretium *duas lineae partes vacuas relinquens om. B* aestimamus *Schott et Sirm.,* existimamus *VLTP* 18 curret *B* 19 meritus $B^a$ 21 suggeret $B^1$ laurentii *V* 22 aggredior *V* 23 inimica praeposito *B,* proposito inimica $V^1L^1$ est gloria *b* 24 Paulo] Ioanne *Migne* 29 exordium *B,* exordio *VL,* exordia *rel.* marcida] manca *b* 30 meroris est occ. *Pb* afflictionis *V*

in laetitia non habere. ergo tibi, sancte pater, officii conscius verba non tribuam?
libet tamen dicendi principia consecrationis tuae derivare de tempore et cum anni
7 renascentis infantia florulenta, si valeo, dictione vernare: nunc cum terrae sucus per
venas arentium virgultorum currit in germina et alvus sicci fomitis umore maritata
Prop. IV 15, 28. turgiscit, cum in blandam lucem novelli praesegminis comae explicantur arboreae et
omnis ramorum plectura diffunditur vel quae intra tunicam natura artaverat frondium
decora solvuntur, cum avium cantilena comitur sapore modulato, cum vita segetum
glebis sepulta hiemalibus quasi repagulis algoris emissa et tepore fota concipitur:
8 nunc *cum* in cano flore spem fructuum metitur agricola, cum mutuis palmitum brachiis
vinearum texitur aprica formositas et ante maturitatis tempus vultum frugiferum cultura
conponit, dans venustatem falce domitrice et luxuriam infecundam ferro fructificante
conpescens, cum profundi gurgitis rabies blandum transit in sibilum et enervata tepore
ventorum ferocitas migrat in delicias navigantis, cum tutum est cymbam salo laxare
et ancorarum morsus absolvere, dum fractura procellarum, quae navitas hactenus
terrebant, invitat et per uda aequoris spatia somnum gubernantis admittit, cum colore
distincta gemmato verni opibus prata ditescunt et in ordinatione summi pontificis
9 naturae gaudium elementa testantur: tibi ergo, antistes, nunc non reddam quod aliis
iam praestare didici, quem ad pontificalem apicem gravitas pudor pudicitia venustas
adduxit, qui tot dotibus velut in acervum coactis canam dignitatem praesentis officii
suscepisti, habens tantarum honestamenta virtutum, quantarum probatum singulae
10 facerent species sacerdotem? taceo universitatis in electione tua consonantiam et
discretarum nationum concordem sententiam non revolvo. statuat ista loco laudis,
cui non suppetit quod possit praedicare de moribus. momentis enim plerumque incerti
favoris aura popularis inpellitur et nescia examinis turba Quiritium, dum studiis rapitur,
amat incognitos. in te libram tenuit qui petitionis tuae aut socium se praestitit aut
11 auctorem. imperitae coetus multitudinis meritum tuum expendit lance perfecti et,
dum in te ornamentorum varietas placet, quasi unus heres diversissimi fueris instituti,
sic singuli hoc de claritate tua censebant sufficere quod probabant, quia bona omnia
nequaquam omnibus nota esse potuerunt, et speciatim ad favorem sideris tui universos
inlexeras, alteri ostendendo quod pius es, alteri quod severus, alteri quod bene adquisiti distributor patrimonii, alteri quod sciris recte parta servare. id studii sumpsit
universitas, ut cum de proposita laude unusquisque vinceret, conlatione tamen in
praeconiis tuis melioris tituli ab altero vinceretur.
12 Nolo istis diutius inmorari. veniendum est ad laboris tui exercitia, quia ego,
qui non sum in laudatione tua idoneus maximis, nescio esse parva contentus. novellis
te adhuc inpositae dignitatis labantem vestigiis ineluctati temporis suscepit adversitas
et tironem pontificii exercitatissimum militem adversus libertatem inpacta bella reddiderunt. tu praedonis nescisti timere saevitiam, tu blandimentorum, quod in malitiosis
13 nocentius telum est, scuto constantiae venena respuisti. quotiens te, qui certamine
non potuit, insidiosa honorificentia lacessivit? quotiens in damno bonae opinionis
servitii sui te credidit figmenta suscipere, hoc a te postulans, ut adhibito hostem
conludio intra urbis muros includeres et ovium tuarum dissipanda lupis membra

1 ergo *ante lin. suppl.* $B^2$ 4 curret *B* maritata *Sirm.*, maritota *B*, maritatus *ceteri* 5 turgescit *V* praesigminis $BV^1L$ 6 tonicam *B* 7 cantelena comitor *B* modolato *B* 8 repagula (repugula $B^a$) algoris *B*, algoris repagula *VLTP*, a. repagulis *O*, a. repagulo *Sirm.* 9 cum *inseruit Hartel* agricula *B* braciis *B* 10 culturas conponet *B* 11 luxoriam *B* 12 cum] dum *b* 14 nautas *b* haetenus $B^a$ 15 terrebant *scripsi*, terrebat *libri* 16 geminato *Sirm.* 17 antistis *B* 18 iam praestare *B*, praestare iam *ceteri* 20 tatarum $B^1$ singulae probatum *Pb* 24 quiritum *b* 28 hoc *Sirm.*, haec *BVL*, *om. Pb* 31 scires *Bb* 32 collatione *V* 35 nouellis] nolouelis $V^a$ 40 honorificentia (a *in lit.*) lacessiuet *B* 41 sui . credidit afigmenta (*om.* te, cre *in lit.*) *B* 42 inclauderis (a *del.*) *B*, concluderes *ceteri*

praestares, paris facti, quod dictu nefas est, multorum exempla suggerens? quae
quidem tu vitanda despiciens et ad vindictam sereni temporis servans memoriae com-
misisti, detestabilia retinens, ne per oblivionem inpune transirent, et maiorem horrorem
excessibus debens, dum ruinam metuis aliorum.

Sed remotis dicendi obstaculis veniamus ad illa, quae religioso sunt magis digna 14
memoratu! cum hostilis inruptio more pecorum Christianum populum per diversa
distraheret, tu variorum generibus cruciatuum capiebaris in omnibus, tu paterna con-
ventus pietate sustinebas tormenta multorum, ut ait apostolus: 'quis vestrum cruciatur, II Cor. 11, 29!
et non ego?' inter ista tamen fractum te non vidit adversitas. hoc triumphis suis 15
decerpi sensit inimicus, quod capti sacerdotis animum non subegit. pugnabas adhuc
pro absolutione plurimorum et tibi nihil metuens de plebis tuae anxietate pendebas.
nolo diutius tristibus inmorari, nolo tragoediam maligni temporis aperire, libans de
inlustri conversatione tua aliquanta praetervolo, ne te narrando cogam denuo sustinere
quae passus es; quamquam doctor gentium in tribulatione exercitum se fuisse com-
memoret vociferans: 'cum infirmor, tunc potens sum.' taceo inediam frigus iniurias 16 II Cor. 12, 10.
et illa, quae tibi inimici animus providit, augmenta morborum. sed, credo, haec puerilia
et suco antiquae valitudinis robusta membra tolerabant. nonne emortuis per conpages
artubus et a possibilitate propria longa iam aetate distractis sola anima flecti nescia
sustinebat et imitanda intentione adversus inpugnantes muro constantiae stabilita
certabat? post haec ad redivivum statum libertatis optatae numquam pia vota despiciens 17
Christus redemptor noster occurrit et fractas Romani nominis vires artifici medella
solidat: in vigorem salutiferum res contrita remeavit. cum ex alto benignis oculis
caelestis dominator aspexit, Mediolanensium urbi lux est proprii reddita sacerdotis.
tunc cum rarus habitator, tunc cum error in domibus et per dulcia cubiculorum limina 18 Lucan. 1, 27.
confusa discursio, tunc cum ubique pavor et luctus et dei templa in ferarum habi-
tatione deputata sordebant, cum marcens incuria splendidissima dudum atria situ vetusti
umoris obnuberat, laetitiam ceteris tuo dedisti de reditu, tu regressus ad lacrimas.
tunc more avium, quibus, dum terra nivibus vestitur, et alicuius loci in spem cibi
spoliatur angustia, videres quae remanere potuerunt plebis reliquias confluxisse et ad
boni pastoris praesentiam undique fatigatis balatu nemoribus greges occurrere. alios 19
tunc multiplici sustentandi genere mulcebas affatu, alios reficiebas inpendio, alios
hortabaris exemplo. brevi post in antiquum statum, qui tibi post deum debetur, urbs
iam sepulta revaluit et, quae non credebat in se reparari posse quod fuerat, coepit
iam meliora aemulari. tunc, qui vitae usus est, cernere erat omnia ad latiorem pro-
fectum bonis successibus invitari.

Curro per singula strictim referendo, quibus opus est longa narratio, ad agonem 20
vitae tuae, ad summi celebritatem propositi perventurus. secunda post dubium temporis
nata est in ecclesia Romana captivitas, quae te quasi iam diu desidem et laboris
fugacem de longae sinu quietis abstraheret, cum vix spe pacis laboris tui arma depo-
sita resumuntur. deberetur quidem, nisi me laudis tuae censura pertraheret, in lugenda
causa silentium, ut in una aetate memoriae pereat res nefanda. senatus illic curiae 21
caelestis accitus est, ibi ex variis provinciis episcoporum turba confluxit, ubi coetus

---

1 paris *T et Sirm.*, pares *ceteri* 5 magis *B*, *om. ceteri* 7 cruciatum *B* 12 traguidiam *B* libens *b* 14 quanquam *V* 15 tunc] tum *Pb* frigus et iniurias *b* 17 conpages (p *in lit.*, g *corr.*) *B* 18 ar///tu | bus (tu *post lin. add. man. 2*) *B* 20 dispiciens *B* 21 medela *V* 22 solidat *Hartel*, solidata *libri* 23 mediolanensium . . . . . sacerdotis *in margine inferiore suppl.* $B^2$ 24 lumina *VLT* 25 in *del.* $T^2Pb$ habitationi *VLT*, habitationibus *Pb* 27 obnuuerat *codices*, *emend. Schott et Sirm.* tu *in lit. B* 29 uideris *B* 30 concurrere *b*, accurrere *Sirm.* 31 multipliciter $BV^1$ 34 est iam cernere *Sirm.* 36 longa *B*, larga *ceteri*, *recte fort.* 38 te *in lit. B* 39 longe (n *in lit.*) *B* 41 illic] ille *Pb*

ille, quot hominum genera, tot sententiarum varietates advexit. sed quibus inerat
spiritalis sapor intellegentiae, quasi ducem te principalis deliberationis caritate tenuerunt.
tunc quo minacium impetus blandimentorum melle domuisti, qua superborum corda
22 venerandae humilitatis erectione fregisti, qua labantium animos consilii radice fundasti,
explicare non valeo. rei gestae notitiam scire cupidum ex facti contemplatione com-
pello. unum te sequuti sunt tot electi et in sententiam tuam recciderunt tantarum
principes civitatum. coquitur lamentationis aestibus, qui a te cruda obstinatione descivit,
et nihil habet in solacium praeter ⟨calamitatis⟩ lacrimas qui divisus est. dicat aliquis
23 forsitan rerum gestarum malignus interpres: quam sortita est de huiusmodi constantia
praesens causa decisionem? quaerat qui finis de laudato sudore contigerit. huic ego
fidens replicabo: te praesule factum, ne sacerdotes ministros acciperet furor alienus,
ne cruentae indignationi pontificum sententia militaret, ne in usum male commoti
traherent evenire posse quod vellent. postremum inproborum loquacitas obmutescat
huius saltim aestimatione secreti, quia odiorum incendia, quae non ex inpugnati merito,
sed ex studiorum fomentis arserunt, nec sanctae deliberationis potuerunt fonte restingui.
24 tibi ergo debetur venerabilium custodia canonum, tibi quod sine episcopali nota con-
tigit quidquid in praesentia saevit inprobitas, tibi patuit quod aliis accusantes clande-
stina fraude texerunt, apud te conpertum fuit non satisfaciendum odiis, quotiens fide
25 deseritur qui lacessit. sed haec aliis melius servantur narranda temporibus. salve,
ecclesiarum sidus, et ad senectutem bonam Abrahae aemulator accede, quia testi-
Psalm. 54, 24. monium probitatis est diu hominem in ecclesiastica arce servari, ut scriptum est: 'viri
sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.' tu aevo maturus et ad religiosum
sudorem primaevus exsupera, tu pietate laudabili bonis discipulis exempla suggere,
malos severitate conpone et boni utriusque fibula operis in testimonio summae gloriae
sine labe perdura!

## II (CARM. 1, 6).

## DICTIO ENNODI DIACONI QVANDO DE ROMA REDIIT.

1 Amica est homini ad genitale solum revertenti semper hilaritas, dum metus,
quoscumque ei peregrinanti mens anxia peperit, quasi praefinitos et caelo gravante
dispositos se evasisse confidit. debetur ergo vox serena laetitiae, ne muta gaudia
maeroris imaginem sortiantur. cui enim pateat exultantis animi secretum nisi oris
Verg. Aen. 1, 397. 2 clave reseratum? reduces etiam cygnos alis ludere Mantuanus adseruit. quid ego
faciam in medio deprehensus abrupto, qui et regressui meo debeo dicendi fidem et
proposito tacendi necessitatem? secede, quaeso, ad tempus, officii censura gravioris:
numquam te oportune gaudiis miscuisti. prophetarum insignissimi sub legem versuum
verba redigentes carmine desideria sua et vota cecinerunt, divino pectora dedicata

1 quod *B* uarietatis *B* 2 spiritualis *b ut semper* 3 minatium *LP*, minantium *Tb* 4 uenerauda *b* 6 secuti *V* recciderunt $B^1 V^1$, reciderunt *reliqui* 7 disciuit *codices, emend. Schott* 8 calamitatis *om. B*, calamitatis praeter *coni. Hartel* 10 decisionem *b*, dicisionem *B*, firmitatem *ceteri* fines *libri, emend. Hartel* contigerit *BVL*, contigerint *T*, contigerunt *Pb* 11 praesole *B* sacerdotes *B*, sacerdotis *ceteri* 12 ne cruentae] nec ruentem || *B*, nec ruentum *Hartel* 13 uellint *B*, uelent *VL* postremo *Sirm.* 14 saltem *V* inpugnanti $B^a$ 15 nec] ne *VLb* 16 contigerit *Sirm.* 17 quicquid *V* patuit *om. B* accusaÑ *VLT* clandistina *B* 19 melius aliis *b* 20 aemula | • tor (*eras.* a) *B* 21 arce] arche *B*, arte *Pb* 22 maturus sed *fort.* 23 discipulis] disciplinis *Sirm.* 24 conpone *B*, compesce *ceteri, recte fort.*

[II] 26 diaconi] ·D̄· *BVL* de *om. T et Sirm.* 28 peregrinanti mens *B*, peregrina timens *ceteri* granante $B^a$ 29 confidet *B* 31 mantuanos *B* asseruit *V* 34 opportune *editores, ut semper*

conloquio plectris ecclesiastica per populos iura diviserunt. cur ego in ordinis et 3
meriti constitutus infantia aemulari summorum facta non studeam, maxime cum narrandi
simulacrum altaris militem ad excipienda quae contra fidem eveniunt bella conroboret?
nec dubitabo dicere quod praesenti constat exemplo. didicimus iam quo turbine pro Verg. Aen. 11, 284.
amore fidei hasta iacienda sit, neque nos virtutis pretio vel titulis mediocris conflictus
elevavit. dicam ergo libens musico stilo gaudia mea, quorum perfectionem maximis 4
promitto me deo adnitente eloquii lituis nuntiaturum. pulsabunt me oblatrantium
venena linguarum, sed professionis et ingenii exercitiis adgregabo quidquid contra
accusati meritum maledictor ingesserit. usus est iste bene nitentis conscientiae, opinio-
nis lucro iungere morsus aemulorum et famae conpendia de invidis aucupari. male 5
pertinax dens livoris, infringere et, qui oblocutionis fomitem de loco gloriae quaeris,
obmutesce! dic unde fructus eveniat meritis, si iactantiae deputas, quod sudore nostro
placemus! labor est disciplinae amicus et religioni quadam cognatione sociatus. velut
uda praesegmina peregrinis maritata fomitibus nobilitatem fructuum ramis tribuunt,
quam parturientia diu nesciere plantaria, ita dotatus liberalibus institutis bona mentem
cura gravidam ad spem germinis melioris adtollit. pelluntur animo consiliorum toxica 6
humanis praeparata necibus, umor suci letalis aboletur, quotiens huiusmodi occupatio-
nibus ingenia se submittunt. hinc ad clariora digredientibus divinorum patescunt
secreta librorum, quorum ianuam sensu pulsante dum reserat, populis se duce pervium
facit iter ignoratum, dum fastidiosos eloquii splendore, parum doctos fabricata latinitate
et, ut aiunt, artifici rusticitate perducit. quis talem salutis non diligat indicem, non
sequatur, qui necessariis dulcia, dulcibus severa miscendo amare vitae dogmata et
velle cogit invitos? sed istinc alias. coepti conpleantur honesta vota propositi. apud 7
scientes rerum loquimur: res virtutis est gaudium continere, secundae diligentiae, per
elaboratum tramitem luculentae dictionis ostendere, hodie maxime cum mei portio
limen ingressa facundiae dat parenti exultatione eloquentiam, quam negat ingenium,
cum donat causa quod natura non praestitit. macte insignium adulescens virtutum, 8
qui in cano flore pomorum numerum monstrans das pellere adflictionis glaciem et ad
vernum me dictionis invitas! nam dum quod tu debes studiis, ego inpendo laetitiae,
puto ambo proficimus. simile est enim rudem instituere et ad declamationis affectum
revocare iam desidem.

Post canas hiemes, gelidi post damna profundi
  Tranquillum quotiens navita carpit iter,
Maeret et infidi desperat prospera ponti
  Quamque videt faciem non putat esse salis.
Sibilat aura levis, validas timet ille procellas:
  Fluctibus et blandas aestimat esse minas.
Lintea si crispant Zephyri pendentia malo Ovid. her. 5, 53.
  Et dulci ludit spiritus obsequio,
Confusam ventis naturam perdere leges
  Iurat et antiquum credit adesse chaos.

---

1 colloquio *V* 3 corroboret *V* 4 dedicimus *B* 7 adnitente *B*, annitente *VL*, adiuuante *b*, annuente (me *om.*) *T* lituis] literis *Sirm.* 8 aggregabo *V* quicquid *V* 9 iste est $P^1$ *b* 10 inuidis] inuidia *Sirm.* 12 sudore *B et Sirm. in notis*, sudori *ceteri* 14 tribuant *Sirm.* 19 sensus pulsanti *Hartel* 20 fastidiosus *B* 21 perducet *B* 23 alias] alios $B^a$ 24 secundae] sed *fort.* 26 fecundiae (i *sup. lin.*) *B* 27 adoliscens *B* 28 monstrans *B*, monstras *ceteri* das] dans $B^1$ afflictionis *V* 31 desidem] dissidem *B* v. 1 dampna *V* v. 3 disperat *BVL* v. 4 sali *Schott* v. 7 zepheri *B* mal·o *B*

Gaudia sic tollunt placidis discrimina rebus,
  Nulla fides laetis integra nec dubiis.
Non aliter variis tenuit quos Roma periclis
  Litoris optati reddidit ad gremium.
Permulcent pelagi numen venerabile cantu,
  Anchora quod proprium mordet obunca solum.
Flamina sed lassis tenerum factura soporem
  Perturbant mentem militis aequorei,
Arma ratis subigit, remos et lintea vibrat:
  Sic mens naufragium suspicionis habet.
Adveniat siccis qui pressit caerula plantis
  (Nam portus fessis ille salutis erit)
Qui latices vinxit fundens in pocula saxum,
  Qui lapides solvit, qui solidavit aquas,
Quem genetrix fudit saeclis sine semine feta
  Ad matrem iungens virginitatis onus,
Qui mortem propriae superavit munere mortis
  Dans vitam mundo, funere quam peperit.
Ille per excelsum videat me dexter Olympum:
  Tunc patriam teneam, tunc stationis opem.
Nubila laxati verrant licet aequora venti,
  Rimosae puppi nil nocitura petunt.
Dulcia conpositis quatiam tunc tympana cordis,
  Floribus et pingam carmina nostra novis.
Vt fatear, doctis constat bene dicere laetum;
  Tristia nil capiunt pectora versiloqui.
Sed redeat vernum, cesset iam bruma timoris:
  Stringite quae nectant frondea serta comas!
Cantem quae solitus, dum plebem pasceret ore,
  Ambrosius vatis carmina pulcra loqui.

## III (DICT. 7).

## ITEM DICTIO CUIUS SUPRA IN DEDICATIONE AVDITORII QVANDO AD FORVM TRANSLATIO FACTA EST.

1 Vt campus militem, mare navitas, fora causidicum sollicitant, incerta raptorem: ita linguas auditoria exercent. nam quae, malum, ratio suadebit silentium in loco, in quo sunt praemia constituta verborum? ubi orationis palma, si hic gratia taciturnitati? bene solvuntur sudoris pretia, ubi sunt templa victoriae; bene effugatur servitus inter
2 atria libertatis. vincta hic ora teneat mens captiva. non agnoscit forum Romani populi, non liberalis eruditionis gymnasium qui adhuc quasi in secessibus conticiscit.

Cic. Phil. X 9, 18.

---

v. 13 uariis tenuit *B*, tenuit uariis *ceteri* v. 19 subegit *B* v. 22 portus] protus *B*[a] *ut videtur* fessis] felix *Sirm.* v. 28 quam] quem *Sirm.* v. 32 rimosae puppi *Schott*, rimose pompi *B*, rimosam puppim *ceteri* v. 33 conpositis] conpetunt *B*[a] quatiam] quantiam *B* v. 35 doctis] dictis *V*[a] *et Sirm.* v. 40 uates *Sirm.*

[III] 3 causedicum *V* 4 linguas auditoria *B*, auditoria linguas *ceteri* i. e. *VLTOCP* nam quae] namq. *codices* 5 taciturnitatis *Sirm.* 7 uinta *B*[a] ora (o *in lit.*) *B* 8 gemnasium *B* conticescit *V*

sint muta forte diversoria: hic nihil est tam familiare quam pompa dicendi. Fescenninos
sales hymeneis dare genium consuetae professionis plausus hortatur; eriguntur lituis
bellatores; virtute debiles gravis bucinarum cantus adtollit: data sunt universis amica
incitamenta propositis. quid ego faciam, doctorum optime, te loquente? si infabricata 3
verba intra verecundum penetrale contineam, instituti me esse similis non agnoscas.
amicitiarum religionem in gratia parcus offendam, si nec translationis festa nec debitae
tibi laudis munus exsolvero. salve ergo, nutritor profectuum, fax et splendor ingenuitatis, qui nobilia germina laboriosis purgando sarculis in fructibus facis agnosci, qui in
cano flore novellae posteritatis, quantum horreis paretur, ostendis, qui de ferarum cubilibus et bubonum habitaculis ad fora nos revocas, unde maiores paene iam longa aetate
discesserant. non enim putant eruditos loca ista, quibus scientiam non primoribus 4
labris ipsa contulerint. cuius enim tuba cognoscatur eloquii, nisi cuius puerilia innotuerint rudimenta sermonum? tibi ergo debentur haec benificia, quod citaturus reum
causidicus inter atria iam probata dictionem metuendus incipiet. tibi, spes unica
honestae professionis, adscribendum, quod nobilitas decursis brevi temporibus liberali
sudore placitura est. sed quo me ignarum virium tui rapit affectio narrationis pelagus 5
non pendentem? sufficit in loci amici et diei celebritate vota testatum. ad vos revertor,
quibus paterna conventus affectione vocem debeo commonentis. reddite vos studendo
origini, reddite natalibus lectione. naturae lucem iubar dictionis ostendat. multiplicate
suffectu scientiae parentum titulos, ornate eruditione decora maiorum. fulvi nobilitatem 6
metalli nisi ad unguem manus ducat artificis, maternis paene hebetatur tenebris et, si
non magistra politione venustetur, nihil ei prodest sublimitas, quam vena concesserit.
adiuvatur quidem doctoris instantia dotibus sanguinis mundioris, sed nisi limata non
rutilant illa quae se erigunt praerogativa nascendi. incrementum rusticum matris 7
mammas inter sulcos evacuat et per pascua pecus agere, dum ab uberibus pendet,
adsuescit; patris brachiis, dum iuvencos fatigat, adiungitur; prensat dexteram grandia
terris semina committentem et sudorem originis suae in ipso lucis limine meditatur.
quid vos faciatis, quos liberalibus pepererunt matres optimae disciplinis? peregrinandum 8
vobis est a germine ditiori, nisi vos nobiles instituta monstraverint. habetis praevium
eloquentiae morumque doctorem. currite prosapiae stimulis incitati et, cum vos ad
agonem praemia promissa perduxerint, mei meminisse dignamini, quia sunt quae a
vobis post caelestem retributionem suffragia hortator accipiat. haec sunt, nostris quae 9 Verg.
vos licuit vocibus admoneri. vos diligentiam pectoris mei expendite consideratione Aen. 3, 461.
verborum. non faleratus sermo, non inlecebrosa tantum et depicta fucis narratio
delectet. quaerite apud me non blanda sed necessaria, non deliciosa sed fortia. numquid iuvat pompam texere praecepta daturum? qui probari non magis sensibus quam
sermone disponit, affectum monitoris evacuat. ponderibus ornetur dictio castigantis,
lancem in exhortatione teneat qui gestit audiri. institutor virtutis plausus excludat.
bene morata oratio imperat quod suadet. haec si explicare nequeo facultate dicendi, 10
amare tamen didici consideratione propositi et electione consilii. pars quaedam probitatis est, etsi implere nequeas, nosse meliora. sequitur examinatam intentionem effectus

---

1 fiscinninos *B*, fescinninos *V* 2 hymeneis] emineis *codices* 3 bellatore uirtutis (s *del.*) *B* attollit *V* 7 laudes *B*[a] 8 purgandi *B*[a] 9 paretur] patetur *B*[a] 10 maioris *B* 11 putant *B*, patent *ceteri* eruditos *scripsi*, eruditus *B*, eruditis *ceteri* 12 cognoscitur *b* 13 beneficia *V* 14 causedicus *V* 15 adscribendum *B*, adscribenda *ceteri* 16 sed] sub *B* 17 expendentem *prop. Hartel* uotat | testatum *B* 20 suffectu *B*, suffectui *ceteri* 21 hebitatur *B* 23 adiuuator *B* sed] et *B* 25 pendet *TO*, pendit *ceteri* 26 assuescit *V* iuuencus *B* 29 est uobis *VLTO* uos] uobis *V*[a] praeuium] praetium *B* 32 nostris quae uos] quae uos uestris *CPb* 35 apud] pud *sup. lin. V*, a *sup. lin. L* 36 duturum *B*[a] non magis probari *CPb* 39 suadit *B* 40 electione *B*, lectione *ceteri* 41 etsi] si *Sirm.*

operis. proximus magistro est, qui diligit ornamenta doctrinae. deus tamen votis se comitem iungat, et quod novellis praeceptor commendo cespitibus, in pomis tamquam de hereditaria possessione decerpam.

## IV (EPIST. 1, 1).

## ENNODIVS IOHANNI.

1 Dum salum quaeris verbis in statione conpositis et incerta liquentis elementi
placida oratione describis, dum sermonum cymbam inter loquellae scopulos rector
diligens frenas et cursum artificem fabricatus trutinator expendis, pelagus oculis meis
2 quod aquarum simulabas eloquii demonstrasti. deus bone, in quantos se usus dives
lingua dispergit! cum voluerit, saevit ut bestia, currit ut fluvius, fluctuat ut profundum
et, quamcumque fucatis verborum imaginibus pingit speciem, veri adstipulatione
repraesentat. timere te scriptionem quasi fronte tener insinuas, dum declamationum
pompam refuga laudis poscit adsertio et fit avara gloriae, dum pudori parcere se
3 ostendit, peregrinam mentita formidinem. ago atque habeo gratias, quod nobilia rudi-
menta facundiae tuae in amici, quantum aestimas, praeconiis consecrasti. et licet non
agnoscam mea esse quae loqueris, religionem tamen narrantis amplector, diligentiam
pectoris laudo, quam gratiae per sudum rutilantis luce dedicasti. tibi fax ista praeten-
ditur, quam in opinione mea blandus elocutor accendis: ego noctem conscientiae meae,
4 etsi non fugio, novi tamen aestimare. graves hiatus patitur alienae gratiae commissa
credulitas, quamquam omne crimen transeat ⟨qui vult⟩ decipere confidentem. gaudia
tamen de te mea epistularis alloquii dotibus adimplesti, dum novitatem sensuum
monstras serenitate sermonum et veteris decora prosapiae novelli vincis nitore con-
loquii. sat fuerat parentum tuorum desideriis, seniora te familiae ornamenta aemulari:
5 vincere posse, sicut nemo credidit, ita nullus optavit. vides quantum ad unguem polita
conversatio pretiis bene nascentis adiungat! quod iubar sanguinis praestitit, superavit
industria castigantis. credidi votorum summam fatigari, si te natalibus reddideris,
illud non expendens, quid claritati tuae cohabitator infunderet. sit forte in aesti-
matione arbitrii mei defrudata cognitio: neminem credidi ad Olybrium pervenire, quem
[Symm. ep. 4, 20.] 6 vicinis calcibus pernix insecutor adurges, beatum facturus nempe, si viceris. deum
precor, ut adulescentia in te, quae perfectionem primordiis monstrant, bonae frugis
germina convalescant. domi habes unde exhortationis meae viva sumas exempla. te
[Verg. Aen. 5, 237.] pater morum tranquillitate, socer eloquentia similem producat. si me voti reum facere
caelestia regna dignantur, unum precor, ut mei sedulo meminisse digneris, ne illius,

---

1 magistros $B^a$ votis *scripsi cf. LXIX 15, CLXVIII 2, CLXXIV 5* se] sic $B^a$ 2 et] ut *malim cf. LXIX 15*

[IV] 5 salum] salem $B^a$ uerbis *sup. lin. B* stitione *B* 6 describis *b*, discribsi *B*, discribis *ceteri* loquelae *V* 7 frenas *om.* $B^1$, fredas *sup. lin.* $B^2$ fabricatus] fabricae catus *Barth advers. p. 945* expendes *B*, ostendis *CPb* 8 aquarum | frenas simulabas *B* bene *B* quantus *Bb* se usus] seusus *Ob*, se uisus *Barth l. c.* diuis *B* 9 ut] in *B* bistia $B^a$ curret *B* 10 adstipulationem *B* 11 timeretur scribtionem *B* declamationem $B^a$ 12 poscet *B*, deposcit *ceteri* assertio *V* pudori *BCP*, pudore *VLTO* 14 quantum] quem tuum *Barth l. c.* 18 grauis *BL* 19 quanquam *V* qui uult *om. B* 20 de te mea] mea de te *CPb* epistol. *vel* epl *V omnibus locis ubi nihil adnotatur* adimplesti (m *in lit.*) *B* sensuum] censuum *Cb et Barth advers. p. 900* 22 emolari *B* 23 uidis *B* 25 fatigari] fastigari *O et Hartel* reddideris *scripsi (cf. CXXV 2)*, reddidi su | is *B*, reddidistis *VLC*, reddidisti *TOb*, reddidisses *Sirm.*, reddi uidissem *vel* re addidisses *Barth l. c.*, reddideris tuis *Hartel* 26 forte] fero *Barth l. c.* in aestimatione] instimatione *B* 27 defrutata $B^a$ 28 adurges *proposuit Hartel, ut Symm. l. c.* 'proximis facundiae calcibus urget parentem . o te beatum, amice, si vinceris!'] adiunges *libri* 29 aduliscentia *B* perfectionem *B Schott in mg., Sirm. in uncis, om. ceteri* 32 sedulo *B, om. ceteri*

cuius perfectionem inter dicendi simulacra meditaris, oblivionis quoque par esse con-
tendas. sed ad epistulae morem revertar, quam affectio tua in longum produxit. salve, 7
mi domine, et amantem tui frequentibus cole muniis litterarum, ne amoris contestatio
sola, sicut in quibusdam esse solet, praevii in te putetur extitisse sermonis.

## V (EPIST. 1, 2).

## ENNODIVS FLORO.

Novi me duram cepisse provinciam et gravem sarcinam umeris infirmis ad- 1 Terent. Phorm. 72.
tollere, qui sublimitatem tuam quantum ad me quietam verborum stimulis excitavi.
sic minaces dente bestias invalida lacessit adulescentia et, dum maiora viribus provocat,
quod evenire optat, spectaculum putat esse, non proelium. sic mens congressionis
ignara certaminibus ante periclum debet affectum. leonis rabiem et quam Libya alit 2
bestiam quam te lingua censeo mitiorem. quae me praecipitavit inscitia? qui animi
fervor a cognitione tui peregrinantem duxit in devium, ut nescirem quid intentioni
lacessitus deberet, qui semper contumelias primus incipit, qui in iniuriarum gymnasiis
numquam meruit posthaberi? clericorum certe exercitatissimus maledictor, qui ad eos 3
semper novelli et acuti dentis morsus exhibuit, quem evadere ad unguem ducta vita
non meruit, cui cessit omnis eruditio et quasi cometes sidus religiosorum fugit uni-
versitas: hunc ego inprobus et fronte debilis excitavi. hac fiducia provocassem ventos 4
ad flandum, ad cursum flumina, Faustum meum ad facundiam, qua te ad garrulitatem
loquendi parcus ferratis verborum calcibus animavi. ignosce, quaeso, et quod in aliis
vitium putas, taciturnitate amantes sperne, abstine a responsis, provocantem damna con-
temptu. tecum decertet de mediis curiae sinibus eductus: circa Gallum prosapia con-
ticisce; silentii tui, si praevales, talione multetur. cave, mi domine, ne incipias minorem 5 Symm. ep. 1, 65.
loquacitate provocando humilis aestimari. quid enim laboris est iacentem in ea parte
superare et triumphum de eo ducere, qui se ante conflictum inparem confitetur? esto
mihi tamen apud domnum Faustum amoris mei fibula, si querellas quamvis angustas
et rusticas studes evadere.

## VI (EPIST. 1, 3).

## FAVSTO ENNODIVS.

Acta est causa desiderii mei beneficio querellarum; meruit inpudentia quod 1
negabat urbanitas. diligentiam sancti pectoris, quam artifex silentium tegebat, elicui;
taciturnitatem, quae ad fomenta ardoris mei parata fuerat, terminavi; prorogando viles
paginas pretium vincentis accepi. sic usuram cultori vexatis reddit uber terra caespi-
tibus et feturam nobilem de singularibus parturit gleba germinibus; sic ad vocem unius

---

1 oblivionis *vix ferendum, malim* obliviscі 2 quem *BLb* 4 in quibusdam esse solet *B*, solet in quibusdam esse *ceteri* potetur *B*

[V] 6 infirmus *B* attollere *V* 8 minacis *B^a VLT^1* sinualida *B^a* aduliscentia *B* 10 periculum *TCb* alet *B*, alitio *Sirm.* 11 qui animi *BCPb*, quia nimis *VLT* 12 debium *B* 13 in iniuriarum *Bb*, in *om. ceteri* gemnasiis *B* 14 nuquam *VL* 16 cometes *B*, cometen *VLT*, cometem *CP* 17 ego] ergo *b* uentus *B* 20 taciturnitate *scripsi*, taciturnitatem *libri* amantes *B*, amantis *ceteri* prouocentem *B^a* 21 sinebus *B*, senibus *V^1* conticesce *V* 22 praeualis *B* multetur *B*, multemur *ceteri* 25 fiuola *B* querelas *V* 26 studes (e *in lit.*) *B*

[VI] 27 Ennodius Fausto *b* 28 querelarum *V* 31 us//uram *B* uexatis *B^a*, u *super* i *scr.* *B^b* uber *om.* *b*

hominis montium secreta respondent et, dum angustus clamor vincitur, valitudinem
2 suam elementa manifestant. evangelicis tali facto obsecutus oraculis fructum de prae-
Luc. 11, 8. cepti sum veritate sortitus, cuius declarat instructio, quod pulsanti saepe surgat et
tribuat deus, si non propter meritum, vel propter inportunitatem. facessat posthac in-
fidelium male cauta discussio: integritati sententiae periclis praesentibus idoneus mihi
testis adstipulor. frequenti oratione optata promerui, concessum est precum adsiduitati
3 quod negabatur examini. debeo vobis amicitiam, querimoniae meae, quas, dum votis
effectum tribuitis, plus amabo. fuerit licet origo vestra a iusto dolore veniens, fre-
quenter a vobis, postquam praestitistis, etiam inlaesus incipiam. delenificam allega-
tionem amplexus epistularis alloquii ago atque habeo gratias, quod me diu tristium
4 noluistis esse participem. fecistis hoc forsitan voto et studio consulentis, sed adscribo
peccatis meis, quod maioribus, dum temperatis alloquio, sum iactatus angoribus. mihi
uni in adversum provisa contingunt, dum graviora semper in maerore aestimo quae
tacentur, quia credo quod de mediocribus saepe communicentur verba languoribus,
cum proximitas funeris imperet silentia cito rumpenda. deo gratias, qui ea quae dura
aestimantur clementia bene vertit et quae ex merito nostro ventura collegimus ex sua
5 facit miseratione transferri. voluissem tamen talem circa parvitatem meam dignatio
vestra tenuisset affectum, ut quem comitem saepe gaudiis adhibuistis, cum eo elegissetis
etiam adversa partiri. an putatis tale beneficium in acceptum me esse relaturum, si
ab aestibus pectoris vestri tamquam male fidelis excludar? non est, ut video, apud
vos mei ratio dispensata consilii. ego mihi perire gratiam puto, nisi eam rerum
6 omnium vobiscum communicatione nutriatis. desinite, quaeso, in hac mihi parte con-
sulere vestra inpendio verba cupienti: cui si votivi negentur affatus, fatiscam, ut terra
Symm. ep. 1, 33. cui caelo nihil liquitur nec venas suas suco bibuli umoris infundit, unde innatis ali-
menta culmis exhibeat et ad falcem gravidas aristas adducat. ut piscis aqua abstractus
vitalibus indumentis privatus extinguitur, sic ego subductis alloquii vestri fluentis
interimor. quaerant alii quod delectet: ego res ad animam pertinentes expostulo.
7 mihi non tam delicias verba vestra pariunt quam salutem. rem fateor nullis coloratam
fucis, nullis nebularum depictam mendaciis, quia non sum simulandi artifex: decerptum
aliquid vitae meae censui, dum tacetis. male vos fideles adseritis, si ad aures meas
generaliter deflenda per vos deferantur incommoda, quasi nescire alicui Christiano
8 liceat malum, cui Roma subcumbit. barbaras nationes et a nostro limite toto paene
orbe discretas continuis haec conicio lamentis ingemescere et ad solacium nostrum
lacrimas commodare. huius rei magnitudo vestra adhibere se indicem fugit, ut in
perniciem meam fallacium nuntiorum diabolica cum securitate vota mentiantur, ut non
sit ad cuius veritatem post fabulas redeam nec qui animum meum veri demonstratione
Terent. Andr. 753. 9 sustentet. cave faxis, mi domine, vobiscum mihi alia res est: alia fori vis, alia
Cic. Cael. 28, 67. triclinii. audiat te, quae in conversatione publica didiceris, familia domestica retexentem.
subiectorum animos et fideles ut putatis mentes relationum vestrarum cibis alite, ne
ieiuna amicorum corda talibus ferculis inpasta moriantur.

---

2 elimenta *B* euangilicis *B*[a] 3 surgat deus et tribuat *VLTCPb* 5 periculis *TCPb* idoneis *B*[a] 6 astipulor *V* assiduitati *V* 7 quas *B*, quam *ceteri* 8 tribuites *B*[a] 10 alloquii *B*, eloquii *ceteri* atque] adq. *B* 11 fecistis] fecissetis *B*, feceritis *fort.* ascribo *V* 14 langoribus *BV* 17 tamen quod talem *CPb* 18 elegissitis *B*[a] 20 tanquam *V* 23 fatiscam *B*, fatiscat *ceteri* 24 liquitur *B*, linquitur *ceteri* 26 uestris *B*[a] fluentis *sup. lin. B*[b] 28 dilicias *B* coloratum *B*[a] 30 adseretis *B* 32 subcumbet *B*, succumbit *V* 33 discretas *B*, diuisas *ceteri* 36 ad *sup. lin. B* 37 alia fori uis, alia triclinii *codices et Cicero l. c.*, aliud fori ius, aliud triclinii *editiones* 38 conuersationem *B*[1]

## VII (EPIST. 1, 4).

## FAVSTO ENNODIVS.

Anagnostici fidem secutus et suadae orationis sapore provocatus paene vitium 1
esse credidi rem virtutis et, dum plus sermonum diademata credo valere quam conscientiam, culpam quam mens non agnoscebat incurri. non sic cervis sibilo artificibus insidiis blandus venator inludit, non ita pinnarum mentita formidinem discoloribus fucis Symm. op. 1, 53.
ultro expetenda retia manus magistra conponit, quemadmodum me captum et sponte
capistris ora porrigentem magnitudinis vestrae tenuere sermones. commissi nescius 2
vobis inpugnantibus diu utrum essem innocens inquisivi. aliud sentiebam de epistula Auson. op. 17.
vestra, aliud de proposito meo. quis rogo fuit patrandi sceleris tam vetustus admissor, qui purgationem crederet, si alieno se fateretur praecepto suo militare flagitio, cum nemo de se confesso iuste credere possit crimen alienum? sed credo iuris et legum Isid. Iulii ep. § 12.
expertem fuisse personam et sola calliditate conpositam, cui etiam imitandi in scriptione aliena imaginem veritatis usus indulgeat et proprietatis simulacrum lenocinia pudenda
concilient. nolo cuiusquam nomen incessere nec contra conscientiam accusantis subire 3
personam. sufficit pudorem meum in statione constitui: alios iactent incerta ventorum. ego tamen, etsi inperare talia calcaribus amatae lectionis adigerer, patriarcharum me imitatione defenderem. furto Iacob primogeniti fratris vicit aetatem, cuius beneficio
principatum obtinuit, quem natura non dederat. David dum lustraret devia studio 4
fugae et angusta terrarum, propositionis panibus famem depulit et contra legis vetita, quae minores habet aculeos, esuriem corporis effugavit. ego inediam, quam de divinis libris anima inpastus conceperam, marcentibus diu debui tolerare visceribus, donec concepta lues ad vitalia secreta percurreret? Daniel propheta divina dogmata regiis subduxit penetralibus, quae ad instructionem suam pudicus et imitandus raptor adiunxit.
quid iuvat ire per singula, cum ad munimen inpugnatae una sufficiat de commemoratis 5
persona conscientiae, quae tamen verecundiae suae et naturali ut ita dixerim debilitati ante necessaria petitione prospexit? nam et si sum post negationem, qui me reum
fecerim, aestimate. doctorem Libycum adseritis sublata a se piri poma flevisse. 6 Augustin. conf. 2, 4.
merito lamentis expiandum est, quod cum pudoris dispendio venter adquirit. vilia fuerint forte quae sustulit aut neglegentia aut usu aut tempestate peritura, non fuit
culpa vacuus tamen iuxta apostolum raptor: carnem quam animam plus amavit. Tobias 7
propheta huiusmodi commissoribus occurrit et divina voce testatur dicens: 'non licet Tob. 2, 21.
nobis aliquid manducare furtivum.' cum dixisset manducare, non dixit: non licet nobis aliquid lectitare furtivum. Iosiam, ut narrat historia, subrepta papyrus instruxit. ego homuncio hoc non facerem, quem vos contra ingenii vires ad scientiam diligendam Terent. Eun. 591.
verborum stimulis foditis? sed revertor ad virum optimum, praefati, quantum scribitis, 8
sceleris admissorem, qui in utraque parte fidem violans nec vos securitate nec me facti, si scripsi, perfectione donavit. contingat mihi, salva magnitudine vestra, coram posito secundum mandata dei tanti viri, prout habet animus meus, terga mulcare.

---

[VII] 1 Ennodius Fausto *b* 2 anagnistici *codices, emend. Sirm.* suade *B*, suauae *VL*, suaui *Cb* 3 esse credidi rem *B*, esse crediderim *VLT*, crediderim esse *CPb*, credidi rem esse *Sirm.* 5 formidine *CPb* 6 manus *om. B* conponet *B* 8 uobis *om. B* 9 patrandas celeris *B*[1] vetustus] venustus *Sirm.*, versutus *fort.* 12 scribtione *B* 13 usus *B*, *om. ceteri* linocinia *B* 16 armatae *Sirm.* adigirer *B*[a] 20 enediam *B* 22 danihel *BVL* 23 pedicus *B*[1] 24 commemoratis] numeratis *Sirm.* 27 piri poma] peripoma *codices, emend. Sirm.*, puero poma *Schott* 30 amabit *codices, emend. Sirm.* 31 commessoribus *B* 34 homucio *BVL* 35 foditis *Sirm.*, fodetis *B*, fouetis *ceteri* 36 admessorem *B* 37 factis si scribsi *B* 38 multare *CPb*

## VIII (opusc. 7).

# PRAECEPTVM QVANDO IVSSI SVNT OMNES EPISCOPI CELLVLANOS HABERE.

1 Nulli dubium est, hominem, qui carnalis concupiscentiae inlecebras sacri amator
instituti magistra vivendi arte domuerit et praeceptorum falce caelestium erraticos
palmites de conversationis suae radice sustulerit vitali traditurus incendio, fructuosa
plantaria ad supernum fovere valitura conpendium, unde annuas divina iussa capiant
2 pensiones, et eum sicut sinceritate innocentiae ita opinionis luce gratulari. nec bonorum
facem meritorum maledicentis credendum est extingui posse conflatu, quoniam etsi
dente tangatur invidi, splendor vitae umbram venenatae oblocutionis excludit. auctorem
repetunt tenebrae, quae ad involvendum iubar aptantur. nitorem siderum nox infusa
non obruit. ad genium claritatis proficit cum obscuritate conflictus. lunaris globi
ministerium die recedente plus rutilat et placet suo lumine, dum fugat alienum. sub
3 externum ius non mittitur qui lucem facere ut auctor adsumit. sed quoniam noxiae
mentes definitis se aestimant senioribus non teneri, putantes prophetarum praecepta
Provorb. 20, 13. dicentum 'os detrahentis eradicabitur' cum aetate veterescere et valitudinem non habere
per tempora, quasi novellis tantum timor debeatur statutis et ad poenam reos lex
annosa non teneat, cum temporum operator deus prophetae usus officio et antiqua
iusserit et moderna disponat et unus atque idem boni fabricator instituti circa homines
quod praemisit in parentibus servet in posteris —.
4 Sed ad propositum revertamur. exercentur quidem sanctae animae sermonibus
aemulorum, sed ad gloriae augmenta deputant, quicquid contra earum meritum ad-
5 cusator ingesserit, sicut doctor gentium clamat, homines oblocutionibus exerceri. ut
solent arbores, quae ad terrae penetralia validis radicibus pervenerunt, despicere flabra
ventorum et certamina procellarum stabilitate propria animante contempnere, sic illi
repudiantes superstitiosi quae inpacta fuerit caligo figmenti per sudum radios bonae
conversationis ostendunt. nam dum quis illorum obiectis conscientia teste congreditur,
6 ad triumphi spem interna aestimatione percurrit. nos tamen, quos pastoralis cura con-
stringit, quibus tuendarum commissa est animarum diligentia, ne summorum quispiam
Isid. Felic. I ep. § 2. minimorumque dispereat, maxime cum mali ipsius recens oculis offeratur exemplum,
cum apostolicae sedis praesulem et omnium paene ecclesiarum gubernacula tractantem
per proximi tumultus incendium inimicorum rabies tali ore momordisset et in ruinam
7 suam aliquorum furor sine iusta indignatione surrexerit —, hanc ergo volentes mor-
borum desecare perniciem, ne in locum iniquae adsertionis nostrorum aliquis neglegentias
aucupetur et similitudine veritatis ad inpugnationem fultus occurrat, qui ut aiunt viva
hominum testimonia non formidant, dum, quod nefas dictu est, convicti loco deputatur
incautus et fecisse scelus creditur qui potuisse facere perhibetur, nemo dei oculos quam
hominis iudicat plus timeri, errorem creditur fovere solitudo et profundam nequitiam
incomitatus admittere, quasi caelo facinora penetralibus inclusa non pateant et vindi-
8 cari malum nequeat, quod homo non respicit —: credentes, quod rem studii possint

[VIII] 4 caelestum *Sirm.* 6 annuas] adnuas *B* capiant *B*, capiunt *ceteri* 7 pensiones et (es et *in lit.*) *B* 8 quoniam] quõ *BVLC*, qñ *T*, quomodo *b* 9 spendor *B*[1] oblucationis *B*[a] actorem *BT* 12 recidente *VLT* 13 assumit *V* quoniam] quõ *BVLC*, qñ *T*, quomodo *b* 14 potantes *BVL* 15 dicentum *B*, dicentium *ceteri* ueteriscere *B*[a] 17 annosa lex *B*[1] cum *B*, et cum *ceteri* 21 sed *scripsi*, et *libri* accusator *V* 23 terra *B* dispicere *B* 25 radius *B* 27 triumphis *B* 33 inique (e *ex* i *corr.*) *B* assertionis *V* 39 neq; at *B*, non queat *ceteri* credentes *CPb*, credentis *BVLT*

deputare necessitati et, dum homo homini custos est, alio maledicendi ordine pudicitiam valeant adplicare formidini, nos quidem vel ex una parte carpendi occasiones incidimus, nos supernae memores disciplinae qualemcumque sacerdotalem dexteram Isid. Vigin. ep. § 4.
volentibus perire porrigimus et a ruinae praecipitio diabolicis actos stimulis retardamus, ut discant loquaces vel post decreta praesentia religiosum amare silentium.

Nullum ergo sacerdotum antiquis et modernis legibus obsequentem nullumque 9
levitarum sine bene probata volumus in quocumque loci manere persona, vel quem
substantiae exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius.
publicum sit apud religiosos omne quod geritur, clandestina repudietur obscuritas.
multos habeat actuum conscios, qui deo debet innocentiam. videant aemuli, quia qui
testes adhibet vult probari. male deprehensa iudicetur conversatio, quae non optat
agnosci. certe vel si mens sit recti conscia, vindicta dignus est qui alii existit causa 10
periculi; dum enim suspicionibus patefacit accessum, fit fraterni origo discriminis,
et qui peccandi fomenta tribuit ipse iugulum morti inpingit, ut ait divinus et beatus Isid. l. c. § 5.
praeco: 'noli detrahere, ne eradiceris', confessor Ambrosius: 'multi non dederunt Ambr. off. I 20, 87.
errori locum et dederunt suspicioni.' suspicio ista est interitus suspicantis: at quam
non caret peccato qui dederit. unde mansuro cum dei et redemptoris nostri ordinatione 11
constituto sancimus, apostolicae sedis beati Petri vel praesulis eius papae auctoritate
subnixi, quae vitia desiderat radicitus amputari, ut nullus religiosorum de memoratis
ordinibus aliter quam praefati sumus audeat conversari, vel quicumque praesumpserint
cum amissione pudoris honorum damna sustineant, quoniam grande malum est dicatam
deo personam salutaribus monitis non parere. nullus secum extraneas habeat mulieres
praeter personas canonibus designatas, ne agendo taliter, etiamsi vita sit innocens,
damnum opinionis incurrat.

## IX (EPIST. 1, 5).

## FAVSTO ENNODIVS.

Abundantem dei misericordiam precatus commendo ipsi anni felicis auspicia et 1
beneficiorum eius muneribus sublimis iam consularem virum quasi aequalis adgredior.
hactenus trabealis coturni pompam familiae nostrae peregrina ornamenta tribuebant
et pertinere nos ad eum magis adfinitate quam genere gaudebamus, qui anno nomen
inposuit. munus erat, non debitum, quod inter curulium possessores diligentum fabulis
addebamur. quotiens nos obnoxios sibi fecit lingua, quae apud alios exultavit, ut com- 2
mutato condicionis ordine alienis nostrae nobilitatis insignia stipendiis deberentur? at
nunc facessat invidia: vetustorum reparator fascium novellus consul inluxit et dignitatum nostrarum cariosas fores robustus reseravit inpulsor. ad redivivam valitudinem tremebunda marcescentium cardinum limina iuveniscunt, quae nullis credo deo auspice
quia posthaec obicibus claudenda patuissent. nam Avieni mei non unus, sed primus 3 Apoll. Sidon. ep. 1, 11.
est consulatus. stirpis suae gestatura aquilas agmina praevius antecessit et ad princi-

---

1 diputare *B*[a] malidicendi *BV* 2 applicare *V*, accomodare *b* 4 actos *CPb*, actus *BVLT* 9 geretur clandistina *B* 11 adhibit *B* 12 sit *ex* est *corr. VL* 14 gugulum *B*[a] morti *Hartel*, mortis *libri* 15 multi] quanti *Ambr. l. c.* 16 suspicio • ista est (*eras.* ẽ) *B* at quam *B*, et quam *ceteri*, atque *b*, atque eam *Hartel* 18 sanccimus *B* auctoritate papae *V*[1] *L*[1] *CPb* 21 quoniam] qūō *BVLC*, qñ *T*, quomodo *b* 24 dampnum *V*

[IX] 25 Ennodius Fausto *b* 27 aggredior *V* 29 affinitate *V* genera *B* anno *B*, annos *VLT*, aute nos *CPb* 30 diligentium *Pb* 31 exultauit *O quod ipse conieceram*, exaltabit *B*, exaltauit *rel.* 32 stipendiis deberentur *B*, deberentur stipendiis *ceteri* at] ad *B* 34 cariosos *B*[1] fores (e *ex* a *corr.*) *B* reserabit *libri, emend. Sirm.* 35 tremibunda *B* iuuenescunt *b* 36 patiscent *coni. Hartel* 37 consolatus *BL* gestatur *B*[1]

palem militiam iter virtutis ostendit. si qua est saecularium reverentia dignitatum, si
quis honos est hominem vivere post sepulchra, si quid providit astutia veterum, per
quod ab hominibus anni vincantur indulti: iure fastus huiuscemodi putantur invenisse
4 consilia, quorum longaevitas et senectutem refutat et terminum. deus bone, quantum
est, unius vocabulum hominis inpensum in dictandis legibus laborem vel stabilire
posse vel solvere! macte insignium adulescens virtutum, qui per oblitteratum materni
stemmatis callem vitales honorum secures adtulisti, quibus annosas, ne posteritatem
5 tuam retinerent, splendidissimi itineris obices amputares! cedant huic priscorum laudes,
quibus nobilitatem doctorum commenta pepererunt, quae faleratis verborum superciliis
meritum a relatore mercantur. necesse enim est exilitatem thematis narrantis opibus
ampliari, ut dos, quae in materia non invenitur, stili processionibus inseratur. ut
taceam Fabios Torquatos Camillos Decios fuisse superatos: te ipsum, mi domine, qui
6 universos vicisti, eius primordiis aestimo votive cessisse. tu per duratum proavorum
avorumque scipionum tramitem iam grandior, paene praecedentium conexus lateribus
ambulasti, ita ut sub coniunctione numquam interpolatae felicitatis incederes. ad
Avieni mei adhuc teneri virtutes pertinet, et tuo generi continuare fasces et nostro
reddere. ago gratias intentioni in commune augmentum profuturae, per quam cum
dei benificio natalium bonorum claritas hactenus interclusa resplenduit, per quam diem
7 suum lucidus sanguis agnovit. quam voluissem votorum meorum summam coram positus
intueri, si non peccatorum magnitudo munus caeleste, quod non potuit desideriis,
denegaret aspectibus, et nefas sit hominem uno eodemque tempore universa optata
promereri! illud tamen inter maximas redemptoris nostri remunerationes credo nume-
randum, quod limen felicis infantiae consul meus cum honore senis ingressus est. spe
8 praecipio quid paretur laboribus, cum talia primordiis exhibentur. inauspicatis suc-
cessibus illi profectuum incrementa ventura sunt, quem coepisse videmus a fascibus.
minus est quod sibi de prosperitatis eventu in antiquorum praeconiis vetus fama
blanditur. quod adtrita pulvere canities, quod vita sub fasce acta vix meruit, quod
grandaevus de inpetratione numquam certus optavit, hoc memorato saepius adulescenti
9 meo supernum munus ingessit. additur quod in principio vitae disciplinis optimis in-
stitutus videtur meruisse quod adeptus est, nec dignatur totum in se felicitati tribui,
in quo possunt etiam dari plura virtuti. naturae indices scolas et litterarum studia
consecutus, paternae perfectionis aemulator, talem se industria sua filium reddidit,
10 qualem alter vix potuit elegisse. quidquid Attica, quidquid Romana praecipuum habet
lingua cognovit, aurum Demosthenis et ferrum Ciceronis expendit, utramque dicendi
seriem Latinus relator implevit. grammaticae instructionis repagula et illas dicendi
legales angustias pro libertate conplexus est. oratoriam pompam sectando masculae
11 dictionis brachiis aequalis ad certamen eduxit. sed quo me rapiat processus affectionis
terminum refutantis, agnosco: divisus proposito consulem eruditum ingenio inpar appello.
ad vos revertor, cum quibus mihi commune gaudium, par desiderium, aequalis suppli-
catio est. oremus deum, quia vota nostra modum refutant, ut ipse faciat perenne esse

---

2 honus *VL*, onus *B* sepulcra *V* 3 indulti *BCP*, indulgi *VLT*, adulti *b* fastos *Sirm.* 6 aduliscens *B* obliteratum *B* 7 stimmatis *B*, stematis *ceteri* attulisti *V* 8 ubices *B*[1] amputaris *libri, emend. Sirm.* 9 nobilitatem (it *corr.*) *B* 11 stilo *B*[a] 12 fabius *V*[a], fauius *B* torquatus camillus decius *BV*[a] superatus *B* 13 aestimo *cum Hartelio*, stemo *BVLT*, extimo *CP*, existimo *b* 14 auorum *sup. lin. add. B*[2] 15 incederis *B* 18 beneficio *V* 23 limen] lumen *B*[a] felices *B* spe] sed *Sirm.* 25 prouectuum *b* 27 attrita *V* 28 optabit *B* memorato] memorati *VL*, memorat *B* aduliscenti *B* 31 indices *coni. Schott (cf. CV1, al.)*, indeces *B*, in decus *ceteri* scolas] colas *B*[a] 32 aemulatur *B* 33 quidquid *BV*, quicquid *rel. (bis)* atteca *B* 34 demostenis *B* utramque *CPb*, utraque *BVLT* 35 repagola *B* 37 braciis *B* aequales *Migne et Hartel* 39 supplicatio] suspicatio *B*[1]

quod tribuit nec umquam circa nos muneribus suis terminum ponat qui largiendo
damna non sentit. vos gaudete tamen vestro tam excellenti bono, quibus fas est post 12
trabeas suas habere filium in obsequio consularem. si tamen in sententia mea caelestis
vigor operatur et tota mens humanis delictis inclinata non subiacet, fidelium orationum
vestrarum retributio est circa sobolem dignitas inpetrata. urbi sufficerent quantos
habet domus una precatores. felix mater, tot imperatorum domina, vos apud deum
precibus suis matrona fortis adtollit. per tantos regnum caeleste vim patitur, quorum 13 Matth. 11, 12.
meritis a divina clementia quod postulatur exigitur. scriptum enim meminimus dicente
discipulis domino: 'si convenerit duobus aut tribus vestrum, quidquid petieritis im- Matth. 18, 19.
petrabitis.' credo redemptorem iustorum raritate prospecta pro mundi salute petituros
duos dixisse sufficere. licet coniectura perpendi, si possit tribus aliquid denegari pro
suorum utilitate poscentibus. his ergo spebus animatus et iustorum cognatione sub- 14
limis, confido de superna benignitate etiam me ad optatae copiam gratiae perventurum.
si Abrahae meritis Loth sanctorum turbis adsciscitur, si hi qui caruere propriis pro-
pinquorum ad celsa perduci meruere virtutibus: annus iste familiae vestrae pariet
dignitates. nam si vobis cordi sum, facile ad caelestem gratiam optata inpetratione
perducor. domine mi, salutationis reverentiam solvens veniam postulo de prolixitate 15
sermonis, quia difficile est magna gaudentem parva loqui esse contentum.

## X (EPIST. 1, 6).

## FAVSTO ENNODIVS.

Deus bone, quam nihil est arduum magna curantibus et qua quiete divinae 1
mentes visa describunt! quibus ornantur dotibus loca, quae lingua dives et dicendi
peritus aspexerit, si religioso liceat sine discrimine confessionis enarrare proposito!
quasdam mundi artifex deus provinciis felicitates stupenda secreti sui largitate con-
cessit, alias uberius, melius alias vinum iussit effundere, aliis contulit triticeae segetis
ope gratulari, multas pomorum varietate vel utilitate donavit. quibus haec tamen 2
ipsius naturae repugnantia merita non dederunt, fecit eas relatore sublimes. non est
unde ieiuna cautibus gleba desperet nec unde non respondentia cultori arva subiaceant.
linguarum genio terris merita tribuuntur et qualiter quis loqui potuerit, taliter rem,
de qua fuerit locutus, adtollit. crescitis, provinciae, cultura sermonum. oris est quid- 3
quid in vobis lector stupuit. uber solum et divitibus quae te iactas terra palmitibus,
quae per modicos sulcos scalpentem dorsa pascis agricolam, quae venas divites in
ipso proscissionis pandis exordio, quae suscepta germina multiplicata messe restituis,
nihil tibi commune cum maximis, si ad te domnus Faustus, Romani status eloquii,
non serenus accesserit. ecce Comus pullae quondam paene in silentium missa con- 4
dicio, quae nulla se hactenus commoditate, nulla ut aiunt formositate iactavit, quanto
gaudet ingenii elata privilegio? quae per praerupta convallia et patulos cohaerentium hiatus montium aestivis nivibus miseram scit exhibere concordiam; cui per pericula pendentium cum via cultorum ante terram per scopulos opus est seminare quam ger-

2 dampna *V* sensit *Hartel* 3 consolarem *B* 5 quantus *B*[1] 7 attolit *V* 9 discipulis domino *B*, domino discipulis *ceteri* duo aut tres *TCPb* quicquid *V* 13 superna *CPb*, supera *BVLT* 14 adsciscitur] adscribitur *Sirm.* 15 perduce *B*[a] 16 dignitatis *B* 17 mi•• (*eras.* hi) *B*

[X] 19 Ennodius Fausto *b* 21 mentis *codices*, *emend. Sirm.* discribunt *B* diuis *B* 22 si] sil *B* 23 secreta *B*[a] 24 triticae *B* 26 repugnantis *Sirm.* 27 gleua *B* disperet *BVL* non *B*, *om. ceteri* 29 attollit *V* crescitis *Sirm.*, criscetis *B*, crescetis *ceteri* quicquid *V* 32 restitues *B* 34 spullae *B* 36 elata *B*, *om. ceteri* patulus *B*

mina; cui calamitatis genus est, riparum Larii confinia canis ornasse nemoribus, ut
subridens inlecebrosa visione dominantibus blanda fecunditatem fronte mentiatur et in
5 perniciem possessoris pulchritudinem nutriat execrandam; ubi primum fabricis suis per
praetoria domini tributa dissolvunt, dum antiquorum lascivias parca nituntur frugalitate
reparare et profligantia patrimonium fulcire culmina; indigenarum copia ad hoc tantum
servata, ut functioni publicae peraequatoris etiam vota transcendens numerus non
deesset; piscium populos non ad delicias, sed ad horrorem nutriens, per quos discimus
quid laudis captorum alibi sapor mereatur; ubi aer pluvius perenniter et minax caelum
6 et quaedam vitae sine tota luce transactio. dulcia Larii oculis fluenta transeuntibus
et ad natatum quos perdat invitantia. quis ferat decorum gurgitem sub hac deceptione
fallentem? quid dicam insulam relatione factam habitabilem? quis non hoc miretur?
in qua minus amatur vita servata, in qua portio fuit evasisse discriminis, circa quam
piscibus hominum ministratur esca cadaveribus? nulla enim praeter aquas Larii
defuncti ibidem sepulchra meruerunt. Mariam fluvium Adduamque laudastis, quos per
confusos ductus discrimen in lacu tumoris ostendit: qui agnosci in eo numquam nisi
7 per turbida fluenta potuerunt. tanti fuit divitias facundiae in rebus laude carentibus
ostentare, quanta non fuerant haec omnia naturae benificia, si dedisset. caelorum
tamen dominus, qui hoc vobis posse concessit, munera sua sub perennitate tueatur,
quia haec ego non quasi a vobis diversa sentiens scripsi, sed ut ex istis lector
agnoscat Comum per stilum vestrum melius esse legere quam videre.

## XI (EPIST. 1, 7).

## FAVSTO ENNODIVS.

1 Quantus est fascis invidiae, quam facilis nocendi via, quotiens praecedenti
opinione laborat impetitus! nemo quid factum sit, ut video, quidve infectum respicit:
ad inpugnationis fidem solum advocatur pro teste propositum. deus omnipotens mutatas
ordinum vices vertat in melius et rerum statum, qui labe temporis aut meritorum
nostrorum nebulis obsolevit, aurei saeculi candore perfundat. quando non hominum
obscenissima crimina innocentis officii texit umbraculum et quidquid a morum nube
2 descendit caelestis militiae serenitas excusavit? at nunc in aucupium trahitur male
creduli interpretis clericatus, et quod ante religiosam professionem admisisse non
decuit, hoc postquam per titulum ecclesiasticum culpis renuntiavimus, sine honesti
credimur consideratione peragere. qua me tempestate, procella inmanium peccatorum,
ire ad famosum officium conpulisti? in quo omnes errorum rami magistra vivendi
3 solent falce truncari, in eo de me facinus credi facis omne fallentibus. ille mancipia
sua a me sublata deflevit et contra potentiam ecclesiastici militis advocandam credidit
regiam defensionem. rogo, quis hoc conmentator vel in scena proponat? quis poetarum fabellam fucis similibus aut commenticiis personis instrueret? novit dominus,

2 fronte] fornte $B^a$ 4 lasciuias *BVL*, lacinias *C et Schott*, lacunas *b* 6 numeros *B* 7 populus *B* dilicias *B* 13 nulla *B*, nulli *ceteri* 14 sepulcra *V* mariam $B^1$, maria *ut ceteri* $B^2$; *nomen fluminis, quod hodie dicitur* Maira, *subesse res ipsa docet* adduamq. *B*, adduamquae *ceteri* quos] quod *Sirm.*, quorum *Hartel* 15 confusus *B* in lacu *scripsi*, in lacum *B*, lacum *ceteri* ostendat *fort.* in eo] in eum *B* 17 quanta *B*, quanti *ceteri* beneficia *V* dedisset *B*, dedissent *ceteri* 18 tuetatur $B^1$ 19 scribsi *B*

[XI] 21 Ennodius Fausto *b* 22 praecidenti *B* 24 inpugnationis (is *in lit.*) *B* 26 obsoluit *BL* 27 innocentis] incentis $B^a$ quicquid *V* 28 discendit *B* at] ad *B* 29 credoli $B^a$ 36 fauellam $B^1$

qui manu valida in adiutorio vestro mei propugnator adsurgat, totius me esse technae
huius ignarum. ante aliquid temporis pueri duo, qui sibi a praefato adserebant inferri 4
violentiam, ad opem se ecclesiae sub interpellatione publica contulerunt. preces adhibuisse me memini, ut circa eos quod defunctus voluit servaretur. auditurum se deceptiosis et blandis promisit inlecebris. ut ad obsequium reverterentur, ad quod deputati fuerant, sancto episcopo patre vestro praesente, qui eisdem praebebat auxilium,
sub notitia civitatis hortatus sum. quid postea evenerit ignoravi, nisi postquam male 5
retentatoris nomen accepi. haec mentior nisi inpugnatoris mei adtestatione constiterint; cui tamen gratias refero, quia sub quavis occasione votivas exegit epistulas, quae mihi multum doloris iussionis vestrae dubitatione pepererunt. de me enim deliberatum esse video, si vos, utrum audiam quae iubetis, in ancipiti esse cognosco.
nulla me tamen nec magnitudinem vestram ex ea parte apud deum culpa respiciet, 6
quia praefatos mox ad servitium illius boni viri sine alicuius audientiae libra ire conpuli. domini mei, salutationem largissimam dicens quam vellem, si istis negotiis paginas non negetis, aut accusatores meos ipse conponere aut, quod est familiarius, frequenter errare!

## XII (EPIST. 1, 8).

## FIRMINO ENNODIVS.

Iucunda sunt commercia litterarum docto auctore concepta: illa in quibus ad 1
unguem politi sermonis splendor effulgorat, ubi oratio dives frenis peritiae continetur. quando abundantem loquellae venam laboriosus in lucem scrutator adduxerit, tunc
procedunt officia suscipientis desideriis paritura. at ubi scaber sermo angustiam 2
pauperis signat ingenii nec conceptum suum in ordinem digerendo noctem studio elocutionis interserit et nebulosae narrationis ambiguo quandam generat de ipsa explanatione caecitatem: quis non personae talis in eloquentiae arce constitutus spernat
affectum? gravat conscientiam perfectorum amor indocti. sed vis caritatis internae 3
necessitudinis vinculis adiuta non fertur. nescit experiri quid possit, quem caritas stimulis suis exagitat. solent tamen dignos venia iudicare perfecti, quos inter epistulares vias nutantia deseruere vestigia. soletis quid dicere voluissemus adtendere, quotiens
non elocuntur vota sermones. idoneae tamen perlatricis viaticum praegravavi et, quae 4
me praesentare vivis potuisset adfatibus, ea epistulam comitante perduxi, minus nobis periculi esse confidens sub intercessoris bonae praesentia deliquisse. vale ergo, mi domine, et amantem vestri peculiaribus fovete benificiis: sic apicem vestrum, si est quo crescat adhuc, divinus favor adtollat.

---

1 totius] tutius *VLT* esse technae] esset | igne *B*, esse tegnae *ceteri* 2 huius] huiusmodi *P*[1] *b* 4 me *om. b* 5 deceptionis *B*[1] reuerentur *B* 8 retento | ris *B*[a] attestatione *V* 11 iubetes *B* 12 respiciat *B* 13 audienditiae *V* 14 domine mi *CPb* 15 negetes *B*

[XII] 19 effulgerat *man. rec. in B*, effulgurat *Sirm.* diuis *B* 20 loquele *V* 21 at] ad *B* 23 nebolosae *V* 24 arce] arche *B*, arte *CPb* 26 quem] quae *B* 27 exagitant *V*[1] *L* epistularis *B*, epistolares (o *ex* u *corr. man. 1*) *V* 28 soletes *B* uoluissimus *B*, uoluimus *ceteri* attendere *V* 30 ea *VT*, eam *B*, et *L*, eum *CPb* epistulam *BVL*, epistola *rel.* nobis] nolis *V*[1] *L* 31 bonae praesentia *B*, boni me praesentia *ceteri* 32 pe///culiaribus *B* beneficiis *V* 33 attollat *V*

## XIII (EPIST. 1, 9).

## OLYBRIO ENNODIVS.

1 Dum favos loqueris et per domos cereas eloquentiae nectare liquentis elementi
mella conponis, peregrinum labiis meis saporem epuli divitis infudisti, Herculei certa-
minis et triumphalium Anthei casuum faciens mentionem. sic se equidem exercita
litterarum gymnasiis palestra dilucidant, sic madefacta studiorum oleo loquendi arti-
2 ficiis oris membra submittunt. sed noluissem fateor illius ut aiunt pugnae comme-
moratione morderi. Antheum fabella senior, ne elisus vinceret, matris solacium, post-
quam coepit non cadere, loquitur perdidisse; qui per callidi hostis fabricam fertur
stando esse superatus et in pectore animam posuisse certantis. res scilicet daedala
3 memoratu, sed amicitiarum indigna proposito. nos nempe memini foederis certamina
suscepisse, sed per quae mutuae vincamus caritatis officiis, ut dum inter huiusmodi
luctamina nitimur, et vinci ambo optemus et vincere. nobis per communia pectorum
secreta vivendum potius quam obeundum est, matris ecclesiae ope sociatis, quae utros-
4 que, ut vera loquamur, fidei ubere lacte pascit altrici. cessent anilium commenta
poetarum, fabulosa repudietur antiquitas. status innocens ruinae nequaquam misceatur
alterius. nobis, si placet in novellum usum maiorum exempla revocare, potius Pyladis
et Orestis, Nisi et Euryali, Pollucis et Castoris, si nihil his clandestinorum actuum
decerpit obscenitas, convenit gratiae meminisse vel fidei. quos inter se ita concors
animorum devinxit aequalitas, ut horum, *dum* duos expetitus cum amicis iuvaret
5 interitus, alter amico vitam pretio suae mortis adferret. ista sunt digna memoria,
quotiens inter novos concordiae nexus udo, ut ita dixerim, animorum libro caespitibus
validis fetura nobilis iuncta maritatur. illae mentes promittunt poma concordiae, quae
quid in cultura sudoris sit opus agnoscunt. gaudeo tamen, quod iam indissolubili
societate moribus iungimur et ab ostio affectionis per examinis lancem caritatis in-
crementa pensamus.

## XIV (OPUSC. 9).

## BENEDICTIO CEREI.

1 Dignum et iustum est, vere dignum et iustum est, ut quod a te, domine, accipi-
mus, pretio saltim vocis solvamus. et licet nostra lingua auctoris sui beneficiis digno
nequaquam respondere possit affatu, vult tamen divino ministerio profecisse, quod
facta est. nam cum ceteris animalibus hebetata caligantium crassitudo sit sensuum,
vernat in hoc dispositione dominica hominum factura praestantior, quod sola uberius
potest sentire factorem; quae tamen cernuis est socianda recte pecudibus, si caelestis
2 ignara muneris velut elinguis benificia divinitus concessa concludat. nam ut absolvit

---

[XIII] 2 fauus *B 1 VLT1* luqueris *Ba* linquentis *B1* 4 triumfalium *VL* 5 gemnasiis *BV1L*, gimnasiis *V2* loquendis *VT*, lequendis *L*, loquendi se *Hartel* artificis *Va* 7 fauella *B*, fabula *Sirm.* uinceretur *Hartel (immo vicit Antaeus, quotiens elisus humum tetigit)* 9 dedala *B*, *om. V1*, digna *(sup. lin. V2) LTCPb* 12 pectorum *B 2*, peccatorum *B 1 VLTCPb* 13 sociatis *Hartel*, sociata *B*, sociatu *ceteri* 14 ut *Bb*, *om. ceteri* 19 dum *addidi* 22 poma] bona *Sirm.*

[XIV] 27 accepimus *CPb* 28 pretio] prece *b* uocis *Hartel*, uoce *BVLTC*, et uoce *Pb* soluamus] saluamus *Ba* suis *V*, sui. *LT* 29 nequamquam *B1* ministerio] mysterio *Sirm.* proficisse *BVL 1 T1* 32 pecodibus *B* 33 munera *Va* beneficia *V* absoluet *B*

a crimine, in holocaustis mysticis non habere quod offeras, ita digna piaculo res est,
offerenda subtrahere. parili namque iudicio censendus est et qui numquam loquitur
per naturam et qui quod loquitur non reddit auctori. idcirco, domine, stupendi huius
opifex elementi, aliquam tibi a nobis reddi credimus humili satisfactione particulam,
quod totum cognoscimus nos debere. quis enim alius praeter te mundi fabricam per- 3
pendiculo repentinae iussionis exactam bifida auctoritate solidavit, cum primum praecepti
tui miraculo terra coagularetur in pelagus et deductis deinde aquarum inpressionibus
illa naufraga post sitiret? cuius etiam nisi tuae investigabilis fotu iussionis suscepta
germina nutriuntur? qui calorem gignit infusis, qui umorem stillat arentibus? qui 4
nisi deus noster succidua iungit temporibus tempora, quorum terrae fetus nunc igne
fervescant, nunc glacie temperentur, nunc tepore animentur, nunc bibulo liquore con-
surgant? quis haec omnia et fecit ex nihilo et per lucis ianuam a perpetuae noctis
furva densitate discrevit? fecitque perenniter laudanda dispositione piissimus post
lucis claritatem non horreri tenebras revertentes per dierum dies. quis te vel dignus 5
aut facundus laudator eloquitur, cuius terminata distributio succedenti varietate fit
gratior, quo iubente dulcior lux est, quod aliquando desinit, quam si iugiter per-
maneret? ecce illa nox, quae mundum hactenus iugo crudelissimae deditionis
oppresserat, populos a nexibus violentae condicionis absolvit et fit libertatis altrix
quae mater fuerat servitutis. in huius tibi, domine, sanctissimae noctis ministerio hoc 6
cereum lumen offerimus, per quod caligo vetusta pellatur, in quo species trino con-
paginatae consortio societatis propemodum mysticae glutino coniunguntur, quarum
ceram paravit nectareis partubus feta virginitas, papyrum ad alimenta ignium limfa
transmisit, lumen adhibetur e caelo. nil hic habet vox humana quod consecret, ubi
totum dirigit superna cognatio. agnoscit hic odorem suum salutiferae virginis filius,
ubi sine coitu nascitur quidquid offertur. non enim hic turicremis Pancheus adoletur 7
ignis altaribus, non ad triste ministerium extremum mugiens bos percussa litabitur,
non bidentum fetus carnificis potius quam sacerdotis mucro desecuit: sufficit ad
reparationem aeternitatis perditae, quod non a nobis sed pro nobis agnus occisus est.
procul hinc aberit lanista Iudaicus, qui per cicatrices inguinum animas sibi adquisitas
tot solet numerare quot vulnerat. Christi nostri libamina infucata simplicitate con-
plentur. peragit dedicationem corporis nostri crux unda confessio. te ergo quaesumus, 8
domine, ut sicut typico prisca mysterio ita renovanda agmina ducat haec columna
trans gurgites; aestuet et nobis semita praeparata per maria et sitiat callis pulveru-
lentus in fluctibus. nil hic est, in quo discrepent antiqua novis aut moderna veteribus.
tu semper idem dominus, et sacerdos meritis par prophetae est, ad cuius precatum
fluenta siccentur: ergo huius Hebreus transeat, ille Aegyptius deprimatur et mersis in
aqua corporibus sola sentiat culpa naufragium. hoc autem tibi, domine, castae 9
operatricis munus et hanc intactae matris sobolem commendamus, per quam meretur

---

1 holochaustis *B* 3 reddet *B* 5 perpendiculam $B^a$ 6 befida *B*, bi••fida *V* 7 coago-laretur *B* 10 terrae *Bb*, terra *ceteri* 11 liquore] loquere $B^a$ consurgant] conspergantur *b* 14 reuertentes *b*, reuertentis *codices* per] pro *B* 15 succedente *b* 16 quod] quae *Cb* aliquando (o *in lit.*) *B* 18 oppressarat $B^a$ populus *B* absoluet *B* 19 sanctissimae *b*, sanctissime *codices* 20 conpaginatae *Hartel*, conpaginata *codices* 21 glutinato $B^1$ coniungatur *b* 23 transmiset *B* nil] nihil *b* 24 cognatio *B*, cognitio *ceteri* 25 quicquid *V* pancheus $V^2$, panceus $BV^1LCP$ 26 ignisalutaribus $B^a$ litatur *b* 29 lanista] lata *B* 30 quot] quod *BL* infucata (c *ex* s *man. 1*) *B* 31 quaesumus] q̅s *B ut iterum p. 20, 8* 32 ducat *om.* $B^1$, *in fine lin. add.* $B^2$ 33 gurgitis *B* et *post* aestuet *om. Sirm.* puluerolentus *B* 34 nil] nihil *b* 35 meritis par] memoratus per *b* prophetae *B*, profetis *VL*, prophetis *TCP*, prophetas *b* est *B (non* es, *ut Hartel scripsit)*, hic est *ceteri* 36 ergo *B*, ut *ceteri* huius *B* (*scil.* ad precatum), *om. ceteri; an mavis* vivus? hebreos *B* ille *B*, *om. ceteri* 37 casta $V^1L$

habere terra quod caeli est; quae per domos cereas divino stipant mella conpendio, quibus causa est numerosae progenies nescisse coniugium, ne dum copularum nexibus occupantur, laborandi tempus effugiat et expectent, ut prolem suam turgida alvus
10 effundat, quam herbarum lucro diligentius possunt ore profligare quam semine. in huius autem cerei luminis corpore te, domine, postulamus, ut supernae benedictionis munus adcommodes et, si quis hinc sumpserit adversus flabra ventorum, adversus spiritus procellarum tua iussa facientes, sit illi singulare perfugium, sit murus ab hoste
11 fidelibus. simul etiam quaesumus te ut, quia ad vernantis anni faciem passionis ac resurrectionis tuae tempus aptasti, cum post concretas hiemali torpore glebas et infrenata glacie flumina novellas frondium tunicas gemma conscendit et cum auctore germinum domino nobis omnia reviviscunt: da multiplices fructus in terris, nostrum effice quod ostendis, et sacerdotis nostri vel totius cleri eius incolumitate servata ubertatem temporum sine adversa tempestate concede.

## XV (EPIST. 1, 10).

## IOHANNI ENNODIVS.

1 Vicem redderem, nisi oneraret diligentiam amici pectoris restituta laudatio,
Symm. ep. 1, 31. 10, 1. ne dum in praeconiis mutuum videmur scabere, adulationis suspicione polluatur adfectio et amor currat in vitium, dum illud, quod apud alios debemus facere, nobis inconpetenter ingerimus. amantium enim ornamenta inter familiares paginas retinenda sunt, non loquenda, ne tantum conscientias nostras vacuis sensibus relatione laudis oneremus.
2 sunt ubi bona tua, ut apud te propter adfectum taceam, amice, concelebrem. in his, quae de profectu tuo sentio, religiosam tibi tantum debeo taciturnitatem. possem quidem vitia temporis secutus laudes tuas nunc inexhausta praedicatione reserare et totam paginam fucatis colorare blanditiis. sed absit hoc a proposito, facessat a moribus,
3 ut quem mente teneo, ista tantum velim esse remuneratione contentum. tibi non delenificam orationem, sed vocem debeo castigantis, non tibi pictis verborum inludens artificiis, sed totum profunda mente te retinens. possem dicere: ad arcem scientiae sine tenerae aetatis praeiudicio pervenisti, summam perfectionis adeptus es, nulla debes
4 cura distringi, sed bonis tuis tamquam locuples possessor ornari. sed haec, sicut praedixi, a me aliena sunt. ore te parentis stimulo, dico: sint licet grandia, quae in cano eloquentiae flore polliceris, ego tamen nisi de messe non gratulor, ut solet avarus agricola, qui ubertatem anni nisi in horreis non metitur. iam in te etsi non gravidas aristas, multo tamen videmus lacte turgentes: iam prope ad aream vota perveniunt.
5 sed plus timendum est, quotiens desideria nostra spes vicina succendit. labora ergo circa studia, lucem in conloquiis dilige, lectioni devotus insiste, ut fructus eloquentiae multiplicium auctorum ventilatione purgetur. pulchra sunt quae scribis, sed ego amo plus fortia; redimita sunt floribus, sed poma plus diligo. salve, mi domine, et haec

---

2 progenies *B*, progenie *VLT*, progeniei *CPb* 3 effugiant *Pb* 4 quam h.] quem h. *VLC* lucra *B*[1] profligare] proligare *B*[a] 5 superna* (e *eras.*) *B* 6 accommodes *V* 7 facientes *B*, faciens *ceteri; cf. Ps. 148, 8* profugium *P*[2]*b* 10 conscendet (—dat *B*[a]) *B*, conscindit *Hartel* 11 reuiuescunt *V*[1]*L* multiplicis *B* 12 eius *om.* *CPb* incolomitate *B* 13 aduersi *B*[1] tampestate *B*[a]

[XV] 14 Ennodius Ioanni *b* 15 honeraret *VLT*, honoraret *B (corr. m. rec.)* 16 adolationis *B* 18 ingeremus *codices, emend. Sirm.* 19 vacua *malim* oneremus *B*, honoremus *ceteri* 21 possim *B* 22 laudes tuas] laude statuas *V*[a] et *om.* *b* 24 velim] uellem *B* contentum] contemptum *B* 26 possim *B* 27 tenere *B*, tenera *VL* 29 aliena sunt a me *Cb* 31 agricula *B* 33 ergo *om.* *CPb* 35 purgitur *B*

ea qua insinuavi sinceritate conplectere et amorem meum in admonitionis fide perpende.
scito epistulas tuas nulli doctorum a me esse denegandas, ut quod me per inscitiam 6
fugerit per eos, qui ad unguem docti sunt, emendetur; et ideo ad scriptionis culturam
multo sudore te praepara, ut vota, quae circa te pro venerandi patris tui meritis et
amore concepi, ad effectum sub hac claritatis tuae intentione perveniant.

## XVI (EPIST. 1, 11).

## CASTORIO ET FLORO ENNODIVS.

Amantem vestri gratia deberetis relevare conloquii et amicam diligentiam testi- 1
monio reserare sermonis, quia muta caritas paene optinet vices ingrati et per paginarum
abstinentiam intercipitur vis amoris. absentum animis sola litterarum medetur oblatio,
quae quodam mentis artificio pingit scriptione quod loquitur. haec apud vos super- 2
vacuum putamus adserere, quos instituta nobilia acuunt, quibus praesto est sanguis
doctrina consortium. nihil est bonarum artium, quod nescire sine neglegentiae culpa
possitis, quos post lucem natalium Romanum decus Faustus instituit. ergo magis
fatendum est me non mereri quod postulo, quam vos nescire quid debeatis offerre.
domini mi, salutationis debita effusissima humilitate persolvens precor, ut tandem ali- 3
quando non inmemores admonitionis et foederis rescribatis, circa quae opera pigros
vos esse non convenit, quia nec conversationi vestrae sancta conscientia nec uber
sermo potest deesse conloquiis.

## XVII (EPIST. 1, 12).

## AVIENO ENNODIVS.

Si quaeras, cur silentio vestro multata non reticet prodiga frons pudoris, et male 1
interpretando inpudentia vocetur affectio, si garrulitatem meam fructu dicas cessante
debuisse conpesci: ego te, inlustrissime hominum, illa quae in familia tua domestica
est sinceritate convenio, ego foederatam promissionem quasi obsidem mentis amplector.
doleo quidem procuratas longi causas silentii, dum et caritas et necessitudo neglegitur; 2
sed quia me totum sibi amor tuus vindicat, adhuc credo excusationem posse recipere
quod fecisti et purgationis tuae in hac parte causas aestimo esse, quas invenire non
possum. in bona te valitudine degere voti compos semper audivi. sudorem tuum
circa ornamenta generis saepe epistularis alloquii luce tersisti. nihil praeter con-
temptum monstrat, quotiens taciturnitas non habet necessitatem. ego tamen spem de 3
responso capiens semper scripsi et sub quadam claritatis tuae praesentia legenda
dictavi. visa est mihi, dum loquor, pagina mea te reddidisse, te sapere et tuis picta
imaginibus verba conferre. quid esset in epistula tua dulcedinis, si eam daretur
accipere, quaeso diligenter expende, quando licet a nobis procedentia, tamen quae ad
te veniunt verba conplectimur. iam, rogo, ad adfectum scriptionis erigere et ariditatem 4

---

3 fugerit] fugere *B*

[XVI] 6 Ennodius C. et Fl. *b* 8 obtinet *V* uices] uoces *B*[a] 9 intercipetur *B* ab-sentum] absentem *B*[a], et absentium *CPb* 10 scribtione *B* quod] quos *B*, quocum *Hartel; cf.* CCCLXIII 17 13 possitis] possides *B (corr. man. rec.)* luce *B* 14 postolo *V*[1] 15 domini] dum *Pb* mi *Haupt opusc. III 450,* mihi *codices* debita | et eff. *B* 16 pigrus *B*

[XVII] 19 Ennodius Auieno *b* 20 cur a silentio *CPb* 25 uendicat *Pb* 27 degerere *B* 28 epistolaris (o *ex* u *corr.*) *V* 30 scribsi *B* dulcidinis *B* 34 scribtionis *B*

meam conloquii fluentis infunde, ut quid ministerium meum a deo valeat inpetrare
cognoscam, si epistulas tuas aemulas paternae perfectionis accepero. nolo metuas,
quod illum formidandum doctissimis loquor et quasi ante oculos tuos in exemplum
elocutionis adduco. peritorum mos est medicorum in venis deprehendere vires corporum
6 et de successu hominis digitos interrogare. nec aliter incipientium possunt ingenia
cognosci, nisi ut qui non debent tenerae adhuc aetati robustas declamationes inquirentes
de futura ubertate laetificent et messem peritiae in radice manifestent. domine, ut
supra, salutationis honore et reverentia soluta spero, ut mei te esse memorem si
meritum non ostendit, saltim inportunitas mea, quae est indefessa, significet.

## XVIII (EPIST. 1, 13).

## AGAPITO ENNODIVS.

Symm. ep. 6, 41. 1 Male est animo, postquam magnitudo tua aequi observantissima et amicitiarum
tenax in hanc meae oblivionis se vertit incuriam, ut diligentiae inmemor bona melioris
saeculi, quae adcesserunt de profectu honorum tuorum, fama potius quam felici epistula
nuntiasset. ubi sunt illa sanctae conscientiae tuae in conservatione amoris veneranda
penetralia? quando invenire potuisset relatu digniora animus de amantis hilaritate
2 sollicitus? sed quaero, ne forte malignorum quispiam austrum fontibus aut petulcum
Verg. ecl. 2, 58 et georg. 4, 10. animal rosetis inmiserit. numquam enim sine offensa amicis prosper eventus ab-
sconditur; a commotione evenit longe degentibus tacere quod gaudeas. procul a
moribus vestris malitiae facessat obscenitas. puto bona vestra me meruisse nescire.
qua sermonis frequentia pensabitur tale silentium? decedentem a desideriis amicum
3 nulla delenire potest cultura caritatis. haec quantavis, mi domine, nobilibus scientiae
tuae verborum pingas imaginibus, raro curantur malefacta conloquiis et dolor, qui a
re descenderit, sanari non potest per loquellam. vix erit, ut scribendo deleas, quod
scribere contemsisti. sed revertor ad propositum, a quo numquam est, si miseretur
divinitas, discedendum. deo debeo, quod prospera tua te silentium procurante in
4 Liguria primus agnovi. perdidisti fructum studiosae taciturnitatis. bonorum felicitas
mundi lingua celebratur; ignorari non potest quod summis accesserit. in honoribus
illa magis amplectenda sunt quae redduntur: male alter ad fasces adtollitur, cuius
mens inter curiae sidera lucis suae suffragia non agnoscit in titulis. venit ad vos cana
dignitas sera, sed debita. vocavit eam lingua, quam sequitur; exegit innocentia, quam
5 habuit aurea quondam aetate coniunctam. sed iam redeo ad gratiam familiaris alloquii
etiam post offensam. salve, mi domine, et quod in damno promissi foederis neglexisti,
restitue ubertate sermonis.

---

2 accipero *BVLC* 3 formidandam $V^a$ 5 incipientum *Sirm.* 6 declamationis $B^a$
8 soluta *cum Hartelio,* saluta *B,* solita *ceteri*

[XVIII] 10 Ennodius Agapito *b* 11 obseruandissima *B* 13 accesserunt *V* 14 conseruatione *BVLT,* conuersatione *CPb* amoris *B, om. ceteri* 15 relato *B* 16 quaero] uereor *proposuit Hartel* forte *B, om. ceteri* fontibus] floribus *Hartel; cf.* CCLVI 8 18 ad commotionem *malim* 20 qua *Bb,* quia *ceteri* 21 delinire *Bb* mi *BTC,* mihi *VL, om. Pb* 22 *post* imaginibus *spatium triginta amplius litterarum in litura B; verba* raro c. m. conloquiis *man. 1. bis exarata erasa esse pro certo affirmaverim* colloquiis *V* 23 re] te *Sirm.* discenderit *B* potest] poterit *CPb* loquelam *V* 25 descedendum *B* 28 alter *B, om. ceteri* attollitur *V* 31 aurea *B, om. ceteri* condam *B* 32 promiss• (i *sup. litur.*) *B*

## XIX (EPIST. 1, 14).

## FAVSTO ENNODIVS.

Nollem fateor morarum causas aperire, ne animus meus sera in pacem cum 1
laetitia reductus maesta iterum relatione turbetur et habeam tristitiae meae redivivum
in narratione principium. paene enim sibi debet angustias suas, qui earum relegere
transacta non refugit. quis ad calcem perductas anxietates suas reparet intempestivi
necessitate sermonis? sed vobiscum mihi et cum proposito rerum fides est, quibus 2
debetur in replicatione ex quacumque causa sinceritas. patior libens aculeos revocati
maeroris, dummodo veritati nil pereat, et ne per vitium tenerae mentis paginam falsi-
tate dehonestem, sponte fero quod refero. sancti episcopi patris vestri prope in dubium 3
salus deducta me tenuit, in cuius aegritudine quamvis cuncta inlacrimaret ecclesia, me
tamen specialis maeror adflixit, qui eius debeo plus amori. vidi pacem civitatis
urguente discordia urbis nostrae limina transcendentem et ab oculis nostris quasi in-
certum aliquod aut vagum numen elapsam. sed sufficiat tristibus stricta narratio. iam 4
ad bonam valitudinem sancti patris salus optanda et diligenda respirat. nam ubi mens
mea ad stationem rediit, statim iussa respexit. pueros destinavi, qui fideli me de
prosperitate culminis vestri vel totius sanctae domus relatione perdoceant. pendeo
rursus et inter spem et metum dubia aestimatione distringor, cui necesse est de alterius
parentis esse prosperitate sollicitum. quis ad curas meas se porrigat? quis aestus 5
aequiperare valeat tali divisione distracti? sed haec ad deum iustius reportantur, cuius
clementiae est vota vincere supplicantum et fluctuantibus portum parare desideriis.
interim ad usum revertor querellarum. paginas vestras ilico me suggero subsequi
debuisse et ad solacium meum vel propter recentem petitionem scripta prorogari, ne
in ancipiti de profectione vestra animus meus pependisset auditu. sed hanc credo 6
culpam scriptionis emendari posse frequentia. superest ut divinitas a vobis ea indicari
faciat quae iuvat agnosci. domine mi, effusam salutem reverentiae vestrae dicens
precor, ut quae mandavi suggerenda adipiscantur effectum.

## XX (EPIST. 1, 15).

## FLORIANO ENNODIVS.

Idem est terminum in adrogantia non tenere quod in humilitate transcendere. 1
supercilii affectus est iusto amplius esse subiectum; familiare est graviter hiantibus
novas invenire blanditias, et grandis coturnus, in eloquentia simulare formidinem vel
examen metuere de laude securum. ego veri diligentiam proposito inpenderem, si
sanguini non deberem. suscepi epistulam tuam Romana dote locupletem et stilum 2
Latiarem in ipsa principiorum luce monstrantem, cui me respondere obponente manus
inscitia coegit affectio, cum diu esset quod antiquaverat apud me scribendi studium
spes tacendi et in locum gloriae silentium conputabat. sed nisi respondissem, nescires

---

[XIX] 1 Ennodius Fausto *b* 4 sibi debet] debet sibi *V¹ L¹ T¹* 5 refugit (re *sup. lin.*) *V* 6 fidis *B* 12 discordie *Vᵃ* 17 estimatione *V*, stematione *B* 18 aestu | saequiperare *B¹* 21 ad usum] adsum (u *ut saepius sup. lin.*) *B* quaerillarum *B*, querelarum *V* 22 scribta *B* 24 scribtionis *B* 25 mi *TCP*, mihi *BVL*

[XX] 27 Ennodius Floriano *b* 28 arrogantia *V* 30 tia simulare for *in litura B* 31 ueri *B*, uero *ceteri* 32 suscepi• (e *ex* i *corr.*) *B* 33 opponente *V* 35 conpotabat *B*

te esse deprehensum, quod minus fabricatis ingeniis artifici facundia et fuco Romuleae
calliditatis inluseris. non aequa ad secandum virtus est politae lamminae et eius, quam
3 rubigo possederit, nec parem conflictum usus potest et torpor adsumere. nunc epistulae
brevitate contentus ad salutationis debita me converto, quod eloquio non potui, gratia
pensaturus, reddendo amicitiam pro schemate et pompa sermonum. ecce quantum
occupationi subducere potui, celer scripsi. dabit deus, ut si responsa desideras,
vacuum curis pulsati pectus invenias.

## XXI (EPIST. 1, 16).

## FLORIANO ENNODIVS.

1 Illud fraternitas tua amori meo potuisset inpendere, quod vera liberalitate cum
tribuentis conpendio proficeret et pudori, in ea scilicet parte, ut cum indices studii mei
litteras iam teneres, ab scriptionis te cura suspenderes. quisquamne coloratis frontem
pingit inlecebris et famam valida inpugnatione labefactat, nec manifesta excusatione
2 contentus male credulae conscientiae sufficere non aestimat quod probavit? qui vario
sapore conloquii edacium amicorum fauces inritat, ut dum blanda subicit, definita
permutet? nam postquam me silentium amare rescripseram, quasi pro allegationis
responso prolixiores paginas inpetravi et diu forte repositum post negationem meam
eloquii uber elicui. quid faceres, si certamina promisissem, si studiorum tuorum
fervorem quocumque dente incautus adtingerem nec mei idoneus aestimator penetralia
3 tuta servarem? adhibita credo adversus me fuisset Tulliani profunditas gurgitis, Crispi
proprietas, Maronis elegantia, nec in ulla invenissem parte subsidium, cui nec illud
profuit, quod scribendi contentiones, nec cum reticerem lacessitus, effugi. me etsi
peritiae conscientia et dicendi vigor adtolleret, post diversa scribentum discrimina
4 laudem, quam multo sudore vos petitis, formidarem. huc adcedit, quod rhetoricam in
me dixisti esse versutiam, cum diu sit quod oratorium schema affectus a me orationis
absciderit et nequeam occupari verborum floribus, quem ad gemitus et preces evocat
5 clamor officii. delenifica ergo et malesuada conpesce conloquia. si ficta sunt quae
scribis et peniculo decorata mendacii, muta propositum vel posteaquam vides mentem
innotuisse qua feceris; si vera sunt et a iudicii lance descendunt, profundo ea pectoris
include secreto, ut reverentiam diligentiae, dum amico res integras servas, exhibeas.
6 mihi inmutabile cor custodiens alios demulce conloquiis. ecce epistulae modum, dum
productae paginae cupio respondere, transcendi. sed non est culpa speciali plectenda
supplicio, quae in erratis habet auctorem. domine mi, salutationem debendam restituens
precor, ut si desideriis meis, quae de amore taciturnitatis concepi, pernix te scrutator
interseris, saltim occupationibus, quibus inpedimur, ignoscas.

---

1 fuco] succo $P^1 b$ romolee *B* 2 secandum] secundam *B* 3 possiderit *B* epistolae (o *ex* u *corr.*) *V* 4 potuit *VL* 5 scemate *B* 6 scribsi *B* desider•as (*eras.* i) *B*

[XXI] 8 Ennodius Floriano *b* 9 illut *B* cum tribuentis] contribuentis *TCPb* 10 indeces *B* 11 teneres] tenebres *B* scribtionis *B* suspenderes *CPb*, suspenderis *BVLT* 12 labefacta *B* 14 colloquii *V* 15 rescribseram *B*, scripseram $P^1 b$ alligationis *B* 17 faceris *B* promississem *VL* 18 incaustus $B^1$ attingerem *V* aestimator *B*, exestimator *VL*, existimator *rel.* 19 crispi *B*, crisippi *ceteri*, Chryspii *b*, Chrysippi *Sirm.* 20 Maronis $CP^2 b$ (*Auson. epist. 17* 'quis ad opulentiam Tullianam aut proprietatem nostri Maronis accedat'), Varronis *BVLT* eligantia *BVL* illud] illut *sup. lin. suppl.* $B^1$ 22 attolleret *V* 23 accedit *V* rethoricam *codices* 24 scema *B* 25 genitus $B^a$ 26 conloquia *B*, colloquii *ceteri* 27 scribes *B* penicolo $BV^a$ mendatio $B^a$ uidis *B* mentem *uncis incl. Sirm.* 28 qua *B*, quae *ceteri* discendunt *B* pectoris] peccatoris $B^1$ 30 colloquiis *V* 32 deuendam *B* 34 saltem *V* inpendimur $B^1 T$

## XXII (EPIST. 1, 17).

### FAVSTO ENNODIVS.

Si a consuetudine officiorum temperet mens amantis, ipsam cessationem sini- 1
strum esse putat auspicium. maeroris enim ipse sibi causa est, qui non semper in
vicinis aestimat habitare quod diligit. quisquamne digressum ad longinqua censeat
quem mente contingit? nam si spiritus res est divinitatis in homine, prolixarum
sentire non potest damna terrarum. dixi causam, quae me faciat scripta porrigere.
reddo salutationis obsequia, propter quae promulgantur epistulae, deo supplicans ut 2
caelestis dispensatione beneficii in bona valitudine degenti praesentia magnitudini
vestrae verba reddantur. quod recipiat tamen portitor qui alloquii occasionem praestitit,
a me pro vicissitudine commendatur.

## XXIII (EPIST. 1, 18).

### ENNODIVS AVIENO.

Quam bene quod verecunde rennuis feliciter imitaris et, dum difficilibus magni- 1
tudinem tuam exemplis quereris incitari, narrandi pompam quam adsertor idoneus
refugis ostendisti! amplector amabilem allegationem formidinis, quam in te ingenii
divitis vena commendat. nolo colendum bonis patrem in adhortationis tuae positum
paviscas exemplis; ab ipso veniunt ista quae loqueris. scio quae aurum pariat terra 2
nobilius, cuius soli nutrita sinibus metalla plus rutilent. saepe mihi labor efficax in-
quirenti altricia terga fulvi ostendit elementi. scio quae concae superbas pretio
gemmas includant, unde veniat lapis imperiis genium conlaturus. non inperitiae quod
feci adplices, non errori. viri fortis progenies armorum faciem inter patris agnoscit
amplexus et, dum naturae obsequitur, discit amare terrorem. doctorum radix Maro, 3
vestri formator eloquii, sic animatum verbis patris filium memorat, ut dicat: 'disce, Verg. Aen. 12, 435. 440.
puer, virtutem ex me' et alibi: 'et pater Aeneas'. numquid ille iam fortibus ad cer-
tamina brachiis adsurgebat aut virili valitudine imminentia putabatur bella gesturus?
sed melius virtus recentibus exemplis animata quam monitis profectum corporis ex-
pectabat. scientes rerum aquilas ferunt pullos suos in ipso vitae limine, quo ovorum 4
tunicis exuuntur, ad solis parare radios et lucem seminis sui inmensi splendoris ob-
iectione cognoscere. numquid est in districta probatione inpietas, cum recta sit iudicii Isid. Iulii ep. § 12.
in electione sententia? nolunt quemquam perire de fetibus, sed suos esse qui cesserint
non agnoscunt. recte enim illa inter aves sublimitas genetrix putatur esse victorum.
nunc ergo tu, dulce meum, bene coepta persequere et favente deo, ut avum nomine, 5
ita patrem redde doctrina. non aestimes grave esse quod moneo. et quia ego te de
germine censeo, tu de primordiis non paviscas. fuit et ille incipiens qui timetur. et
quotiens scalpente terram digito ductus aquae per pulverem trahitur, turbidum fluit
omne quod primum est. de reliquo vale, mi domine, et amantem tui frequentibus cole 6
muniis litterarum, circa quae studia, si mei memor es, pigrum te esse non convenit.

---

[XXII] 1 Ennodius Fausto *b* 2 consuitudine *B* 3 potat *B* 6 scribta *B* 10 uicessitudine *B*

[XXIII] 11 Auieno Ennodius *Hartel* 12 rennuis *(alt.* n *sup. lin.) L*, rennues B, renuis *rel.* 13 quaereris *B*, queris *V*, quaeris *b* 16 pauescas *V* 17 nobilius] nobilibus *B*[1] 18 elimenti *B* 20 applices *V* 22 filium] fidelium *V*[1]*L* 23 pater *sup. lin. B*[1] 24 braciis *B* 26 lumine *V*[1]*T*[1] quoo||uorum *B*[1] 27 toniçis *BVL* exsuuntur *B* parare] ponere *b* 31 coepta] coepita *V*[1]*L* 33 pauescas *V* 35 mi] mihi *V*[1]*LCP*[1]

## XXIV (EPIST. 1, 19).

## ENNODIVS DEVTERIO.

1 Quam velim saepe officium visitationis omittere, si dulcem tribuit culpa mer-
cedem, et caelestis mandati sententiam sciens prudensque neglegere, si desideriis
copiam vindicanda conciliant! mihi uni contigit de offensionis merito evenisse quod
2 gaudeam. didici nunc tali remuneratione errata sectari. non sunt adversa, doctor
optime, amicitiarum religioni quae profero coactus in medium, immo propter con-
fessionem digna proposito. valitudinis tuae dubia numquam velut ingratus optavi; quin
etiam, quantum in me fuit, contra ingruentes tibi inaequalitates precum manus opposui.
3 sed ecce quam alacer sensus est, non in prospera membrorum salute fundata ostendit
pagina, in qua utraque luce fulsisti. tua, quaeso, lumina nube doloris hebetantur,
cuius tam clara sunt carmina? et qui lucem loqueris, de visione causaris? quam
timeo, ne parcus in meritis tuis laudator inveniar. tibi recte adscribitur cunctis dare
oculos et obscura mentium peregrino splendore radiare. ergo putas tibi validum non
4 esse quod tribuis? pelle, quaeso, animo curas superflua forsitan sollicitudine aut
cautione conceptas. dabit deus, ut quidquid corporalis adcessit incommodi, vice
animae tuae per sudum rutilantis nitore mundetur.

## XXV (EPIST. 1, 20).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Vere gratias trinitati, quam veneramur et colimus, deo nostro, quae sub per-
sonarum distinctione et aequalitate mirabili unam nos pie iussit sentire et adorare
substantiam, quae planctum nostrum vertit in gaudium, quae dolorum comites ad ob-
Hierem. 9, 1. sequium laetitiae lacrimas conmutavit, ut vere cum profeta dicam: 'quis dabit capiti
meo aquam et oculis meis fontem fletuum?' ut beneficiorum caelestium magnitudini
sub hac devotione respondeam: cui contigit ante accipere caelestia dona quam poscere,
2 et prius quid boni evenisset legere quam quid mali minarentur peccata sentire. tuum
est, dispensator omnipotens, quod de serenis pignoribus et futurae innocentiae here-
didate in illa, quae praecessit anxietate, non timui: qui reductae etiam statum valitu-
dinis quasi stupefactus accepi et in confusionis similitudine conlocatus, quae supra
meritum meum conlata sunt prospera evenisse vix credidi. vere supernae remunera-
tionis divitias humana mens nescit expendere. sic animo fragiles temperantur, ut prius
3 stationem videant quam periculorum incerta deprehendant. deus bone, in quo abrupto
pependimus tunc cum, potentiae caelestis ut plenum esset parvulorum in reducta
salute testimonium, plus est nostrum labefactata per meritum? dico integre et vocem
quam proposito debeo nulla mendacii nube concludo, confundi verba singultibus et
sub solida gratulatione uberioribus in fletum oculis saepe me respicere quod evasi.

---

[XXIV] 1 Deuterio Ennodius *Hartel* 2 uellim *B* 3 mandatis *B* prudens] pru *in lit. B* 5 remuratione *V* 7 digna] digna digna *B*, dignam *ceteri* 9 prospero *B* mẽ• brorum *B* (membrorum *B*[1]) 10 hebitantur *B* 11 loqueres *B*[1] 14 tribues *B* superflua *B*, superfluas *ceteri* sollitudine *B*[1] 15 conceptus *B* dabet *B*[1] quicquid *V* accessit *V* inconmodi *BVL*

[XXV] 17 Fausto Ennodius *Hartel* 18 quae] quam *B*[1] 21 propheta *V* dauit *B*[a] 28 conlata *B*, conlocata *VL*, collata *T*[2], collocata *rel.* 31 potentiae *B*, potentia *ceteri* 32 labefacta *B* 33 confundi *B*, confundo *ceteri* et] ut *b* 34 sub *sup. lin. V*[1]

ubinam gentium fuimus? de qua nos ad humanam conversationem ruina clementia
superna restituit? referamus ergo strictioribus verbis huius boni largitori, prolixis 4
gemitibus quod debemus; invitemus ad custodiam munerum suorum, quem in dubiis
tulisse probamus auxilium; rogemus eum, qui scit nempe servare quod praestitit et
virtutum suarum viva testimonia in longum producere. talia sunt mecum circa vos
venerandi vota collegii per totam Liguriam consistentium servorum et amicorum dei.
tali nititur domus sancta suffragio. preces pro serenis pignoribus sine cessatione fun- 5
duntur. verum me dicere testis est divinitas, quae quod ipsa est veritatem diligit,
omnibus, qui de vitae possunt innocentia et integritate confidere, vestram nimis amaram
esse maestitiam. sed nunc ad epistulae usum revertor. salve, mi domine, et gerulum 6
praesentium Bassum v. c. illa qua caros meos soletis dignatione suscipite, quia inter
omnes, quibus affectus est meam propter vos amicitiam custodire, quandam praedictus
arcem puritatis ascendit. iuvate ergo petitiones eius, ut fructum de inpensis capiens
ad potiora praeparetur.

## XXVI (CARM. 1, 7).

## PRAEFATIO FAVSTO.

Nisi didicissem quod serenitas conscientiae vestrae huius mali scabies abiuraret, 1
invisum mihi eloquii uber adstruerem. facessat a bonis actibus res amica perfidiae:
me tamen nocitum cautela vestra denuntio. suspendistis hactenus ab ingenioli mei
ariditate imbrem fructuum nutritorem. deus bone, quam peregrinas in me et ex vestri 2
oris divitiis adquisitas dicendi opes intellego! adiacet dictis locupletibus, quantum
sentio, rubiginosos lingua et sensu hebetes peritiae lima conponere. est vobis quoddam
cum hominum factore collegium. ille finxit ex nihilo, vos reparatis in melius. gratias
ergo refero de suscepto carmine, cum de dilato maeream benificio. ad Camenalem 3
tamen ignominiam, quibus numquam Gluvidinus deest, versus adieci et periturae, ut Iuvenal. 1, 18.
dictum est, chartae prodigus non peperci. legite iucunditatem motura poemata et
familiaris mali stupenda, ut aiunt, decora conprimite.

Fluminis in medio succendis viscera, Fauste,
  Cuius alit magnam carminis unda sitim.
Quis ferat ardorem laticum, flammasque fluentis
  Cognatas sicco sorbeat ore potans?
Fonte vaporiferum pariunt tua verba calorem.
  Aestuet unde iecur, pocula prospiciunt.
Ingenii quisquis festinus tendit ad amnem,
  Non putet ambiguum: sic bibit, ut sitiat.
Nobilis occultum condivit lymfa saporem,
  Conputat et damnum, si minus inde feram.

2 prolexis $B^1$ 4 seruare] seruire $V^a$ 5 langum $V^a$ 6 colligii *B* 7 nitetur *B* serenis] serenitas $V^1L^1$ 10 gerolum *B* 11 ·ūc· *BVL*, nunc *CPb* carus meus *B* soletis] solites $B^1$ suscepite $BV^a$

[XXVI] 16 scauies $B^1$, scabiem *Sirm.* 17 perfidie (ie *corr.*) *B* 19 areditate $B^1$ 20 intelligo *V* 21 rubiginosus *B* hebites *B* 22 colligium *B* reparates $B^1$ 23 ergo *BVL*, ego *rel.* beneficio *V* 24 tamen *B*, *om. ceteri* gluuidinus (gludiuinus *L*) *codices*, Cluuienus *(ex Iuven. I 80) Gronov. in observ. p. 404* uersos *B* 25 carthae *B*, cartae *V* 26 familiaris mali *Bb*, familiari (*om.* mali) *ceteri* stupenda] studenda $B^a$ *ut vid.* conpraemite *B* uersus *inscr. VLT* v. 4 cognatas *B*, cognatis *ceteri* v. 5 uaporeferum $B^1$ v. 6 aestuat *Sirm.* iecor *B* prospiunt $B^a$ v. 9 condibit *B* v. 10 conputet $B^a$ et dam *in lit. B*

Hor. carm. II 1, 12. Lubrica Cecropio confidens lingua coturno
  Nil iactet priscos nobilitate seni.
In veterum morem pangit nova carmina Faustus,
  Qui per membra suum desecat arte melos.
Doctus ad incudem verba infabricata referre,
  Quosque facit versus terque quaterque probat.
Aetas cana refert digitis animasse Myronem
  Quod fingebat opus vivificante manu.
Tu verbis faciem tribuis, modulamine membra.
  Quod natura deo, hoc tibi dant studia.
In vetulum dexter si vertas plectra cadaver,
  Primaevum facias aedificante lyra.
Si flores simules gelidi per plaustra Bootis,
  Mox Helicem vernis sibilat aura modis.
Ninguida lustra rosas, fundant tibi frigora mustum,
  Ferventi Pallas sidere dona ferat.
Verg. ecl. 1, 59. Piscis in aetherio quem portas vertice tranet:
  Si iubeas versu, marmora cervus amat.
Faucibus e mediis inpasto viscera praedam
  Ore potens tollas, quam tenet ore leo.
Iam scio Castalii quo me traxistis amores:
  Accedunt culpis munera vestra meis.

Verg. Aen. 6, 414. Sutilis ad tumidas rapitur mea cumba procellas,
Hibernos passura notos, quam navita pauper
Rimosam tenui fingens de cortice puppim
Conposuit nomenque dedit sine laude phaseli.
(Catull. carm. 4). Illa nec Aegeum pelagus nec litora Phrixi
Nec quaecumque valet trux aequora verrere fundo
Aeolus agnovit, placidos sed gurgitis alti
Praelegit bene cauta sinus, ubi serviat Auster,
Non ubi regna petat, quotiens ibi remige lento
Sibilat in tremula discurrens aura carina.
Lucan. 8, 177. Lintea nam summis dum crispant nexa cerucis,
Quae portant mortes praestant mihi flamina somnos.

Lucan. 3, 592. 596. Huc vertam puppim, certis mea carbasa ventis
  Commendans, cursus artis opisque meae.
Verg. Aen. 5, 177. Flecte viam velis clavumque ad litora, Phoebe:
  Anchora proscissum mordeat unca solum.

    Musa, dictorum caput optimorum,
    Herbidam fingens hederis coronam,

v. 11 cicropio *codices* v. 12 seni] senes *Pb*, sene *intellege* v. 14 menbra *B* v. 17 myronem *B*, maronem *ceteri* v. 19 menbra *B* v. 23 simulis *B* v. 24 elicem *codices* v. 29 uiscere *Sirm.* v. 30 potans *V*[a] v. 34 nauita] natiuita *B*[1] v. 36 phasili *BV*[1] v. 37 nec litora] nedictora *B*[1] v. 43 cirucis *codices, em. Sirm.* v. 44 somnus *B* v. 45 puppim] pippim *VL*[1]*C* v. 46 cursos *B* v. 47 littora *B*[1] foebe *BVL* v. 48 unca *CPb*, uda *BVL; cf. p. 6 v. 16 et Verg. Aen. I 169* v. 49 safficum *inscr. VLTCP* capud *B*[1]

Quam per exactos numeras poetas,
Necte capillos.
Sulcat inmensum pelagus carina, Verg. Aen. 5, 158. 10, 197
Nescit ad clavum manus apta ferri,
Quo vocat dextrum regimen per undas
Artis amicus.
Pergis ad Faustum, trutinam loquellae,
Ore qui vastum valet ut profundum,
Luce quem mundus veneratur ipsa
Dexteriorem.
Aurium libram tenet in Camenis.
Illius ferrum secat omne vulnus,
Quodquod internis latet in medullis
Carminis aegri.
Si meos velit modicos thyrambos
Mente, qua cunctum moderatur orbem,
Inter infantum triviale murmur
Pendere, laus est.

Lux mea, Fauste,
Spesque salusque,
Litterularum
Munera parva
Suscipe laetus.
Sic tua summus
Germina Christus
Lucida servet.
Porrige dextram
Numinis almi.
Grata Tonanti
Farra piorum.

## XXVII (CARM. 1, 8).

## PRAEFATIO.

Non ponit fistulam quotiens rusticum pecus agrestis pastor inspexerit. muta 1
nemora formidolosam solitudinem pariunt, et ubique metus est, quando nullus in solacium deserti sonus auditur. sed si aurarum sibilis arborum comae linguae speciem mentiantur et ridente frondium motu appellet hominem iucunda concussio, putabitur ambientibus latera coetibus interesse, nec aliquam aerumnam gemit, quem inter secreta sua ipsa natura quibuslibet elementis alloquitur. iuvat tunc exultationis comitem 2
fistulam labiis admovere et flatibus per testudinis rimosa dispersis quandam de spiritu

v. 51 exactus *B* numeras] muneras *Hartel* amicos *conicio* v. 57 loquillae *B*, loquelae *V* v. 58 ualit *B* v. 65 uelit *scripsi*, uellit *codices*, uellet *edit.* thyrambos *Sirm.*, tyrambus *BVL* v. 66 modoratur *B* v. 71 litterolarum *B* v. 72 mumera *B* v. 78 numinis *B*, nominis *ceteri*

[XXVII] 2 ponit] ponet *B*, canit *ceteri* festulam *B* [1], fistula *ceteri* 4 specem *sup. lin.* i *B* 5 appellit *B* 6 coetibus] coetitibus *V* [1] 7 elementis] aliis *b*, *om. Sirm.* iubat *B* exultationis *BLCb*, exulationis *V et Sirm.*, *quam lectionem haud scio an praeferas* 8 festulam *B*

Verg. ecl. 3, 50. et aura conponere rationem. tunc Palemonem suum rudens et infabricata lingua
conpellat, tunc numerat quantis servare caulas sit opus excubiis, tunc multiplices
luporum insidias quas acuit fames magistra suspirat, tunc in sermonem cadit quidquid
3 efflaverit: huius se solari, huius nititur mulcere collegio. cui talia agenti si quis
sermocinantem fidibus citharam doctus admoveat et loquacia fila inrisor urbanus ad-
portet, in ancipiti est quid eligat nuda simplicitas, dum lyrae tactus licet errantibus
4 digitis dulcem et qui animam frangat crepitum reddit: nefas tamen putat, si alieni
tractus lepore propositi avitam discat scientiam non amare, ut dum infrenis ambitus
rusticantis doctrinae terminum non metitur, superiorum affectu et ipsa se possibilia
intellegat perditurum, cum nescientem, quid valeat mapalium alumnus, ipsa paternae
5 institutionis mediocritas quasi externa contempnat. non aliter me, vir amplissime,
inter maxima curiae sidera conputande, iubar facundiae, ingeniorum flamma, splendor
eloquentiae, dictionum census, per nemorum invia ad instar pastoralis fistulae quae
viliter narrantur oblectant, metuentem citharam tuam, laudantem plectra, quae, ut
6 superius texui, agrestibus digitis meis urbanus adiungis. amove, quaeso, quam ad-
hibes ad invitandum me elucubrati sermonis inlecebram. absint, quibus etiam apud
peritos uteris, vincla conloquii. conpesce verborum digitos, quibus soletis renitentum
animas ad desideria vestra conpellere. liceat me aut silentio inscitiam tegere aut per
Verg. ecl. 3, 27. stridentem stipulam aliis triviale carmen adferre. vobiscum fabulari res est meriti
7 veteris et novae felicitatis. quod si mei inmemor ego temptavero, adeptus contra
utilitatem propriam solis currus, iuste subeo Phaethontis exemplum. de quo quia
sermo contigit et forma cautionis accessit, quid facto opus sit subiectum carmen ostendit.

ENNODIUS OLYBRIO.

Fama refert, veterum quae nescit perdere gesta,
Ovid. ars am. 1, 56 fast. 1, 284. Quae loquitur semper quidquid in orbe fuit:
Germina dum lucis Titan dispergit in axem
Et ditat mundum nobilibus radiis,
Uda vaporiferas cohibent dum lora quadrigas
Et nitidum gurges mittit ubique diem,
Verg. Aen. 12, 471. Undantes doctis manibus Sol flexit habenas,
Artificem dominum lux bene nota tulit.
Sed Phaethonteo postquam dare regna precatu
Non exploratis viribus instituit,
Degenerem primis rectorem motibus astrum
Sensit et excussis currere coepit equis.
Verg. Aen. 12, 115. Tunc totam sonipes lucem de naribus efflans
Non tenuit legis tempora certa suae.
In flammam cessit splendor, quod luminat ussit
Quodque animat terras exitium peperit.
Tunc et Hyperboreas dum frangit lampade crustas,
Epotis Tanais siccus abibat aquis.

---

1 rudens] ridens *B*1, rudis *b* 3 famis *B* cadet *B* quicquid *V* 5 apportet *V* 6 elegat *B* 7 reddet *B* 8 lepore] amore *Sirm.* propositi] positi *B* 11 contempnat *BVL*, condemnat *CPb* 14 cetharam *B*1 17 peritus (u *del. et* i *sup. scr. man.* 2) *B* uincula *b* renitentium *b* 19 tribiale *B* 21 faetontis *B*, foetontis *VL* 23 Ennodius Olybrio] uersus *add. VLP* v. 2 quicquid *V* v. 6 gurgis *B* v. 9 faetonteo *B*, foetonteo *VL* v. 10 exploratis] exemploratis *B* v. 17 franget *B* v. 18 epotis *Sirm.*, epotu *BVL*, et potu *TCPb* aquis *Sirm.*, equis *codices*

Cristallum fluxit, sed cursus fluminis arsit:
  Quod lapides solvit, nexuit Eridanum. —
Sic ego rhetoricum temptans transcurrere callem,
  Adgredior currus solis et inperium.
Nescio quid variis inpendam sideris horis,
  Nescio quid teneam: cuncta calor superat.
Curia te pollens teretem formavit ad unguem
  Et patribus iussit lumina ferre suis.
Tu Phoebum reddis: fumat tibi victima pinguis,
  Pro qua cessissent fulmine caelicolae.
At mihi vix illud transmittunt pauperes horti Sedul. I praef. 15.
  Rubra quod acceptum testa refutat holus. Anth. lat. 492, 8 (R).
Sum, fateor, cuius destillent verba relatu,
  Quae maciem monstrent pauperis ingenii.
Carmina nulla cano, nec me modulante Camenas
  Mansurum dabitur pollicis ore sophos.
Quidquid Apollineo loquebamur pectine, cessi
  Oblitus linguae, quam mihi fila dabant.
Rustica per teneras errat mihi dextera cordas,
  Confringunt dulces barbara plectra modos.
A quotiens vitreis Helicon mihi fluxit in herbis
  Adridens labiis quae facit unda sitim!
A quotiens hederis redimitus tempora duxi
  Aonium mulcens carmine concilium!
At nunc per silvas, inter spelaea ferarum Verg. ecl. 10, 52.
  Agrestem certus ducere militiam,
Grandia per validos commendo semina sulcos, ib. 5, 36.
  Ut germen vitae destituant lolia,
Lactea ne mentem denudent verba solutam,
  Et dictis mollis dicar et ingenio.
Non mihi per campos discurrat lingua patentes
  Mascula nec lituis dicta feram gravibus,
Ne mea grandisono flammentur corda coturno
  Et tumidus scriptis moribus esse puter.
Qui mihi tunc portus? famam petit undique lector.
  Sed stabilis pudor est, si taceam, proprius.
Tu caelum teneas, me terris linque quietum,
  Qui solum novi, quod bene nil didici.

---

v. 21 ego] ergo *B*[1] retoricum *B*, rethoricum *ceteri* v. 23 horis *scripsi*, oris *libri* v. 24 calor • (*eras.* i) *B* v. 26 suis] tuis *Sirm.* v. 27 reddes *B* v. 28 fulmina *coni. Hartel* v. 29 pauperes *Sirm.*, pauperis *libri* v. 30 refutat] refundat *Hartel* v. 31 distillent *b* v. 34 sophos *b*, sofus *BVL* v. 35 quicquid *V* v. 37 dextera cor *in lit. B* v. 39 a] ah *b* Helicon mihi] Heliconis *Hartel*, fluxit *hic active dici* (= effudit) *non animadvertens* v. 40 arridens *V* sitem *B* v. 41 a *om. B*, ah *b* dixi *B* v. 43 at] ad *B* v. 51 cuturno *B* v. 52 tum̄idos scribtis *B* v. 56 dedici *B*

## XXVIII (EPIST. 1, 21).

### ENNODIVS FAVSTO.

1 Diu super adventu amplitudinis vestrae ancipiti mens mea pependit indicio.
sed postquam me divina misericordia ab huiusmodi anxietate laxavit, statim ad officia
consueta me contuli, quamquam paginarum obsequia nec digresso ad longinqua sub-
presserim. his ergo valitudinem meam indicans aegritudinem animi resero, quam de
maerore contraxi. de luminum nostrorum salute sollicitor, in eo loci constitutus, ad
2 quem difficile nuntius expectatus adlabitur. quod in solacio est, deum precor, ut
nulla servum suum patiatur amplius cura macerari, sed de reducta eorum in solidum
prosperitate aestibus meis celeri medella subveniat. salutans debita servitute precor,
ut cognitis his, de quibus animus meus varia aestimatione iactatur, sedulo mihi hila-
ritatem deferentium litterarum beneficio succurratis.

## XXIX (EPIST. 1, 22).

### ENNODIVS OPILIONI.

1 Coeperat parvitatem meam magnitudo vestra spe, quae vota transiret, dignationis
adtollere et caelestis instituti more clariora facere beneficia sua, dum mea merita
nulla iudicii lance pensabat, vel censurae neglegens dare pretium muneribus, quae
esse monstrabat indebita, quoniam affectio, quae circa humiles exhibetur, non habet
2 necessitatem et speciem suam per sudum rutilanti splendore significat. diu ergo tali
fultus post deum praesumptione non timui quidquid obloquentium toxica promittebant.
ast ubi me ad antiquum pulverem vestri reduxit oblivio, quod in solacio solet nudatis
defensore contingere, quasi querellarum perlatrices litteras prorogavi, promittens mihi
de earum inportunitate responsum. sed per occupationum forsitan amplitudo vestra
praepedientium incrementa significet ad haec vos officia non venire. replicabo, quia
3 idem status fuit culminis vestri dudum paginas destinantis. ad morem tamen scriptionis
epistulariae me reduco, ne addat prolixitas ingesta fastidium et denegari paginas faciat
magis allegatio quae poposcit. domine mi, salutationis obsequium solvo et de vali-
tudine vestra ut animo obligatus interrogo, cupiens relationis indicio ad gemina
desideria pervenire.

## XXX (EPIST. 1, 23).

### ENNODIVS SENARIO.

1 Perdit affectio valitudinem silentii debilitata torpore nec ad usum suum dili-
gentiae cursus exuberat, si nudetur communione conloquii. muta caritas pene reprae-

---

[XXVIII] 1 Fausto Ennodius *Hartel* 4 consueta officia *Sirm.* quanquam *V* 5 resero] sero $B^{a}$, refero *b* 7 allabitur *V* 8 eorum *B*, meorum *ceteri* 9 medilla *B*, medela *V*

[XXIX] 12 Opilioni Ennodius *Hartel* 14 attollere *V* 16 humilis $B^{a}$ exhibitur *B* 18 quicquid *V* 19 solet] debet *Sirm.* 20 querelarum *V* 21 occupationem $B^{1}$ 22 significet *B*, significat *ceteri* 23 scribtionis *B* 24 epistolariae (o *ex* u) *V* 25 mi] mihi *BVL* 26 oblegatus *B*

sentat speciem non amantis, et odiorum simulacrum est non aperire quod diligas
contestatione sermonis. ista sublimitati tuae coram positus intimavi, cum ad solacium
absentiae meae litteras promittebas. at nunc quae animum vestrum mei invasit 2
oblivio, ut nullas per tanta temporum spatia, quae bonam valitudinem vestram signi-
ficarent, litteras suscepissem? ne de amoris credo testimonio animorum indices epistulas
convenirem. inreligiosum ergo circa amantem tui in meliorem partem verte propositum
et ad memoriam promissae fidei scripta transmitte. domine mi, salutationis debita 3
solvens precor, ut si vos in antiquae circa me dignationis statu pagina directa
reppererit, responsa mereatur, quia puto inter nos gemina vincula disrumpi non posse
caritatis et sanguinis.

## XXXI (EPIST. 1, 24).

## ENNODIVS ASTVRIO.

Quae, malum, ratio est, ut ita sis parcus in gratia, prodigus in querella et 1
exigas frequentiam litterarum quam ipse non tribuis, viperinis oculis illud quod alter
delinquit inspiciens, tuas culpas nulla falce resecando? anni plures sunt, ex quo
Alpibus vicinam habitationem delegisti, senator et doctus, ubi tibi, dum pruinosa
respicis iuga, adparuit inauspicata nix capitis, ubi etiam glande te vesci scriptione
signasti. cuius rei fidem litterarum tuarum decora fecerunt, cum cibi huius significantia
in ructu turgidi pectoris et Alpini sermonis adparuit. miror tamen, quod inter loci 2
illius frenata glacie flumina et sine successione frigus iecoris tui flamma plus aestuat
nec aliquam sortitur pectus de mansione temperiem. aetas deferviscit in senium; est
domus quae lymfas in metalla convertat et contra naturam gurgitibus sua lege domine-
tur: tu tamen inter ista sic vivere diceris, quasi ignis tuus algoris pabulis inritetur.
ego te ore parentis stimulo, quia tibi et proposito meo vocem debeo castigantis. 3
vestrum est post haec, si eligitis litteras meas frequenter accipere, de admonitione
gratulari. ego autem praeter ista cum honore salutati quae scribere possim in illa
carnis quam tu diligis illuvie viventibus non inveni.

## XXXII (EPIST. 1, 25).

## ENNODIVS OLYBRIO ET EVGENETI.

Desiderio paginarum vestrarum facta est mihi prodiga frons pudoris, et dum 1
tabella promittit promulgata responsum, intra verecundum penetrale annosam continere
nescit infantiam. deberem quidem sanguini et proposito silentii venustatem, postquam
spei meae fructum prima negavere conloquia. sed nescio utrum male pertinax iudicetur
intentio, quae sine alterius dispendiis sollicite per amorem experientiae pericla mul-
tiplicat. valete ergo, mi domini, et ad scriptionis mecum remeate concordiam, ne 2

---

1 simolacrum *B* 3 at] ad *B* 7 scribta *B* mi] mihi *BVL* 8 statu] statum *BVLT* 9 repperit *B*

[XXXI] 12 malum] mali *B, cf. p. 6, 4* querela *V* et *om. B* 13 frequentia *B* tribues *B* illut *B* 14 delinquid *B*, deliquit *b* 15 uici • nam (*eras.* n?) *B* deligisti *B* proinosa respices *B* 16 apparuit *V* inauspicat *sup. lin.* a *B* 18 apparuit *V* 19 tui iecoris *CPb* 20 deferuescit *V* 21 convertit — dominatur *Sirm.* 22 tuos *B* irritetur *V* 23 ore] oro *b* debeo vocem *Sirm.* 24 elegitis *B* frequenter *om. CPb* 25 possem *malim* 26 diliges *B* illuvie *scripsi*, ellubie *BTOPb*, ellubiae *VL*, eluvie *Schott*

[XXXII] 29 tabella] tabula *Sirm.* penitrale *B* 31 colloquia *V* 32 sollicitae *b* pericula *b* 33 ergo *B, om. ceteri* mi] mei *b* domine $V^1 TP^1$ scribtionis *B*

contra evangelii faciatis monita, si et inportunitati denegetis quod iuste forsitan inpetrasset affectio.

## XXXIII (EPIST. 1, 26).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Votis et desideriis satisfacit pagina, quae apud amantem vestri necessitatibus
alienis praestat obsequium. quam vellem, si propositum non vetaret, multorum saepe
quieta titubare, ut dum dubiis vocem tribuo, debitum obnixae caritatis exsolvam!
2 domini mei, patris vestri, iussionibus inpendo praesentis scriptionis officium, cuius
animus dum omnium securitati providet, suam quietem sub hac intentione contempnit,
qui dum mala Ligurum post Mauricelli obitum nondum videt occidisse, confunditur.
recidivis enim provincia nostra, quasi praefatum sepulchra non teneant, laborat insidiis.
advocationem fisci dum aliqui per iniquos homines nituntur obtinere, ante votorum
3 copiam quid in ea meditentur ostendunt. ego quidem deliberationem magnitudinis
vestrae de bono publico non celavi, adserens vos praefatam dignitatem nulli vobiscum
deo adnitente conmittere. sed anxietas provincialium totum credit posse evenire quod
metuit. hanc a domno meo episcopo allegationis suscepi provinciam, ut conscientiam
vestram obsequio paginae convenirem, ne cuius subreptio ad huius rei perducatur
4 effectum. vos fidissimam pollicitationem solliciti custodite integritate propositi. ego
salutationis officia dependens quae susceperam alleganda testatus sum. spero tamen
ut quid de ea parte deliberatum sit instruar officio litterarum.

## XXXIV (EPIST. 2, 1).

## ENNODIVS ARMENIO CONSOLATORIAM.

1 Diu, frater carissime, festinante voto consolatoriam ad te paginam non emisi,
ne putarer vel mihi subducere fletus, dum verba conpono, et in lamentationis dis-
pendiis facere de gemitibus decora sermonum et debitum planctum per loquellae
schemata dissipare, cum contra amicitiarum religionem et consanguinitatis vincula
secretum conscientiae patiscat hostilis, si cum possis dupliciter defunctum flere, non
facias, id est, si oculorum ministerio nequaquam iungas oris officium. ubi dum lumina
2 stimulis acta doloris inlacrimant, feriata sint verba plangentis? sed ego, hominum sin-
cerissime, qui tristitiae tuae obsequium in omni debeo parte qua valeo, maerorem
meum, in quo tibi comes sum, volui scriptione testari, ne in una aetate effusarum
interciperetur memoria lacrimarum vel aestimaret posteritas me in fili tui morte hoc
solum debuisse quod solvi, habens in hac via venerandorum exempla pontificum,
3 quorum imitatione nobilitantur quos in umbram merita concluserunt. Ambrosius noster
decedentem germanum teste afflictionis suae libello prosecutus est. quem cum recenset

1 euuangelii *B* quod] quid *B* forsitam *B*

[XXXIII] 4 satisfaciat $V^1$ $L^1$ *TCPb* 6 titubare] turbare *CPb*, *cf. LXXI 1 LXXV 1* dibitum *B* obnixae] obnoxae *B*, obnoxiae *coni. Hartel; at oppositum est* dubiis 7 scribtionis *B* 8 prouidit *B* quietem] quietam *VT*, quiet∗am (*eras.* i) *L* 9 videt *scripsi*, uidit *libri* 14 euenire posse *CPb* 18 susciperam *BVL*

[XXXIV] 21 misi *b* 22 fletus] flemtus $B^1$ 23 et *ante* debitum *om. B* loquelae *V* 25 patescat *V* si cum ..... facias *intra lineas suppl. B* defuntum *sup. lin.* c *B* 27 stimolis *B* sunt *Sirm.* sincirissime *B* 28 qua *B*, quod *ceteri* 29 comis *B* scribtione *B* 30 fili *B*, filii *ceteri* 32 nobilietantur *B* 33 prosecutus est quem meminit $B^1$, quem meminit *delevit et* quem cum recensit ..... m∗eminit *sup. lin. supplevit* $B^2$ ($B^b$?)

secuta proles, et scriptoris bene meminit et in Satyri fratris eius obitu lamenta coniungit, quia eius provisione contigit recentem dolorem ostentare, dum loquitur, et ante legentum oculos semper exhalantia spiritum iam diu defuncti membra monstrare nec umquam pati veteriscere relationis fide funus, quod anni potuerunt sepelire transacti.
his ita se habentibus oculorum flumina refrena et animum, si placet, ad eius verba 4
converte, qui tibi flens consolator occurrit. amisisse te filium pene unicum et bonae indolis, quod patria non nimis requirit affectio, provinciae ululatus ostendit, cum ad
solacium gemituum tuorum suos iungens quid de eo senserit testatur universitas. tu 5
tamen inter ista quasi specialis mali pressus onere concluderis, nesciens temperandum quod per multorum dispersum corda commune est. quare ergo propriam aestimes anxietatem, quam suam per affectum tuum fecere quam plurimi? tecum, ut de cognata gente taceam, Gothus adfligitur, et tu adhuc quasi solus propriis aestibus subiacens inclinaris? instruant te, quaeso, veterum ornamenta morum et a maeroris ad bonam
valitudinem intentione restituant. Abraham unicum filium morti quasi pius pater, 6
quod maius est, laetus exhibuit et ad necem filii mucronem genitor misericors praeparavit. tu translatum caelesti iudicio quasi orbatus inquiris et, quem non obtulisse sacrilegium fuit, hunc oneras fletibus evocatum. in qua causa Daviticum tibi occurrat exemplum, qui feretrum fili ovans et deo referens gratias antecessit, quod dignatio
superna de venerandi profetae semine quem forte muneraretur acciverat. tu si eius 7
aemulator non prorumpis in gaudium, certe tempera sub aliqua praedicti imitatione maestitiam. replicabis forsitan, vix ista aegris animo posse suaderi et in gravi tribulatione locum non habere consilia, orbatum non respicere quidquid hortatur ad vitam, unicum desolatos habere in evocanda morte subsidium. his addas, quod frugi sobolem et quae teneram aetatem vinceret morum modestia perdidisti, allegans iuvenem tuum inmaturos annos, qui peccatis amici sunt, glorioso fine clausisse et in aetatis naufragio
ab eo de portu animae fuisse tractatum. quibus ego dolorum tuorum fomentis licet 8
maestus opponam: minus peccavit, quod inmaturus abruptus est; iunxit ad vitam perpetuam melioris saeculi quod in ista servavit; paenitentia, quam eum egisse loqueris, etsi in ipso non invenisset quod dilueret, invenerat quod ornaret, quae quotiens in-
nocentibus datur, coronam pro humilitatis affectione conciliet. ad haec respondeas: 9
quo me vertam, frater, qui praeter lacrimas in praesenti luce nil habeo? adiciam, dei proximitatem invenire posse hominem, qui de hominum non laetatur; in loco filii
succedere posse conscientiam, quae sanctos eius heredes inveniat. non unam ergo 10
viam, si audire digneris, vitae melioris ostendam, licet tua non egeat monitore perfectio nec magistro opus sit ei, quem fecerunt actuum suorum emendationes et honestamenta conspicuum, nisi tantum ut adhortationis, quam consilio tuo et prudentiae debes, fidem diligenter expendas et ad caelestium munerum affectum te revoces, unde vitales auras et accipimus et amamus; et gratum nobis fit beneficium, cuius colimus
et veneramur auctorem. ista sunt, quae brevi sermone dolens magna contexui, ruptam 11
singultibus contestationem pro stili ubertate dirigens, dum muto lamenta conloquiis.

1 opitula | menta (p *ex* b *corr.*) *B* coniunget *B* 3 legentium *CPb* 4 ueterescere *V* 6 qui] quia *B* amississe *VL* et bonae ....... prouinc *in litura B* 7 indoles *B* non nimis *BVT*, nominis *L (corr. in mg. man. 2)*, *C*[2] *Pb*, non minus *Sirm.* requiret *B* 8 senserit *B*, censeret *ceteri* 9 onere *propos. Hartel (cf. p. 39, 12)*, nece *libri* 10 aestimis *B* 11 fecere] facere *B*[1] 12 gotus *codices* affligitur *V* 13 instruante q. *B*[a] *L* morum *scripsi (cf. CCCXXII 2)*, maiorum *libri* 16 inquires *B* obtullisse *B*[1] 18 fili *B*, filii *ceteri* quod] quid *B*[a] 21 replicabis] replicaei is *B* 22 consilium *B*[a] quicquid *V* 24 quae] qua *b* alligans *B* 28 paenitentiam *codices* 29 etsi] si *CPb*, etiamsi *Sirm.* 30 conciliet *BT*, conciliat *ceteri* 31 nil] nihil *b*, *eras. in L* 32 hominum] homine *CP*[2]*b* 37 debis *B* reuocis *B* 38 uitalis *B* fit] sit *CPb* colemus *B*

## XXXV (EPIST. 2, 2).

## ENNODIVS SPECIOSAE.

1 Silentium meum dolor exigit, qui passus est crescere, dum de vindicta cogitat,
dispendia caritatis. quid enim fieri potuit, nisi ut tacendo vicem restituerem litteras
deneganti, ut contemptus circa me, qui per abstinentiam venerandi sermonis innotuit,
dum subduco conloquia, pari mucrone feriretur? dicas forsitan, vindictam inimicam
esse proposito. sed omnia errata ita conputo quasi legis obsequium, in quibus vos
2 esse contingit auctores. quisquamne culpam putet facere quod fecisti, et plectendum
iudicio divino censeat, quod a te processisse cognoscat? aequo ergo animo sustine
quod deliqui: dum in ea re praecedis, lux ecclesiae, ipsa voluisti. ego servo animum,
quem promisi, ut in universis, si mereor, aemulator existam; cuius rei fidem, dum
3 tacentibus vobis taceo et quod loquentibus loquor, ostendi. ad scriptionis ergo
officium, postquam iussus sum, me reduxi, qui hactenus intra verecundum penetrale
quae non amabantur verba continui, simili in paginis pariturus obsequio. salve, mi
domina, bonae splendor sine nube conscientiae, et ad exemplum sanctae conversationis
in longum producere et mei, si mereor, meminisse dignare, epistulari dans veniam
brevitati, quam in angustum artavit festinatio portitoris.

## XXXVI (EPIST. 2, 3).

## ENNODIVS SPECIOSAE.

1 Quanto deprimuntur peccatores suorum fasce factorum, quibus ab oculis tollitur
quidquid offertur, et ne in oblivionem desideria mittantur, vicinum fit nec contingi
licet omne quod cupiunt! ad Ticinensem urbem votivam susceperam necessitatem et
molesti itineris universa transieram, existimans hoc sacerdotem credere suis imperiis
inpendi, quod meo militabat affectui, cum subito circa metas votorum summo labore
2 petitus iam de area fructus effugit. pro dolor, qui me de epistolari alloquio ad tra-
goediam vocas! muros venerandae post religionis loca propter te civitatis aspexeram,
iam grati parabam verba conloquii — vereor dicere quod remansit, ne loquendo cogar
denuo sustinere transacta. inlustrem virum Erdui, quem me tu, ecclesiae decus,
3 desiderare feceras, inprovisus oculis casus ingessit. ibi comites mei videre quid
peterem, ibi animi mei aestus innotuit, quem ante sub praedictae claudebam umbra
personae. nescivi occultare per caritatis tormenta quod volui nec fucis aliquibus
colorare conscientiam. maerentem me ad domum reduxit, qui prolixioris itineris
4 causas incidit. fatigationis meae, fateor, conpendia non amavi. ecce contestationem
diligentiae meae et mentis adserui. vestrum est, si vera dixerim, vos interrogare et
animum meum affectionis vestrae aestimatione cognoscere. domina mi, saluto et
deprecor, ut libens per praesentium portitorem suggerenda cognoscas.

---

[XXXV] 2 exegit *malim* 7 auctoris *B* 8 cognoscatur *CPb* 9 ea in re *b* ego] ergo $V^1 L^1$ 11 ostendi *scripsi*, ostendit *libri* 12 iussus] uisus $P^2 b$ 16 in *om.* *VL* angustom $B^1$

[XXXVI] 18 depremuntur *B* tolletur *B* 19 quicquid *V* contigi $B^a$ 20 susciperam *B* 21 uniuersi $V^1 LCPb$ existimans] aestimans *malim cum Sirm.* sacerdotum $B^a$ 22 circa] contra *b* 23 tragoediam] traquidiam *B* 26 erdui *codices*, Erduic *Sirm.* tua ecclesiae *B* 28 mei *om.* *B* 30 prolexioris *B* 31 conpedia $B^a$ 33 mi] mihi $BVLT^1 P$

## XXXVII (EPIST. 2, 4).

## ENNODIVS OLYBRIO.

Nulli dubium est inter prudentes sacrae fidem promissionis inpleri et amicitiam, 1
quae fertilibus est maritata fomitibus, fructuum nobilitate gaudere. ego conscientiam
vestram appello iam statutis fidelibus obligatam, ego tamquam de bonae arboris
reditu, ita de caritate mutua idoneus carpo poma possessor. nulla partium in aucupio
discessionis quod fieri voluit neget inpletum. apud deum votis aut supplicium debetur 2
aut praemium. ego in me religiosi, in vobis nobilissimi consideratione propositi ad
effectum inter nos concordiae aestimo pervenisse quae coepta sunt, nec adulescentibus
gratiae et in novam lucem erumpentibus frugibus verborum potui negare commercium,
cum culpa dignus sit qui in vicinitate positus noluit primus incipere. in hac ergo 3
parte pudoris volens vitare dispendium nolo evadere opinionem temerarii, dummodo
ad affectum me ostendam pervenisse perfecti. oportunissimum portitorem sarcina
inperiti sermonis oneravi affectu delinquens, per quem qui peccaverit et veniam
meretur et gratiam. rogo ergo salutationis effusissimae debitum solvens, ut, si me 4
cordi habetis, de uberrimi ostendatis directione conloquii, quia sicut amoris elocutor
et copiosus adsertor es, ita nescis alicui blanda verborum fucatione deludere.

## XXXVIII (EPIST. 2, 5).

## ENNODIVS LACONIO.

Numquam inter amantes silentio bene multatur offensa. gravius inventorem 1
percutit vindictae novitas quam errantem. nefas est pro emendatione culparum culpas
adhiberi, dum studio curationis qui medetur aegrescit. volui taciturnitatem quam
circa me hactenus mei inmemores servastis imitari, sed homo lenis animorum fortium
non potui aequare contemptum. victus sum naturae fragilitate, confiteor, et quod 2
vos credo conputare inter vitia, plus amando stili abstinentiam effusa loquacitate
pensavi et longi dolorem silentii sermonis ubertate conposui: expectans quidem a
vobis praevium munus in litteris, sed non volui mihi ipse, dum diu taceo, negare
responsum, aestimans, quod loquendi formam dare nisi loquendo non possem. proinde, 3
domine mi, salutationis debendae obsequium solvens perlatorem praesentium ad vos
specialiter destinatum solita dignatione suscipite et sublatum de consuetudine scribendi
usum reparate, ne in damnum gratiae parcitas contingat ista verborum.

## XXXIX (EPIST. 2, 6).

## ENNODIVS POMERIO.

Quousque tantum licebit absentiae? quousque fama nobilis epistularibus destituta 1
conmerciis veterescet? nolo evadere opinionem temerarii, dummodo ad notitiam possim

---

[XXXVII] 3 fomitibus] formitilibus *B* 4 obligata *B*, oblegatam *VLT* 8 aduliscentibus *B* 11 dispendiam *B* 12 affectum] effectum *B V*[1] *CPb* 15 colloquii *V* 16 cupiosus *B* nescit *B* verborum] sermonum *CPb* diludere *B*

[XXXVIII] 19 promendatione *B*[a] 20 midetur *B*[1] *V*[1] egriscit *B* 21 lenes *B*, leuis *b* 23 conpotare *B* 25 non uolui *B*, nolui *ceteri* 27 mi] mihi *BVL* 28 distinatum *B* 29 contigat *B* berborum *B*[a]

[XXXIX] 31 absentiae] abstinentiae *B falso, cf. CLXXIII 1 CCCLVII 1* distituta *B* 32 ueterescit *B*

pervenire perfecti. volo esse paginarum praevius destinator, ut Galliarum bona ad Italiam migrent sine ullo formae suae translata dispendio. an forsitan putabas te in quocumque loci delitiscere, quem scientiae lux longe positorum monstrabat aspectui?
2 et nisi me in laudibus tuis domestica quidem relatio, sed per inperitiam sui pauper angustet et amplissima meritorum tuorum praeconia relatoris artet exilitas: utriusque bybliothecae fibula, perfectionis ex gemino latere venientis partes maximas momordisti, procurando ut tali ingenium tuum saturitate pinguisceret. taceo summa in ecclesiam caelestis conlatum beneficii et dotibus sine humano adiutorio supernis instructum. recte enim hoc aestimatur venire de superis, quod inter homines nullo constat exemplo.
3 sed haec melius secuturis vita comite censeo reservanda temporibus. ad illud venio, in quo me seiunctissimus instruxisti. quantum habuit praesentium portitoris sancti Felicis adsertio, in epistulis meis sine cura dictatis Romanam aequalitatem et Latiaris undae venam alumnus Rhodani perquirebas. sollicitus credo scrutator et diligens quid
4 lima poliret invenit, dum per infabricata verba discurreret. nescimus qua quid mente homo legerit quod hac profert deliberatione sententiam? maxime cum scriptum sit

Claudian. in Alet. (74) 13 s.

> ipse parens vatum, princeps Heliconis, Homerus
> iudicis excepit tela severa notae.

ergo etsi indigenas et inter studiorum suorum palestra versatos fulcit latinitas, mirum dictu, quod amat extraneos. periclum facere de eloquentiae pompa non debeo nec
5 praesumo qualiter quis valeat experiri, cum professionem meam simplici sufficiat studere doctrinae. si me tamen quondam studiorum liberalium adhuc novitate gaudentem aliquis tali dente tetigisset, parassem vel quod ad excusationem esset idoneum
6 vel quod non puderet obiectum. nunc vale, mi domine, et circa me ecclesiasticae magis disciplinae exerce fautorem. scribe vel manda, Melchisedech parentes quos habuerit, explanationem arcae, circumcisionis secretum et quae profeticis mysteriis includuntur. ista quae sunt saecularium schemata respuantur, caducis intenta persuasionibus, telae similia Penelopeae.

## XL (EPIST. 2, 7).

## ENNODIVS FIRMINO.

1 Exigat licet amor quod non potest implere perfectio et inpetret caritas, ut per loquellae audaciam quae ornare poterat pereat spes tacendi, maxime cum sit dicendi,
Cic. de or. I 24, 112. ut Tullius refert, nisi cum necessaria nimis inepta condicio: sed inter narrationum vias et itinera aperienda falce doctrinae teneri nescius virium consideratione regnat
2 adfectus. inperatoris loco dominatur semel penetralibus cordis infixa dilectio, credens

---

3 dilitiscire *B* 5 angustit *B*[1] relatoris *B*, perlatoris *ceteri* 6 bybliothecae (y *in lit.*) *V* partis *B*[1] 7 pinguesceret *V* summa in *scripsi*, summam *libri* ecclesiam *B*, *om. ceteri* 8 conlatum *scripsi non sine dubitatione*, conlatam *libri* 10 hae *sup. lin.* c *V*, hac *L* 12 felices *B* 13 rodani *codices* 14 infabicata *B*[a] qua quid *T*[2], quia quid *VLT*[1]*CP*, quia quid qua *Bb recte fort. et* quod *delendum* 15 diliberatione *B* scribtum *B* 16 Homerus] umerus *B* 17 excepit] excipi (t *sup. scr.*) *B* 18 ergo *Iuret. misc. ad Symm. p. 246*, rogo *libri* indigenis *Hartel* uersatus *BV*[1], uersatis *L et Hartel* fulcit *scripsi*, fulgit *BV*, fulit *L*, fulget *rel.* 19 quod *BC*, //quod// (uel si *man. 2 sup. lin.*) *V*, uel si *L*, quod si *T*, quid *Pb* 20 professiomem *B*[1] 21 novitate] nobilitate *Sirm.* 24 fautorem *BV*[1], fauorem *V*[2]*LT*, fouerem *CP* manda] mandata *V*[1] melcisedech *B* 25 archae *B* 26 scaemata *B* 27 Penelopeae *scripsi*, ponaelopaei *B*, poenaelopae *V*, poenelopae *L*, penelope *TCP*

[XL] 28 Firmino] m *exp.* *B* 30 loquelae *V* 32 itenera *B* doctrina et enere *B*[a] 33 affectus *V* dominator *B* penetrabilibus *VL*

quod non de verborum pondere vel pompa capiatur, qui de absentis propinqui est salute sollicitus, nec aestimat nasci posse offensam de gratia, hoc ad laetitiam satis esse coniciens, si optatam nuntiet epistula sospitatem. sed vos, quos libra peritiae in 3
eloquii lance pensavit, quibus ubertas linguae, castigatus sermo, Latiaris ductus, quadrata constat elocutio, quaeritis nimirum in aliis quod exercetis, quaeritis quod amatis. nos ab scolarum gymnasiis sequestrati, arentis ingenii guttis quaedam oceani fluenta provocamus, quasi lychnis contra solis radios pugnaturi. mei macies longe se 4
monstrat studii et, nisi excusetur pietate garrulitas, dispendium proprii pudoris est quod amavi. vena quidem linguae a generis fonte trahitur et fervore genuino solet fetura nobilis incitari: ego mea sum inpar prosapia, me dotibus vestris quasi peregrinum scientiae plenitudo non tetigit, ego vos tantum laudare magis quam imitari valeo. et quamvis necdum in me ad florem venerit matura facundia et pressus onere 5
gratiae solvendi deserar facultate, committo tamen cumbam tenuem placido mari, quia parum ab ingratitudine differt muta gratulatio. unde nascitur quaeso, ut prospera quae de vobis perlatoris relatione cognovi, inter caelestia mihi beneficia conputentur. et 6
quamvis reddere deberem sermonis officia, sed quia portitorum neglegentia fecit ut directae a vobis aut retinerentur aut perderentur epistulae: ego tamen verecundiam meam in statione degentem ad incerta deduxi et totum me legendum sapori vestro conmitto. salve, mi domine, et amantem vestri frequentibus colite muniis litterarum, circa quae studia pigrum esse nec diligentem convenit nec facundum.

## XLI (EPIST. 2, 8).

## ENNODIVS APOLLINARI.

Pro voto militant desideriis propriis necessitates alienae, dum in gaudium 1
nostrum aliquorum precibus exhibemus obsequium. quis non pretio propter se quaereret, quod alteri sub hac occasione praestatur? debent mihi nunc perlatores praesentium debita mea et non solum me ad solutionem non pertrahunt, sed se fatentur obnoxios. non est incuriae quod raro a me scripta prorogantur: similia frequenter, ut nunc repperi, bona se subtrahunt. inveniant ergo huius benificii fructum, si me 2
diligitis, portitores, qui sicut a me ea, quae erant obferenda, exegerunt, ita ad vos, ut opinor, de scriptionis conmercio optata perducunt. domine mi, salutationis obsequia restituens deum precor, ut haec vobis in bona constitutis valitudine porrigantur et reddatur ilico pagina, quae meam quaerat, vestram nuntiet sospitatem.

---

2 aestimat *scripsi* ex | timat//nasci (nas *in lit.*) posse offensam *B*, existimat quod nasci possit offensa *ceteri* 4 pensauit *Hartel*, pensabit *libri* (pensabat *V*[1]) sermo *in lit. V* 5 elucutio *B* quaeretis *B* 6 gemna • | siis (*eras.* s) *B* gottis *B* ocheani *B* 7 lychnis *Sirm.*, lygnis *BVL*, lignis *rel.* radius *B* 8 podoris *B*[1] 9 fonte] fonae *B*[1] 11 scientiae scientiae *B*[1] 12 necdum] nondum *b* 13 deser • ar *B* cymbam *V* 14 quaeso *Hartel*, quae *BVL*, quod *T*[2], *om. CPb; graviorem corruptelam hic subesse apparet* 15 conputatur *VL*, conpotatur *B*, computantur *TCPb*, conputentur *Sirm.* 16 deberem reddere *Sirm.* officia *B*, officium *ceteri* quia *delendum fort.* negligentia *B* 19 colete *BV*[1] 20 conuenet *B*[1]

[XLI] 21 apollonari *VLTC* 22 militat *V*[1] neccessitates *B* 23 alicorum *B* preti *sup. lin.* o *B* 25 pertraunt *sup. lin.* h *B* 26 scribta *B* 27 subtraunt *sup. lin.* h *B* beneficii *V* 28 diligetis *B*[1] offerenda *V* 29 mi] mihi *BVL* 30 constitutis *B*, *om. ceteri* ualitudinis *V*[1] porregantur *B*

## XLII (EPIST. 2, 9).

## ENNODIVS OLYBRIO.

1 Vix aliquando mihi ea quae diu cupita sunt ex sententia successerunt, ut sitim,
quam ex litterarum vestrarum ardore conceperam, eloquentiae divitis unda satiaret et
aestus, quos expectatio longa geminaverat, adridentia labiis fluenta restinguerent. sed
cur me ad votorum adseram summam fuisse perductum, cui maius nascitur de in-
2 petratione desiderium, dum de sermonum vestrorum flumine pectus ardescit? ostenditur
mihi liquido quam sit rerum nescia mens humana, quae dum pretium propriae am-
bitionis intellegit, adsuescit plus amare ad quod tarde pervenit, et dum abundat in
praesentia quod laetetur, magis superest quod requirat. nunc, confiteor, in litteris
vestris superforaneam cautionem mei aestimator expavi, ubi dum secundis in altum
loquellae vestrae portarentur vela proventibus et in obsequio militaret quidquid spirat,
3 remigium vestris dicitis deesse conloquiis. non est licita veri diligentia sequestrata
quam depingunt verba formido. remis opus est, quotiens nullo flaminum puppes
iuvantur inpulsu: his non eget cui secundam navigationem fecit conspiratio devota
ventorum. sol facibus non iuvatur nec lunaris globi claritudinem minorum siderum
4 aliquando inlustravere collegia. domine, ut supra, honorem salutati exhibens precor,
ut aput magnitudinem vestram studiorum meorum fructu non caream, postquam vobis
quid cuperem non celavi, ut scriptionis operam, quam hactenus protulistis, stili frequentia
vel ubertate pensetis.

## XLIII (CARM. 1, 9).

## DICTIO QVAE HABITA EST IN NATALE SANCTI AC BEATISSIMI PAPAE EPIFANI IN ANNVM TRICENSIMVM SACERDOTII.

### PRAEFATIO.

1 Sentio quid plerique taciti loquantur in sensibus et adposita cordis aure vocem
cordis intellego. clamant enim ista silentia, quid sibi alienae professionis homo quaerat
ex themate, quid insignitus humilitatis titulis per crepantes ex more vulgi cuneos
Verg. georg. 2, 508. vocum plausus expetat, quos tumiscentibus fautorum bullis aura popularis exsuscitat.
2 olim talia dicunt debuisse conponi, cum adulantibus adulescentiae floribus et pueritiae
adhuc in illo et saecularis licentiae verna riderent, cum reboantibus efferri decuit
adclamationibus, tunc cum capi potuit etiam fucatae voluptatis specie. nunc cur recitet
3 publice, quem laus nec decet publica nec delectat? hi meminerint, quod ego rem
nostri muneris ago, quem in sacerdotis praeconiis constat sentire quae debeam. cui
quamvis non intempestivis laudibus reddam modica, tamen maxima post debebo, in
cuius ministerio quidquid valeo praestat inpendi. simul etiam percepi animo quod, si

---

[XLII] 2 copita $B^a$ sitem ex (quam *sup. lin.*) *B* 4 expectio $B^a$ arridentia *V* 6 ardiscit *B* 9 quod letetur *T*, quod laedetur *BVL*, quo delectetur *CPb* 11 loquillae *B*, loquelae *V* quicquid *V* 12 licit (licet *man.* 2) aueri *B* 13 depingunt *B*, pingunt *ceteri* puppis *B* 14 iobantur (o *in* u *corr.*) *B* facit *Sirm.* 15 iobatur *B* gloui $B^1$ 16 colligia *B* 17 apud *V* 18 actinus *B* protulestis $B^1$

[XLIII] 20 incipit dictio .... *codices* natale *BVL*, natali *rel.* 21 epifani *VL*, epifanii *ceteri* tricesimum *V* 24 qui sibi $B^a$ 25 temate *codices* 26 expetat *scripsi*, expectat *libri* tumescentibus *V* 28 reboantibus] reuocantibus *B* 29 acclamationibus *V* 30 hii *B* meminerent *B* 32 non] nunc *P et Sirm.* 33 quicquid *V* si] ei *B*

reddenda est de otioso sermone ratio, non minus de otioso silentio. erant enim otiosa 4 Cat. orig. I 2. Ambr. off. I 9.
silentia, si laetantibus circumfusis omnigenum mentibus solus, cum dare possim, verba
subtraherem, quippe cum etiam in obsequiis caelestibus hymnos deceat adhiberi et
credamus exsortem humanitatis dominum hominum meris laudibus demulceri et hoc
ab his speciali quodam iure, quos donavit lingua, reposcere. quid antistes faciat, qui
propriis orationibus egit ut possim? scriptum est enim: 'dominus dedit mihi linguam Isai. 50, 4.
eruditionis'. quando oporteat sermonem dicere? oportet nunc, ut censeo; et ad 5
loquendi tempus ostium cordis aperitur. sed nunc non ego in poeticis laudibus ora
laxabo. absit a me sentina carminum, quae sicut vera non laudat, sic nec vere
laudatur. nunc favete mentibus certa dicturo. in quo opere si minora pro ingenii
exiguitate non dixero, pro iactantia maiora non fingam.

## VERSVS.

Vatibus antiquis dicendi maxima virtus
Illa fuit, doctis si scirent fallere verbis:
Laus erat in laudem mentitum pangere carmen.
Tunc operi fraus apta fuit: nam more poetae
Servantes quod crimen habet vetuere pudore
Vera loqui, carmenque fides despexit ubique.
Ars placuit, quam culpa decet: nam doctior error
Extorsit certis metuenda poemata linguis.
Lex docuit sine lege loqui, cum vindicat arte
Quidquid iura negant fandum. retinacula morum
Numina fallaci finxerunt sordida cantu:
Phoebum et ter ternas dixerunt esse sorores, Apoll. Sidon. carm. 18, 1.
Castalium laticem, varias quoque Palladis artes.
Tunc laurus tripodas cortinam tympana plectrum
Narrabant. illos a veri tramite fugit
Sensus, et errantes visus delusit imago.
Nunc linguam citharae, quae cantat pollicis ore,
Sperne, fides: magis ille veni nunc spiritus, oro, Apoll. Sidon. l. c. 5.
Cuius inexhausto reviviscit semper in anno
Quidquid terra creat, gignit mare, parturit aether: Sedul. praef. 11.
Qui freta diffundit, solidum dat corpus in arvis,
Saxa ciet iussu, metuit quem cautibus horrens Verg. Aen. 4, 366.
Caucasus, aurito famuli cum fortia sensu
Corda domat: qui cuncta videt, quem cuncta tremescunt:
Fons via dextra lapis vitulus leo lucifer agnus Anthol. lat. 689 a (Riese) Stud. Vindob. II 72.
Ianua spes virtus verbum sapientia vatis
Hostia virgultum pastor mons rete columba
Flamma gigans aquila sponsus patientia vermis
Filius excelsus dominus deus, omnia Christus —:
Nunc precor ut dictis adsit, qui pectora prisci

2 possem b uarba *B*[1] 3 subtrahere *B* 5 antistis *B* 6 scribtum *B* 10 fauete *CPb*, fauente *BVLT* dictura *VLT* 11 fingam . finit praefatio *codices* v. 3 mentitam *fort.* v. 10 quicquid *V* v. 13 pallades *B* v. 14 tunc] tum *b* curtinam *codices* v. 16 uisus delusit *Schott in notis et Sirm.*, delusit uisus *codices* v. 19 reuiuiscet *B* v. 20 quicquid *V* v. 23 haurito *codices* v. 26 uates *Schott et Sirm.* v. 27 ostia *codices* v. 28 gigas *TCb* v. 30 nunc] hunc *Hartel* pectora] peccatora *B*

Vatis ut ingressus, Pharaonis tempore regis
Adiuvit gracili locuturum voce profetam.
Se stupuit tunc ipse, reor, bene conscius oris
Murmuris et soliti, conplentem principis aures
Pondere voce sono sensu probitate pudore.
Apoll. Sidon. l. c. 68.
Tu famulum, tu, sancte, mone: da solvere grates,
Quas debere iuvat. sanctum conplectimur omnes
Ecce diem, voluit quo se iubar indere terris
Promptius et radiis animas animare propinquis,
Quo gaudet mundus, cum non sint gaudia mundi.
Cernis adorantem pavidos summittere vultus
Vatis in obsequium. natalis tempora sentit
Festa nec amissis contempnit tristis alumnis.
Iste dies cunctis vitae cunctisque salutis
Causa fuit, veteris dissolvens vincula noxae.
Christus in hoc tribuit decus et tutamen in arvis
Ausoniis, parili populos qui mente gubernet
Et gentes pietate regat, quibus auctor Olympi
Pollicitus simili regem probitate paravit.
Dexter ut ipse deus solio dat iura corusco.
Proximus hic caelo, cui recti conscia mens est,
Semper erit, quem iusta probant, quem iudice mundo
Publica vota legunt. fateor, suffragia magna
Contulit, ut sedis gremio frueretur inemptae.
Libera te dominum posuit sibi turba perennem,
Servitio laudanda suo. pro, quantus ubique
Fervor erat! sancto mundi plaudente tumultu
Verg. Aen. 3, 60.
Omnibus idem animus, turbis vox omnibus una.
Sic tamen alterutrum certabant vincere votis,
Ceu sibi cum diro bellandi comminus hoste
Causa foret. vulgus proprio tunc sanguine vincit
Pollicitum quotiens fuerit sufferre pericla.
Caspia non aliter cum tigris feta Niphaten
Verg. georg. 3, 163.
Circuit aut catulos rapiendi format ad usus,
Ardet in absentes, saevis mortalia mandit
Membra animis hominumque necem petit ore cruento.
Alter in hoc senium teneris miratus in annis,
Alter in antiqua iactabat stirpe parentes,
Alterius contenta parum de sanguine mens est,
Digna referre viri virtutum stemmata mille
Commemorat. quanta tituli tunc laude superstant,
Vincuntur quotiens, et morum gloria victis
Parturit insignem per saecula longa triumphum!
Ille pudicitiam, quae pulchro in corpore vernat

v. 31 faraonis *BV* v. 34 conplectem *B*, complectere *CPb* v. 37 iubat *B* v. 41 uultos *B* v. 43 admissis *CPb* v. 50 ut] et *b* v. 54 sedes *B* v. 57 tumulto *B* v. 60 cominus *TCPb* v. 61 uicit *CPb* v. 63 tegris *B* nifaten *codices* v. 64 catulus *B* v. 65 mandit *Schott*, mandet *B*, mandat *ceteri* v. 66 animis] animus $V^a$ v. 70 stimmata *BVLT*

Pulchrior, et casta ridentem luce figuram
Laudibus ad caelum portat. decus illa profecto
Adtulit huic facies, quae multis causa pericli
Saepe fuit: pulchrum satis est mansisse pudicum.
Haec nisi de summo non dantur culmine Olympi.
Sicubi contingat, vel formae commoda sanctis
Mentibus adcrescant, bello se vincere certant
Tunc homines, funditque decus vel munera terrae
Dextra animae vivitque sibi, dum deperit illi.
Haec cum multiplici populus narraret ab ore, Verg. Aen. 4, 189.
Vna fuit cunctis sententia fixa catervis.
Turba sacerdotum venerandaque curia saeclis
Elegit voluit meruit suscepit amavit.
  Ecce aliud dictuque novum mirabile cunctis
Transieram, quod quisque pavet, quod suspicit orbis.
Vix primaevus erat, tremulis cum limina lucis
Calcantur plantis, cum matris ab ubere raptis Verg. Aen. 6, 428.
Blandior a tenero sucus subducitur haustu,
Callida mentitum genetrix cum forte saporem
Herbarum querulis infundit dura labellis,
Nesciat ut natus gustu cognoscere matrem, Verg. ecl. 4, 60.
Vnde subornatum sorbetur lacte negato
Faucibus insuetis ridenda fraude venenum:
Istius illa fuit, cum signum contigit, aetas.
Nam fulsisse ferunt huius cunabula magno
Lumine, cum tantus micuisset splendor in illo,
Quantus in obsequium potuit tunc fungier aether,
Cum iussus servire viro mortalia raptim
Membra levat labsu gradiens celer ignis Olympi,
Cornipedum pernix cursus imitatus equorum. Verg. Aen. 6, 591.
Prospera non aliter puerum tunc flamma pererrans
Circuit inlustrat veneratur suspicit ambit.
  Tum pavidus genitor summisso lumine fatur:
"Summe deum, sancti custos, qui culmine caeli
Omina dextra facis, quae cernis lumine dextro,
Hunc tibi de primis et adhuc reptantibus annis,
Sancte pater, voveo, quem necdum cassibus artis
Lubrica terrenis innectunt saecula culpis —
Nec faciant —: sit, summe deus, tibi munus opimum".
Haec ait et lacrimas quas promunt gaudia fundit.
Crispinum petit inde libens, quem dicere digno
Non datur eloquio, nec si modo surgat Averno Apoll. Sid. carm. 22, 69 s. et 319.
Qui potuit rigidas de rupibus Appennini,
Flumina cum starent, ad plectrum ducere silvas.

---

v. 75 fuguram *B* v. 77 attulit *V* v. 78 pulcrum *sup. lin.* h *B* v. 80 contingat] contingant *Sirm.*, *supplendum* ut *aut ex* vel *corrigendum* v. 81 certant] certauit $B^1$ v. 82 terra *Sirm.* v. 83 deperet *B* v. 86 saeculis *B*, saecli *Hartel* v. 92 austu *codices*, astu *b*, *em. Sirm.* v. 95 natus *in lit.* *V* v. 101 tunc] tum *Pb* tunc fungier] tunc fundier *Hartel*, confundier *Schott* v. 108 custus *B* v. 109 omina] omnia $L^a b$ v. 117 regidas $BV^1$ adpennini *B*, apennini *b*

Helias fuit hic mage: nam quis Heliseum
Linqueret in terris duplicato munere palmae?
Nutrivit quem lacte pio, quod ab ubere Paulus
Pressit, evangelicis plena est cui dextra papillis.
Salve, sancte parens, semper salvete, recepti (Verg. Aen. 5, 80.)
Crispini cineres, ad cuius iura redundat
Quidquid in hoc Christi miramur dogmate dignum.
Tu bene transmissum tibi censum possides, heres.
Res non parva docet triplicatis iuncta talentis:
Monstrat ab occidui revocatum partibus orbis
Quod supplex captum transmittit Gallia vulgus.
Effera te viso didicerunt pectora flecti,
Armatum precibus superasti, maxime, regem.
Sic pugnax gladios obtundit verbere lingua,
Sic ferrum expugnat verborum lammina fortis.
Nam si fanda ferunt sociant qui maxima parvis,
Sic dominum expectat domitatis vilicus arvis,
Cum bene molitus incurvi dente ligonis (Verg. georg. 1, 494.)
Scribit agros faciemque soli sic pectit aratris,
Vt spumet plenis currens vindemia labris. (Verg. georg. 2, 6.)
Inserit externas peregrino in cespite plantas,
Advena coniunctis sociatur nexibus arbor,
Truncantur stirpes, demessum falce maritat
Virgultum, tenero lignum mordetur hiatu,
Germine nobilitas consurgit non sua parvo,
Surculus ignoto coalescit munere dives,
Dum madefacta novo iungit plantaria libro.
Paestanis pariter depingit terga rosetis,
Regius agresti vestitur murice campus.
Lilia pro nitidae funduntur lumine calcis:
Tunc pingit violas cytisos colocasia calthas (Apoll. Sid. carm. 22, 413 ss.)
Cinnama serpyllum narcissos balsama costos.
Tunc rediviva serit quae portat germina phoenix.
Hunc iubet adveniens dominus discumbere servum,
Surgit et ipse suis manibus dat fercula mensae.
Sic tua ter denis, animarum cultor, in annis
Halant rura rosas, interpellata nec ullis
Frigoribus marciscit humus, quam vere perenni (ibid. 410.)
Servat odorato meritorum cespite doctor.
Arbuta siccantur quotiens tua rore negato,

---

v. 119 helisaeum *edit.* v. 120 munere *sup. lin. B* palmae] palmem *(alt.* m *del.) B,* pallae *fort., cf. Reg. IV 2, 12 et Apoll. Sid. carm. 18, 31:* venisti in pectus Elisei ..... scissam linquens pro munere pellem v. 125 quicquid *V* v. 126 possidis *B* v. 129 transmisit *Sirm.* v. 130 dedicerunt *B* v. 133 ferrum expugnat *Schott et Sirm.*, expugnat ferrum *codices* v. 135 dominum expectat *CP²b*, expectat dominum *ceteri* v. 136 molitus *codices et Verg. l. c.*, molitos *Sirm.*, mollitos *Schott et Hartel* v. 138 uindimia *B* v. 139 inserit] inseret *B,* indeseret *V¹L* v. 141 truncatur *Bᵃ* v. 144 surculos *B* v. 146 pestanis *B,* pestaniis *ceteri* v. 147 regios *B* v. 148 lumine] lumina *Bᵃ* calces *codices, em. Sirm.* v. 149 cythisos *edit.* culocasia *BV¹L* caltas *codices* v. 150 serpyllum] syrpillum *B,* serpillum *ceteri* narcissos *Sirm.*, narcisus (narcisos *Bᵃ*) *codices* costos *Sirm.*, costus *b*, cosmos *B*, cosos *ceteri* v. 151 fenix *codices* v. 156 marcescit *V* v. 158 arbusta *B¹CP*

Infundis lacrimis, cofinum quoque congeris illic
Stercoris inmundi. tunc ramis surgit opimis,
Tunc fecunda deo nascendi iura superstat.
Suscipe nunc dexter, vitae lux aurea nostrae,
Gaudia quem faciunt modicum tibi promere carmen.
Cum mea vota deus produxerit ordine coepto, Apoll. Sid. carm. 22, 542.
Fulserit et docilis quem plantat dextera palmes,
Debita post centum reddam tibi fortius annos.
En statui quodcumque tibi nunc scalpere carmen
Nodoso sub iure, pater, quod nexuit artis
Diversa sub sorte modis lex proxima poenae,
Vsquam ne fallax nutaret syllaba. dixi.

## XLIV (EPIST. 2, 10).

## ENNODIVS FAVSTO.

Si meritum meum regnator caelestis adtenderet, aut exigua bona adipiscerer 1
aut magna supplicia et mei idoneus aestimator, quo meritis pervenire non poteram,
voto non tenderem. sed gratias illi, qui delicta nostra sic ne extollamur resecat, ut
spem ad latiora perducat. domni Avieni dictionibus a me debentur ista praeloquia, 2
qui necdum ad bonam valitudinem reductus animum meum sollicitudinis catena
laxaverat, dum adhuc inter spem et metum anxii vota penderent. naturam respiciens
indicavit quo tonaret eloquio. iudicio quidem ista praeceperam et altricem nobilis
metalli venam in thesauris quos pepererat agnoscebam, sed etiam in hoc peccator
evenire vix credidi, quod adsequi non merebar. verum dico teste divina clementia, 3
si sunt aliqui in Liguria, qui de litterarum possint genio et splendore iudicare, vos
crediderunt in illa dictione laborasse, quam aetati praeiudicans canus iam in puero
sensus excoluit. sed ista magis illis cum lacrimoso gaudio dixi, quos aut effusus
sanguis albo curiae caelestis adscripsit aut clara confessio, qui secundis confirment
primordia nostra successibus. vos famuli humilitate et obsequio salutans opto inter 4
quaevis, dum istis animum relaxatis, adversariorum mala gaudere. nihil est enim, in
quo inimicorum possimus damna sentire. hoc nobis deus contulit, quod invidia terrena
non subtrahat.

## XLV (EPIST. 2, 11).

## ENNODIVS FAVSTO.

Quid faciam, quando rescribenda vos scribitis et pro bono praescientiae caelo 1
vobis obsequente concessae, quidquid alienum pectus potuit investigare, narratis?

---

v. 159 infundis *Sirm.*, infundes *codices* cophinum *b* v. 161 tunc] tum *Sirm.* superstant *Cb* v. 163 quem] quae *CPb* v. 164 coepto] recto *Sidon. l. c.* v. 165 palmes *Sirm.*, palmis *codices* v. 168 nexuit *Schott et Sirm.*, nexuet *codices* v. 169 sorte] forte $TC^1P^1b$, fronte $C^2P^2$ *et Sirm.* v. 170 nutaret] mutaret $T^1CPb$

[XLIV] *totam epist. om. T* 2 si meritum .. caelestis adtenderet *B*, meritum .. caelestis si (si *om.* $V^1$, s *sup. lin. et* i *inter litteras suppl.* $V^2$) attenderet *VL et Sirm.*, meritum meum si ... *Cb* adepiscerer *B* 5 Auieni] aueni *V*, auini *L* 8 indicauit] indecauet *B*, indecauit $V^1$ praeciperam *B* 9 thensauris *B* peperat *sup. scr.* re *B* 11 possent *B*, possunt *Cb* 12 canos *BVL* 13 lacrimoso *C*, lacrymoso *Pb*, lacrimo *BVL* 17 possimus inimicorum *Sirm.* 18 subtraat *B*

[XLV] 20 quando] quoniam *TCb* 21 quicquid *V*

liquet supra hominem esse duorum sic inplere personas. sed ad illum referantur ista, qui praestitit. ego tamen remittere me orationem, per quam in umbram antiquus Tullius trudetur, non promisi, quippe qui acceptum quaternionem sub maiori quam ingenio meo commodabat celeritate reddideram, dum fidei serviens quae ad profectum
2 poterant pertinere contempsi. nihil apud me de veneranda tunc dictione remanserat, nisi quod ad fructum, quantum aestimo, bonae opinionis reposcenti memoria furante subduxeram. nolo dicere, quale fuerit quod invitus restitui, quale etiam quod amavi,
3 ne manifesto credatis vos alleganda sine sui dispendio praedixisse. curis meis tamen super hac parte serenae lucis meae domni Avieni miseratio, licet incipientis, tamen iam probata succurrit: quandam scedulam, quae ipsi remanere potuit, ostrum mihi
4 nobilitatis ingessit. hanc hactenus habui, inde sum et locutus et sapui. sed postquam et aliena beneficia iussus sum perdere, perlatore eam sequente destinabo, non eam in me pro peccatis meis intellegens benivolentiam, ut quod externorum muniret ingenia bene credulus non negarem, sciens me hominibus, quod inpugnat propositum, cautione miscere. verum dico illo teste, cui nota sunt omnia, a me illas mundi ore celebratas dictiones vestras, quod credo inscitia mea fieri, cuiquam dari nec tormenta conpellunt.
5 domine mi, salutationem reverentiae vestrae exhibens contestor, quia neque neglegentia iudicium meum neque adulatio inpugnat affectum.

## **XLVI** (CARM. 2, 1).

### EPITAFIVM HOMINIS BONI.

Gente bonus, probitate nitens et nominis auctor
  Sic iacet angusto, dic dolor, in tumulo!
Spes domus inmensae modico contecta sepulchro est,
  Artantur parvis culmina cespitibus!
Quid decus in pueris, quid praestant limina vitae?
  Non expectatis mors venit ordinibus.
Quid iuvat hunc, teneris senium quod praetulit annis?
  Funeribus iunxit funera multa suis.
Occidit, heu, iuvenis, qui texit crimina vitae
  Tempore culparum vivificante deo.
Aspice, primaevos metuis qui forsitan annos,
  Aetas vincentem non tenuit puerum.
Exemplum terris linquens, ad sidera raptus
  Confessis rectum quam bene monstrat iter!
Bis denas hiemes, totidem transcendit aristas,
  Quem subito ex oculis sors inimica tulit.

---

1 liquet *b*, liqueto *VLCP*, liquet hoc $T^2$, liquido *B*, liquet o *Sirm.*, liquido .. est *fort.* 2 praestetit *B* antiquis $B^a$ 6 quod *B*, *om. ceteri* respòscenti *B* 7 quodã | aui $B^1$ 9 domni *B*, domini *ceteri* 10 succurrit] succurrat $V^1$ scedolam *B* 11 hanc] hac $B^a$ 12 perdere *B*, pendere *ceteri* perlatorem (m *man.* 2) *B* 15 miscere *Hartel*, misceri *libri* 16 meo *B* 17 mi] mihi *BVL* neque *B*, *om. ceteri* negligentia $B^1$ 18 nec adulatio *CPb*

[XLVI] 19 hominis] nominis *T* v. 1 gente] mente *b* v. 3 sepulcro *V* v. 9 occidet *B* texit] tersit *Hartel* v. 11 metues *B* v. 14 iter] *litteram* i *longiorem reddidit (non addidit!) ut saepius in initio verborum* $B^2$ v. 16 tulit] finit *add. VL*

## XLVII (EPIST. 2, 12).

## ENNODIVS ASTYRIO.

Profeticis oraculis sublimitas tua praestat obsequium et ad fidem veterum 1
sanctionum militat novellis excessibus. providisti ne senior admonitio remaneret vali-
tudine subtracta neglectui. scriptum enim est per dei cultores, quorum aures pru-
dentum debeat doctrina transire, quos salsi sermonis sapore pertrahere, allegans perire
monita, quae in alia constitutis deliberatione praestantur. ego tamen loco humilis, 2
lingua mendicus solis antea necessitudinis stimulis verba concessi et ad contestationem
diligentiae prioribus litteris exhibui sub sanguinis libertate responsum. nunc male
est animo, quod iniuriarum fructu carens sumpsisti forsitan mentita apud te urbanitate
iactantiam, nesciens quod auctorem repetunt tela, quae indocilis adversus alterum
manus emiserit. quis putet contumeliam, quae solam conscientiam destinantis adfligit? 3
inproborum natura est, hoc sentire de omnibus quod merentur et in malis solacium
nusquam videre innocentiam. tormenta sunt maculatae conversationis non sibi credere
esse participes. haec illa mente descripsi, qua memor propositi odium conpellor
debere criminibus. nullum dens meus nisi de se tetigit confitentem. dum vitia in-
cessimus, reum ira manifestat. nam iniurius sim, si stili loco vomerem sentiam aut 4
mihi scripta conputem quae relegens non agnosco. scit enim dominus quia, si non
nostro nomine notata fuisset epistula, ad quem fuisset directa nescirem. tibi habe
facetias tuas aut illis reserva, cum quibus vobis sine oris officio per clandestinae
familiaritatis communionem clamor est actuum. ecce salutationis honorificentiam solvens 5
deprecor, ut in dirigendis epistulis loca tempora personas adtendas, ne quod ego ad
me scriptum non conputo alterum forsitan laedat, quia aestimo te huius epistulae
formulam ad plurimos destinasse et sola nominum conmutatione eam per singulos sine
meritorum consideratione transmittere.

## XLVIII (EPIST. 2, 13).

## ENNODIVS OLYBRIO.

Ut tradit quaedam eloquentiae persona sublimis, lex est in epistulis neglegentia 1 Symm. ep. 7, 9 (furet.).
et auctorem genii artifex se praebet incuria. in quo opere illud subducitur gratiae,
quod cruciatuum testis sudor invenerit. caminis excocta fabrilibus verba non flagitat
salutis suae nuntius et quaesitor alienae. melius si in his commerciis pura elocutionum
fronte congredimur: diademata simplex conloquii cultus abiurat: epistularis communio
si quando affectatum decorem fugit, obtinuit. sed magnitudinis vestrae dives et elu- 2
cubrata narratio mendicis limitibus nescit includi nec oris thesaurum quibuscumque
artare confiniis: magnorum more fluminum riparum frena contemnit. nam dum con-
positum velamen occupationis locuples lingua transgreditur, his tantum se studiis

[XLVII] 1 Astyrio] Asturio *pag. 33, 11* 3 senior *BCb*, segnior *VL* 4 neclectui *B*[1] scribtum *B* prudentium *TCb* 5 quos] atque os *fort.* pertraere *sup. lin.* h *B* alligans *B* 6 moneta *B* 9 te *om.* *B* orbanitate *B* 11 distinantis *B* adfligit ∘∘ (*eras.* ur) *B* 12 est *sup. lin.* *B* 14 participes (part *in lit.*) *V* discripsi *BVL* qua] quam *V*[1]*L* 15 meus] metis *V*[a], mens *L* 16 reum] reu *B*, retim *V*[a] iniurius (in *sup. lin.*) *B* steli *B*[1] sentiam] sententiam *V*[1]*L*[1] 18 nostro *Sirm.*, uestro *libri* nomen enotata *B* 21 attendas *V* 22 scribtum *B*

[XLVIII] *totam hanc epistulam sibi vindicavit Pseudo-Isidorus in ep. 3 Liberii papae* 25 olibrio *B*[a] 26 negligentia *B*[1] 27 praebit *B* subducit *Schott et Sirm.* 28 cruciatum *V*[1]*L*[2]*CP (et Isid. libri Bamb. et Darmst.)* 29 si *del. Hartel* 30 simplix *B* 31 diuis *B* 32 mendicis] modicis *Isid. cod. Sangerm.* theusaurum *B* 33 contempnit *V* 34 velamen] alveum *fort.* locuplebs *B*

3 militare significat, ad quae vel occasione perducta est. et nisi vobis quietis nostrae testimonio reipublicae gubernacula sentiremus fuisse conmissa et rem laboris vestri esse quidquid ubique disponitur, vel Italiae curam didicissemus unum pectus ingressam, paene vos sola putaremus paginalis stili cura et adsiduitate macerari. deo debentur haec munera, qui et amatorem scientiae sensum contulit et limam studiorum ad oris
4 fabricam non negavit. non sic pernix aether acta nervis arundo proscindit, quemadmodum inventa ingenii vestri sermo describit. nulla languiscit obice, nullis tardatur obstaculis, fit pervia quaecumque se illi difficultas obtulerit et mirum in modum per allegantis peritiam mutatur natura causarum. hoc facis in merito negotium habuisse quod cupias. veritas est quodcumque pro veritate narratis. hinc cautis iudicibus non licet repugnare. minutissimi discussores opinionis lucrum aestimant, si sequantur quo
5 pertrahit oratio inperiosa captivos. huic ego linguae, his opibus reverentiam, fateor, ad quam primus cucurri, debeo singularem. et opto esse plurima quae mihi ad caritatis
6 fibulam agenda mandentur. sed quae iniunxistis de religiosis feminis Speciosa et germanis eius, male est animo quod inplere non potui. nihil enim nunc mihi cum illis residuum est familiaritatis aut pignoris, maxime quia in disiunctis civitatibus degunt. ad quas tamen missas ad me litteras mox direxi, quae responsum usque ad illa quibus se viderent tempora protulerunt. ego ne magnitudinem vestram suspensam tenerem, scripta prorogavi; mox ad vos perveniet, si quid mandaverint, quod libeat indicari.
7 nunc honorificentiam salutationis inpertiens rogo, ut mihi magis cum ecclesia sublimitas vestra si qua sunt agenda, conmittat, quia puto me in adfinium vestrarum causa vel matronae amici circa vos diligentiam pectoris non celasse.

## IL (OPUSC. 2).

## IN NOMINE PATRIS ET FILI ET SPIRITUS SANCTI. LIBELLVS ADVERSVS EOS QVI CONTRA SYNODVM SCRIBERE PRAESVMPSERVNT.

### PRAEFATIO.

1 Solet dicendi affectum multarum rerum ardor exigere, si aut avarus laudis est animus et favorem desiderat sudore mercari, aut per blandimenta gloriae crucem Sirm. p. 318

2 laboris] laborem $V^a$ 3 quicquid *V* didicissemus $V^2$, didicessemus $V^1L$, dedicessemus *B* ingressum $V^1L$ 4 paene] poenae $V^1L$, poene $B^b V^2$, pome $B^a$ 6 proscendit *B*. 7 discribit *BVL* languiscet *B*, languescit *V* 10 narrasti *coni. Hartel*, narraris *malim* 12 captiuus *B* ego] ergo *Sirm. et Isid.* 14 fibolam *B* 19 scribta *B* 21 si quae *b* 22 pectoris] peccatoris $V^1L^1T$, a pectoris *Isid. cod. Bambg.*

*Hic libellus cum Isidori decretalibus contineatur, illos quoque libros consului; atque examinavi cod. Montecas. 1, Vatic. 1340 et 1344, Londin. Cott. Claud. E 5, Vaticanum autem 630 saec. XI (= R) et Vatic. 3791 saec. XI (= S) ad verbum contuli. codicis denique Parisini 9629 saec. X (= A) collationem debeo Hartelio. Isidori librorum menda nisi communia aut inter se aut cum Ennodi codicibus non notabo.*

[IL] 23 fili *B*, filii *VLTC* *Inscriptio Isidori haec est:* in nomine patris et filii et spiritus sancti *(om. haec R)*. incipit quinta synodus a ducentis triginta episcopis in consistorio lateranensi (lateranensis *A*) XV kalendarum nouembrium die auctoritate et presentia symmachi papae romae habita et ab ennodio diacono precepto et ab auctoritate memorati papae atque omnium episcoporum qui in eandem synodum conuenerunt scripta et postmodum in conspectu eorum omnium recitata atque adprobata (probata *R*) dignaque ab omnibus laude roborata aduersus eos qui contra synodum scribere praesumpserunt ut nec de apostolicae sedis praesule nec de ullo umquam tempore post talia (post talia *om. A*) praesumant qualia de iam dicto domno symmacho (symmaco *A*) papa praesumpta sunt. incipit praefatio synodi 27 aut *om. Sirm.* 28 cari aut per bland.] *his demum verbis post manifestam lacunam incip. Vatic. 3791, Montec. 1, Paris. 3852, Rotomagens. E 15/9 (cf. Hinsch. decretales p. XXIX)* aut] et *CPb*, ut *Hartel*

narrantis ignorat, aut lucri adstrictus conpedibus linguae vendit obsequium et dum
animus habendi cupidine subiugatus praesumptum aestimat iam tenere conpendium,
sic ingruentia per stili exercitium nescit timere discrimina, aut necessitate conclusus 2
profert eloquium sine quacumque lima captivum et nesciam pudoris frontem monstrat
in medium, ut dum intentioni famulatur, diligentiam decoris abiuret, quia dicendi ornamenta non sunt negotii sed quietis, nec militiae sunt picta verba sed otii. campus
fortem postulat, pax profunda redimitum. qui profutura adserit, loquellam, quae
peniculo artis est colorata, contempnit. his ergo ita se habentibus causam narrationis 3
insinuo et coactam vocem pravorum latratu religiosis mentibus commendo, scriptum
esse reminiscens: 'tempus tacendi, tempus loquendi', vel post fidem profetici oraculi Ecclesiastes 3, 7.
cuiusdam oratoris exemplum, qui refert, nisi cum necessariam dicendi nimis ineptam Cic. de or. I 24, 112.
esse condicionem. oris ergo ministerium pro ingenii valitudine sacerdotibus dedo, 4
adversus quos sibilantium effusa sunt venena linguarum, licet scuto munita fidei spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat et ad auctorem redeant tela quae sine
bellandi arte diriguntur. quibus enim pro lorica Christus est, vim non metuunt et
inimicos longa expectatione prosternunt. quisquamne tamen in hac acie proelium 5
putet esse formidini, in qua deo et pontificibus infertur sine virium aestimatione cer-
p. 319 tamen? quisquamne fluxum et lacessientem hostem videat et proeliorum causis adversarium debilem expaviscat? invidet sibi ipse victoriam, qui conscientia vulneratum
adgredi cessat inimicum. ad lucrum hostis sui procedit, qui in conflictibus non prius 6
causas quam aliud expendit. dat vires iaculis innocentia et mucronem acuunt ex
aequo venientia vota bellandi. percutiendi inpetum plus iustum dolorem scimus dedisse
quam brachia: inde paucorum telis multitudo non substitit. dicente ergo me cum
profeta: 'plures nobiscum sunt quam cum illis', placiturum bonis, quantum aestimo, IV Reg. 6, 16.
opus incipiam.

Sufficeret quidem scismaticam inperitiam propositione cecidisse, maxime cum 7
secum habeant obiecta responsum et mereatur titulus sine lectionis discussione cum
auctore damnari, cum in praenotatione ipsa significantia operis innotiscat inmundi
dicentum 'adversus synodum absolutionis incongruae'. ego tamen nunc sic agam,
quasi opus sit alieno ense perire mala proponentem. istud praeloquium potest, dementissimi hominum, tantum inscitiae adscribi? estne aliquis praeter vos sic inter oves 8
ulcerosas deputandus et erraticas, qui magnum gregem potuisset lacessire pastorum?
dicente profeta: 'filios nutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me' et domino de Isai. 1, 2.
apostolis: 'qui vos spernit, me spernit', quos episcopos fuisse profeta testatur de Iuda Luc. 10, 16.
dicendo: 'et episcopatum eius accipiat alter', apostolo aeque Paulo proclamante: Psalm. 108, 8.
'oboedite praepositis vestris, quoniam ipsi exorabunt pro vobis'. Hebr. 13, 17.

1 ignoret *Hartel* et dum *scripsi,* ut dum *libri* 3 nesciat *Hartel* temere $B^1$ 5 intentionis *B* (*scil.* diligentiae?) abiuret] perdat *in mg. add. man. antiqua in V,* abperdat iuret *A* 6 negotii] intentionis *sup. scr.* $V^2$, intentionis negotii *LCPAR,* negotii intentionis *S* 7 redimitum] redemit ornatum *A,* redimit ornatum *R,* redimitum ornatum *S* loquillam *B,* loquelam *ceteri* 8 ergo ita] erigota $B^1$ 9 coactum $B^a$ scribtum *B* 12 dedo] dedi $B^2b$ 13 speculorum $B^1$ 15 lurica *BVL* 18 lacissientem *B,* lacessentem *ceteri* 19 dibilem *B* expauiscat $BV^1$, expauescat *ceteri* conscientiam $B^a$ 20 conflicti ⁎⁎ bus *B* (*eras.* li) 21 mucrunem $B^1$ 23 subsistit *LA* mecum *libri* 24 profeta *BV,* propheta *reliqui* quamtum $B^a$ 25 incipiam . finit praefatio *BVLTC; contra Isid. haec:* explicit praefacio . hoc in libello (= hac in sinodo *Vat.* 1344, ac in sinodo *A*) optime lector regularem synodi intellege rationem eiusque obiectorum (obtrectatorum *S et Rotomag.*) discerne latratum licet ennodius in persona doctor episcoporum omnium ad hoc concilium conuenientium *(A et Vat. 1344,* doctor sacerdotum *verbis* omnium . . . conuenientium *omissis RS Montec.)* scripserit rogatus (rogitus *AR*) 28 innotiscat *B,* innotescat *ceteri* 29 dicentium *CbARS* 31 inscitiae *B,* inscientiae *ceteri* 32 gregem] regem *Sirm.* lacessi ⁎ re *B* pastorum (astor *in lit.*) *B* 33 propheta *LA* 34 propheta *VA* 35 accipiet *AR* apostolo] apostoli $B^1$

9 Sed redeamus ad gravem et venerabilem, non solum ex ala productam sed p. 320
mefiticam propositionem. 'non omnes' inquiunt 'sacerdotes regis ad concilium adscivit
auctoritas, nec omnes in iudicatione senserunt'. mancipia tartari et liquido satanae
ministri, quoscumque non evocavit scriptum principis, novis nexibus et actuum vestrorum
10 spiris causa pertraxit. nolo dicere, in quo fuerint voto, in qua deliberatione discedentes,
quibus taedium illa peperit expectatio, cum viderent venerabilem papam longas in
vita contra fas suum indutias accepisse. videbant aether tantum directis a se iaculis
verberari. his ne liceret infelicibus in malorum actuum consolatione secreto delitiscere,
libris vestris nudantur abscondito et per vos in turpi facto habere solitudinem non
Ioh. 3, 20. sinuntur dicente deo in evangeliis: 'omnis malus odit lucem'.
11 Post haec adseritis, adversarios papae Romani dici non debuisse, qui praedictum
prolatis petitionibus accusabant, ad adsertionis fidem iungentes, quod eos isto nomine
praecepta regia non vocassent. o homines omni artis lima conpositos et caminis
fabrilibus excoctos, qui ad stipulationem dictorum desudata invenere testimonia!
amamus, reverendi viri, sententiam vestram et, ut aiunt, in ipsam pedibus imus;
cognoscimus errata quae dicitis: 'inimicum vocet aliquis accusantem et tragico nomine p. 321
12 appellet contumeliam non merentem?' dehinc subiunctam quaestionem rhetorica fibula
momordistis allegando: 'testis est Romana civitas, si omnes episcopi senes et debiles
convenerunt'. ecce orationem veri nervis nitentem et ipsi Cepasio praeferendam nitore
sermonum. ergo quia se aetate valentes et corpore inbecillos esse dixerunt, ipsi se
ineptos iudicio esse testantur, quoniam membrorum se dixerunt iam sustinere dispendia,
13 maxime si hoc ingerere clementissimi domini auribus praesumpserunt. vos putatis,
ab universis dei conspectibus pulsi, illo vestrorum more congressuum ubique narranda
confundi et apud principem de collectione pontificum alios protulisse sermonem, nisi
quos aetatis maturitas ordiendae loquellae fecit auctores, quibus anni veteres reverentiam
contulerunt, qui putabantur bonorum meritorum suffragio in longum fuisse servati?
ipsos ergo de gravidae aetatis fatigatione queri decuit, quos aetas iusserat allegare.
14 viri optimi, subdidistis: 'ex praeceptis regiis evocationis causam fuisse iam cognitam
et Italiae summa moderantem non fuisse quasi de novo negotio consulendum; plus
chartae et scriptioni religionis debitum quam praesentiae principali. nullus ergo in
praedicto negotio titulus remanserat, ad cuius inquisitionem pergentes illud iure prae-

1 ala *V*, hala *B* (ha *in lit.*, h *add.* *B*[b]), hara *Hartel*, *quod Sirm. delegans ad Cic. in Pis. 16, 37 proposuerat* 2 myfiticam *B*, mysticam *ceteri* 4 scribtum *B* uestrorum inuolutionibus serpentis spiris *AR* 5 spiris] reuolutionibus *C in mg.* pertraxit *sup.* a *lit.* (*eras.* h?) *B* descedentes *B* 7 accipisse *B* 8 consulatione *B* 9 abscondito *B*, absconditi *ceteri* 10 deo *B*, domino *ceteri* euuangelicis *B* 11 adseretis *B*, adsentis *AS*, absentis *R* 12 *post* accusabant *inseruit Isidorus:* dolose uidelicet hoc agentes eo quod aduersarios suspectosque cana canonica synodalibus clamante in decretis auctoritate in suam recipi accusationem episcopos minime oportuisse uos non latuisset 14 ad adstipulationem *Hartel* dictorum *B*, doctorum *ceteri* 17 appellet] appellit *BVLT*, repellit *($V^2$ sup. lin.) CP*, repellit adpellit *AR* rethorica *codices* fibula] argumentatione *$V^2$ sup. lin.*, fibula i. e. argumentatione *T*, argumentatione fibula *AR* 18 allegando] addendo *$V^2$ sup. lin.*, addendo allegando *AR* 20 inbicellos*B*, imbecilles *CPb* 22 dementissimi *magis quam* clementissimi *B* 25 loquillae *B*, loquelae *ceteri* 27 fatigatione *B*, fatigationibus *ceteri* 28 subdedistis *B*, subditis *A* 30 scribtioni *B*

6 *Praeceptio regis (Thiel epist. pontificum pag. 671) c. 2:* moleste accepta confusione quae nata est ceterorumque discessu, qui propter turbam, quae aut casu aut vitio aliquorum contigit, iterata quae coeperunt reliquere iudicia.

18 *ss. Acta synodi (Thiel pag. 658) c. 1:* Cum ex diversis provinciis ad urbem Romam convenire sacerdotes regia praecepisset auctoritas, ut de his quae venerabili papae Symmacho apostolicae sedis praesuli ab adversariis ipsius dicebantur inpingi, sanctum concilium iudicaret: Liguriae Aemiliae vel Venetiarum episcopi, quos ad praesentiam principis ipse itineris ductus adtraxit, consuluimus regem (incubuit necessitas consulendi), qua nos voluisset aetate fractos, debilitate corporis invalidos causa congregari.

loquerentur exordium'. exhinc digressi bonarum rerum in rege laudatis affectum et 15
colitis verbis innocentiam quam actibus ignoratis, si tamen cultus est in loquella vestra,
quam scabro vomere velut agentes per devium aratra proscinditis, marcenti solo lolia
commendantes recepturi pro tali inpendio paleas, quibus gehennae in perniciem vestram
ignis animetur.

Sed nunc, ut quidam fertur dixisse, 'quae quibus anteferam'? contra apostolum 16 Verg.
dicitis inpugnatores summi pontificis non auditos, qui caelestis mandati memores partem Aen. 4, 371.
suam a consortio adulteri subduxerunt. hic non incesso ignorantiam, rimosam memoriam
non accuso. nolo dicere quod profetae verba apostolo contulistis, quia novi et ipsos
apostolos recte vocitari, quos missos esse non nego. David enim dicit: 'furem videbas Psalm. 49, 18.
et currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas'. deinde quis se de 17
illa vestra enodem faciat quaestione, qua dicitis: 'in criminibus obiectis quod non
excluditur adprobatur'? en vocem Romanae ecclesiae militibus congruentem, in qua
nescias utrum prius nitorem praedices an saporem. putasne audistis legi: 'quod iustum Deut. 16, 20.
est, iuste exsequeris'? audistis de malefactis hominum, si tamen aliquando conversatio
humana vos tenuit, quidquid non suis ordinibus adprobatur excludi? ubi est illud
profetae: 'dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui'? et de vobis dictum: Isai. 3, 14.
'peccatum suum quasi Sodomae praedicaverunt: vae animabus eorum'! sed quid facto 18 ib. 9.
p. 323 opus est, quotiens nulla desperatis medella succurrit, nisi inplorandus est dominus,
qui promisit per profetam, futurum se super omnem superbum et excelsum et super Isai. 2, 12.
omnem adrogantem, ut humilietur? sed fetidum opus vestigiis insequar et ferrata, si
valeo, calce contundam, ut vere dicam: res cum re, causa cum causa, ratio cum ea
quam putant ratione pugnabit. oblocutos sacerdotes praeceptionibus regiis allegatis et 19
quoddam sacrilegium creditis, mali aliquid, cum caelestem nesciatis, de terreni domini
iussione sentiri, opponendo: 'quis regi debuit dicere, papam oportuisse synodum con-
vocare? certe quod in hac parte constat exemplum? illum praecipue, qui criminosis
multorum propositionibus iam iacebat, quem hoc fuerat damnare quod argui, cui
praerogativam caelitus adscriptam hostium suorum oblocutio iam tulisset?' ad hanc 20
vos dementiam malorum actuum per gradus suos incrementa traxerunt, ut hoc credatis
esse lacessire quod convincere nec apud vos habeant a veritate differentiam odia, quae
plerumque contra meritum inpetiti studiis non rationi obsequentia vota concinnant?
ubi est illud 'priusquam agnoscas, ne adiudices quemquam'? olim vos accepit grex Ecclesiastic. 11, 7.
positus in sinistra collegas, apud quos ex praeiudicio excepisse sententiam creditur,
qui meruit ad examen adduci, et hoc est reum existere quod libram disceptationis
intrare.

Praelocutioni tamen optimae divinum subdidistis exemplum, quod ita quadratis 21
constat alloquiis, ut ipsum in eo Crispum tenere lineam putes. 'peccatori dicit deus: Psalm. 49, 16.
p. 324 quare tu enarras iustitias meas?' huic dicto conserentes quasi ad sacerdotes apostrofam:

---

2 loquilla *B*, loquela *ceteri* 3 diuium *B* proscenditis *V*[1], prosendetis (c *sup. lin. m. 1*) *B* per sindictis marcentis zezania lolia *AR* 7 auditus *B* 8 suum *B*[a] 9 prophetae *A* quia et noui *V*[1]*T* 10 uocari *TARS* nego *B*, nescio *ceteri* 13 approbatur *V* eclesiae *B* 14 praedicis *B* 16 quicquid *V* approbatur *V* 17 prophetae *LA* 18 sodomae *B*, sodoma *ceteri* 19 disperatis *B* medilla *B*[1], medela *ceteri* 20 per *om. AR* superbum . . . . omnem *sup. lin. suppl. B* 21 arrogantem *V* 23 pugnauit *B* 26 con•• stat (*eras.* si) *B* 28 adscribtam *B* 29 grad • os (*eras.* i) *B* 30 lacissire *B*, lacessere *ceteri* 32 adiudicis *B* accipit *B* 36 optimae *B*, optime *ceteri; optimi fortasse, cf. p. 50, 28* 37 Crispum *scripsi (cf. p. 24, 19)*, archesipum *BV*[1], archisipum *V*[2]*LCPA*, archisippum *TSb*, chrisippum *R*, architectum Chrysippum *Hartel* 38 sacerdotes] sacerdotis *V*[2]*LTCS*

---

25 *Acta syn. c. 2:* memorati pontifices, quibus allegandi inminebat occasio (apud regem), suggesserunt, ipsum, qui dicebatur inpetitus, debuisse synodum convocare.

'quia beati Petri apostoli vicarius aestimatur, prohibetis archiatrum eius corpori adferre
22 medicinam? — quomodo vos animae eius curationem exhibere rennuitis?' magnum
per divina ridiculum an maxima lamenta sint nescio. vos alienae febri curam quaeritis,
vos fatiscenti animae medellam adhiberi cupitis et in leti proximitate positi vestri
immemores de alterius salute tractatis! quid si illud vere vobis a profeta dictum sit:
Isai. 7, 13. 'numquid parum est quod molesti estis hominibus, molesti estis et deo meo?' et
Luc. 4, 23. Proverb. 18, 3. 23 iterum: 'medice, cura te ipsum'? sed hinc alias. novimus, quia sanari non potest
conclamatus et inprobus in profundum deveniens mira temeritate contempnit. sed
credo vivit in istis et in malae conversationis suae morte consilium, et potest optare
Isai. 8, 12. quis alteri quod ipse iam perdidit. nunc recte vobis cum profeta dicam: 'omnia quae
loquitur populus iste coniuratio est, et timorem eius ne timeatis neque formidetis.'
24 facessat a nobis qui in vobis est pruritus iste linguarum, quos vere idem profeta
Isai. 10, 1. arguit: 'scribentes iniustitiam scripsistis'. non nos beatum Petrum, sicut dicitis, a
domino cum sedis privilegiis vel successores eius peccandi iudicamus licentiam
suscepisse. ille perennem meritorum dotem cum hereditate innocentiae misit ad
posteros. quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet quos par con-
25 versationis splendor inluminat. quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantae
dignitatis adtollit, in quo si desint bona adquisita per meritum, sufficiunt quae a loci p. 335
Iohan. VIII ep. ad Bercar. decessore praestantur? aut enim claros ad haec fastigia erigit aut qui eriguntur
inlustrat. praenoscit enim quid ecclesiarum fundamento sit habile, super quem ipsa
26 moles innititur. sed hinc actibus vestris caelestem potentiam putatis esse suffragio,
quod ad praesidium beati apostoli adiutricem, ut dicitis, dexteram commodatis. nescitis,
stolidi, solem facibus non iuvari nec ad praesidium diurnae lucis lychnos adcendi?
Psalm. 7, 10 al. scriptum enim est: 'scrutatur corda et renes deus'.

27 Sed in illa parte quis argumentis vestris audeat respondere, nisi quia sine arte
dicitur verum et fides mendacio sermonum technis adsuitur? 'cur' inquiunt 'ad prin-
cipem convenistis, si audiri non licebat inpetitum?' sic vos in stuporem pecualem
peccati nebula aut divinus horror oblimat, ut verecundam excusationem aut fraude
28 mens vestra transeat aut beluarum pressa hebetudine non agnoscat? an forte aliud
putatis fuisse, quod dictum est, ipsum debuisse synodum convocare, cuius opus erat
officio, ut vos videlicet per pontificale examen sententia divina percelleret, quos a
capitis sui conpage in salutis detrimento insanus fervor absciderat?

29 Post Esau mentionem operi vestro nescio verbis an latratibus indidistis, con-
parantes ei antistitem vestrum, qui senioris naturae beneficium unius cibi commutatione

---

1 prohibitis *B* archeatrum *BV*[1] 2 rennuetis *BVLS*, renuetis *AT*, rennuitis *CPb* 3 sint] sunt *B*[1]*V*[1] 4 medillam *B*, medelam *ceteri* 5 immores *B* propheta *A* sit *om. b* 9 uiuet *B* 10 propheta *A* 11 timore *B*[1] neque] nec *CPb* 12 procul sit a nobis facessat a nobis qui *B*, facessat procul a nobis a nobis qui *A* proritus *B* propheta *A* 13 scribsistis *B* 15 dotem | ••• cum *B* 18 attollit *VA* adquaesita *B* 20 eclesiarum *B* 21 molis *B* 22 commodatis *om. B*[1], quomodatis *ant. lin. B*[2] 23 lychnos] lignos *B*, lignos *sup. scr.* ch *V*, licghnos *L*, lichnos *rel.* accendi *VA* 24 scribtum *B* 25 audeat argumentis uestris *b* 26 technis] tegnis *codices* adsuetur *B* tegnis fraus uel caliditas (?) adsuitur *A*, tegnis adsuitur id est fraus uel calliditas *S* 27 audire *B* 28 nebulae *B*, *recte fort.* excausationem *B* horror] error *S* 29 mens uestra] mensuram *ARS* hebitudine *codices* 31 diuina *om. Sirm.* percelleret] procelleret *B*, perceleret *VL* 33 postes augmentationem *ARS* indedistis *B* 34 vestrum] nostrum *Sirm.* seniores *B*[a]

---

13 *Acta syn. c. 9:* quod possessor eius (sedis) quondam beatus Petrus meruit, in nobilitate possessionis accessit.

27 *Anonymus Veronensis (Blanchin. Anastas. IV p. LXIX):* hoc palam pro eius (Symmachi) defensione clamantibus, quod a nullo possit Romanus pontifex, etiamsi talis sit qualis accusatur, audiri. — *Relatio episcoporum ad regem (Thiel. l. c. pag. 677):* res nova est et pontificem sedis istius apud nos audiri nullo constat exemplo.

p. 326 perdiderit et primogeniti canam dignitatem amiserit faucibus obsequendo. ad ista quid
referam, qui ex omni obiectorum parte concludor? quis rogo vestrum Symmacho
benedictionem, dum patri plus deservit, eripuit? cui tantorum munerum Iacob voce
est conlata nobilitas? quis ex vobis caeci parentis desideriis pariturus occurrit? quis 30
vestrum devotione sua genitorem venerabilem captum oculis nulla fecit lucis damna
sentire? nonne conlatione tenebrarum vestrarum nox putatur per sudum rutilans iubar
ostendere et omnis obscuritas actibus vestris conlata decorem solis adsumit? praeterea
tunc Iacob quamvis congruentem moribus fili benedictionem tamen contulit iam
promissam. nunc quid his longius inmoramur, cum docendi non sint qui calces 31
stimulis intulerunt? credite mihi, pacis inimica sunt, inpugnationi non sunt idonea
quae profertis.

Sed sequitur vinculum cum aenigmate, quod nescio qua replicationis arte solvamus.
Tullianae enim profunditatis pelagus ingressi cumbulam nostram quaestionum flatibus
per litorum incerta transmittunt. in qua tamen Christo clavum tenente portum ingrediar
et singillatim de turbinibus vestris universa discutiam, habiturus in ductu illorum
facultatem, non meam. aiunt enim: 'si vera est episcoporum adsertio, sedis apostolicae 32
praesulem minorum numquam subiacuisse sententiae, cur ad iudicium districta con-
ventione productus est?' multum quidem annosa hic in nobis laborat infantia, cui ille
p. 327 advocandus est, qui ineluctatae nobiscum semper pondus propositionis exsuperat, cum
manifeste pro sacerdotibus cum profeta clamitem: 'numquid gloriabitur securis contra Isai. 10, 15.
eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam?' ut sit mihi
illud suffragio divinum oraculum: 'quomodo si cessavit exactor, tributum quiescit: ita Isai. 14, 4. 5.
contrivit dominus baculum impiorum.' tribue, domine, quod praedixisti in illis, ut 33 Isai. 19, 14.
'sicut errat ebrius et vomens', ita pereat incredulus qui infideliter agit. propter hoc 21, 2.
profeta vobis insultans vociferat: 'audite verbum domini, viri inlusores.' quisquamne Isai. 28, 14.
causarum ex praecognitione sancit eventum et rabidis terminum positura conflictibus
sic metitur, ut pernix decisio, dum inquisitione esse senior innotescit, favorem consentis
accuset? nunc paulisper ore actibus annis indignus pontificali voce vos arguam: nos, 34
qui statuta nostra non una apud vos voluimus lance constare, quibus de inpugnatorum
qualitate lati sunt canones, apud quos nefas est cana patrum definita transcendere,
quibus scriptum est in Carthaginiensi concilio, quod apostolicae sedis per Faustinum conc. Carth. VII 4.
episcopum, qui tunc ab ea missus interfuit, probavit auctoritas: 'accusatoribus de Isid. Sixt. I ep. § 3 al.
inimici domo prodeuntibus non credendum', in quibus odio succensa vicinitas per 35
nutrimenta arida flammam persecutionis exsuscitat et universam doli fabricam sumptu
et machinis cohaerentibus secreta dispositione conponit. istos quae domus evomeret
p. 328 qui scire potuisset nostra collectio nisi praesentes? et inpugnationis qualitatem unde
nisi ex scripta propositione didicisset? in quibus sentinam criminum, dum simulato
ferunt persecutionem se debere criminibus, agnovisset?

Post illa, quae de accusatoribus prolata sunt, addidistis: cur personae iussae sint 36
praesentari, quas saepe imperialis flagitasset auctoritas, ad defraudationem genii

---

3 uoce] uice *edit. Colon. concil. et Sirm.* 8 Iacob] Isaac *prop. Sirm.* fili *B*, filii *ceteri* 12 enigmate *V*, inigmate *B* 13 cumbulam] conbulam *B¹VL*, cinbulam *B²*, copula *CPb*, sterilitatem *in mg. V²* conbula nostram sterilitatem q. *A*, sterilitatem confabulam nostram q. *S*, cumbulam nostrae sterilitatis q. *R* 15 sigillatim *TCPb* 17 destricta *B* 18 perductus *AR* 20 propheta *A* 21 qui///trahit *V* eam] eum *Bᵃ* 25 propheta *A* 27 inquisitioni *B* 29 statuta nostra] statu nostro *Bᵃ* uoluemus *B*, uolumus *TCPb* 30 diffinita *CP et Sirm.* 31 scribtum *B* chartaginiensi *BVL* 32 approbauit *Sirm.* autoritas *Bᵃ* 35 machinis coh. (isc *in lit.*) *B* disposione *B* 37 scribta *B* dedicisset *B* 38 ferunt] fuerunt *B¹* 39 illo *BV¹* addedistis *B* cur quod personae . . . ? *scribendum esse puto* 40 defrudationem *B¹*

---

16 *Acta syn. c. 2:* [pontifices suggesserunt regi] . . . nec antedictae sedis antistitem minorum (*vulg.* minimorum) subiacuisse iudicio.

pertinere eius, qui nunc in sede apostolica quasi in quadam arce consistit. vere vobis
Sapient. 9, 5. 10. dicit Sapientia: 'homo infirmus et exigui temporis ad intellectum non perveniet, sed
Prov. 15, 32; 10, 21. laboret, ut sciat quid acceptum sit apud dominum' et iterum dicunt Proverbia: '⟨qui⟩
37 odit se qui neglegit studia', 'inperitis enim obviat mors'. quid illam quae ex viperina
scientia descendit ignorantiam fingitis? quid adhibetis mira latrocinandi arte praestigia
Ioh. 8, 44. simplicitatem fronte monstrando? de vobis vere dictum est: 'qui loquitur mendacium,
ex propriis loquitur'. istam laetitiae faciem ex iudiciorum censura venientem vafra
provisione sacerdotis vestri oculis abstulistis, ut eum talibus adversus acies vestras
instructum munitionibus et innocentiae ⟨in⟩ testimonio orbis tela deferentem ab ipsis
iudiciorum adytis pelleretis, providentes ut nec sine inpugnatione insons viveret nec
38 haberet solacium de incorrupta iudicum inquisitione pulsatus. vos praefato et dedistis
et invidistis examen, cum uno eodemque itinere a vobis disceptationum dubia subire
et prohibetur et cogitur et per singularem callem ad causam arcendus evocatur, ne p. 329
manifestam salutem aut non lacessitus obtineret aut subriperet absolutus. adulescentiae
Sen. Med. 459. meae memini me legisse temporibus de quodam dictum: 'exuli exilium imperas nec
Isai. 14, 16. 39 das'. vos inpetit profetae sententia: 'isti sunt viri qui conturbaverunt terram et qui
ib. 18, 5. concusserunt regna' et iterum: 'excidentur ramusculi eorum falcibus, et quae derelicta
ib. 30, 13. 14. fuerint, abscidentur' et rursus: 'dum non speratis, veniet contritio vestra et comminuetur multitudo vestra, sicut lagoena figuli'. nec non profeta ad hanc causam
ib. 31, 3. specialiter locutus intonuit: 'dominus inclinabit manum suam, et conruet qui fert malis
40 auxilium et cadet cui praestatur auxilium, simulque omnes consumentur'. redeo tamen
post vetusta exemplorum suffugia ad novellas canonum definitiones. clamat in alio
conc. Carth. VII 2. loco Carthaginiense concilium: 'quascumque ad accusationem personas leges publicae
Isid. Euseb. ep. § 3, al. non admittunt, his inpugnandi alterum et nos licentiam submovemus'. quaero a vobis,
viri quibus indita est ad unguem polita perfectio, cuius condicionis fuerint ista man-
41 cipia, quae postulata scriptis principalibus intimastis? si ea servilis adhuc in potestate
alterius catena retinebat et nulla ab obscenae obligationis conpedibus vestigia in
libertatem missa laxabant, vel vobis disceptantibus fidem aliquam praedictorum verba
portassent? sed, credo, replicabitis: veritatem, quam sponte prolata in illis vox habere
non poterat, hanc diversis crucibus e latebris suis religiosus tortor exegerat, ut, dum
42 poenis corpora solverentur, quae gesta fuisse noverat anima non celaret. sed quaeso p. 330
primum ad leges publicas, deinde ad iudices ora convertite, qui possunt in defensione
sua sic eloqui: nos, quos dei servitium post istarum rerum abiectionem fecit ingenuos,
qui servulorum insultantium contumelias aut despicimus aut ridemus, quibus scriptum

---

1 arce] arche *B*  3 qui odit] qui *om. ARS et Sirm.*  4 neclegit $B^a$  quid enim illam *Sirm.*  5 discendit *B*  fingites $B^1$  adhibitis *B*  arte falsitatem uel dolositatem praestigia *AR*  7 vafra] callida *AR*  8 vestri] nostri *Sirm.*  9 monitionibus *B*  in *om. B, cf. p. 48, 2*  10 adytis] aditus *B*, aditis *ceteri*  pelleritis *B*  neo sine $B^a$  ne haberet *VLR*  14 aduliscentiae *B*  16 prophetae *A*  18 abscindentur $C^1b$  speratis] prosperatis *B*  19 lagoena *R*, laguena *VA*, laguina *B*  propheta *LA*  20 inclinauit *BR*  corruet *V*, conruit *B*  22 suffugia] suffragia *CPbS*  23 carthaginense *V*, chartaginense *BL*  24 *post* submouemus *add. Isidor.*: et nullae accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis, quae legibus saeculi prohibentur *(ut in Euseb. ep. cit.)*  25 cuius] cu *in lit. B, del. et iterum sup. scr. m. 2*  fuerunt *b*  26 scriptis] scribitis *B*  27 oblegationis *BVLTAS*  29 habere] hare $B^1$ (be *sup. lin. m. 2*)  30 crucibus] cruciatibus *Schott in mg. et Sirm.*  exigerat *B*  33 quos] qui $V^1$  post] pro *AR*  abiectione *BAR*  34 dispicemus *B*  scribtum *B*

---

23 *Acta syn. c. 5:* aliud [erat in libello accusatorum], quod per servos de his, quae obiciebant, se eum loquebantur posse convincere addentes, ut ipse mancipia traderet, quibus, quantum illi asserebant, posset in iudicatione superari. quae res canonibus et ipsis publicis erat legibus inimica, cum patrum statuta sanxissent, ut quos ad accusationem leges saeculi non admittunt, iis dicendi in cognitione vel adsequendi aliquid neganda esset licentia.

est de famulis per apostolum: 'mementote quia vester et illorum dominus in caelis Ephes. 6, 9.
est', ad haec saeculi mala revocabimur? faciendum a nobis est, quod facientem alterum
profanum esse contendimus? quod per ministerium iussionis et manus alienae incestaret
aspectum, nostro peragetur imperio? nolite hanc adversus universas ecclesias mentem 43
rapacium luporum more et natura servare, quia postquam nos maculasset forte pro
desideriis vestris cruenta discussio, effectum in his, quo tenditis, non haberetis, dicente
vobis profeta: 'ponamus circulum in naribus vestris et frenum in labiis, et reducamus Isai. 37, 29.
vos in via qua venistis', qui eodem profeta adserente inpugnamini, qui dicit: 'erunt ib. 41, 11.
quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt vobis'.

Hoc etiam novo adversus nos subdidistis inventu, ipsum dominum et redemptorem 44
nostrum servorum subisse iudicia et caeli operatorem particulae cuidam sponte sub-
iacuisse terrenae, dum testatur et loquitur: 'homo Iuda et qui habitas Hierusalem, Isai. 5, 3.
iudicate inter me et vineam meam'. hoc etiam beatum Petrum, hoc Paulum apostolum
p. 331 non horruisse narratis, et illa vestra elegantia ad ius pertrahitur exemplorum nexibus
praecedentium, quasi vobis in hac parte remanserit cum renitente contentio et validis
facundiae vestrae digitis exigantur oblata. Samuelem etiam profetam mirificum de 45
conscientiae suae serenitate vulgi dicitis inplorasse testimonium. quid enim Samuel
dixit? scire dominum, quod nullius umquam substantiam, nullius pecus abegisset, I Reg. 12, 3.
adversatum se muneribus et, quod est supra hominem, sponte venientia dona vitasse,
providens scilicet, ne per suspicionum praeiudicia opinionis damna pateretur. postre-
mum sub divina adtestatione patefecit innocentiam, ne humanum subiret examen.
redemptor noster iudicium, quod inter se et vineam suam optat evenire, dum vestra 46
in praesenti negotio mala respicit, magis inplorat. sanctus Athanasius Alexandrinae
urbis episcopus, dum participum vestrorum argueretur invidia, agnoscens sibi per
contumeliarum multitudinem exercitium contingere, non timorem, vere ad coronae
pretium iunxit quod de dignitate submisit, et ante caelestem de absolutione sententiam
personam rei innocentiae bonus aestimator inplevit. sic enim Christi milites sudore 47
suo honorum sibi incrementa parturiunt, dum concessa fastigia celsiore humilitate
castigant, inde laudum cumulos mercaturi, unde indepta culmina sublimi parcitate
moderantur. sed quamvis beatum Athanasium Romano antistiti, quantum nosse datur,
p. 332 inparem locus ostendat, facto tamen in negotiis conparantor: ille praesto fuit iudicibus: 48
iste, quantum et vos dicitis, advocavit. ille intentatam discussionem ut dei famulus
non refugit: iste triumphi sui spem in discussorum collectione constituit. sed quid
his longius conlationibus inmoremur? iudicia et iste voluit amavit adtraxit ingressus
est et, quod posset fidelium corda doloris iusti aculeis excitare, venerando concilio
auctoritatem etiam contra se, si mereretur, indulsit. quis in hac allegationis ipsius 49
fronte nesciret fultum ad coepiscopos puritatis testimoniis convenisse, qui hoc, quod
districtioni eorum minus licebat, exhorruit, aestimans illud magis quolibet modo labe-

---

1 in caelis est dominus *Sirm.* 3 esse] esset $V^a$ 4 peragentur *B* aduersus *B*, ad *ceteri* eclesias *B* 6 tendites $B^1$ haberetis *scripsi*, haberet. sed *libri* 7 propheta *A* 8 in uiam *Sirm.*, ad uiam *b* propheta *A* 10 inuentu *B*, inuento *ceteri* 14 illa uestra eligantia *B*, illam uestram elegantiam *ceteri* pertrahetur *B*, pertrahitis *ceteri*; *cf. p. 58, 10* 15 praecedentium *scripsi (cf. p. 56, 22)*, praecedentem *codices* ualidis (di *sup. lin.*) *V* 16 prophetam *A* 18 quod (o *ex* d *corr.*) *B* abigisset *B* 20 post tremum *B* 21 attestatione *V* 23 atanasius *BVL* 24 episcopis *B* 27 milites christi *AR* 29 cumulus *B* 30 atanasium *BVL* 31 conparantor *scripsi*, conparantur *libri* 32 discissionem (cis *ex* cut *m. 1*) *B* 33 spem *B*, *om. ceteri* 34 attraxit *V* 35 possit *B* fideli *Sirm.* 38 districtioni *(ultim.* i *sup. lin.) B*, districtionem *ceteri*

---

36 *Acta syn. c. 3:* [Symmachus] auctoritatem ordini colligendo, sicut poscebant ecclesiastica statuta, in omnium qui ibidem convenerant episcoporum praesentia se dare professus est.

factandum, quod statuisset censor invalidus? quid praefatum incessitis canina loqua-
citate? quid laeditis non merentem? votum eius est quod vestrum putatis esse
50 terrorem. sed astutius in vobis quam in Athanasi adversariis novelli virus serpentis
insibilat. illi nescierunt quod vos optime calletis, qualiter triumphus tolleretur inpetito.
illi provocatum, ne audiendus non occurreret, formidabant: vos moram quam habebant
examina non ferentes venientem iaculis reppulistis et taedium vobis de sententia
praeparatum armorum ultricium adsumptione conmutastis. o malorum commemoratio,
quae vocem et praestat et subruit, dum ⟨illos⟩ quos in clamorem coegerit, eorum etiam
gravitate facti verba confundit.
51 Quis patiatur vos aequo animo garrientes? ergo nos secundum adsertionem
vestram novellae utilitatis commoda non amamus, dum definitis senioribus praestamus p. 333
obsequium? hic tota ingenii vela suspenditis, hic resupinae cervicis ex secessu pectoris
quidquid habuit flaminis ructus evomuit. aiunt enim: 'Moysi a vobis ieiunia et Helisei
miracula quae egit, dum mortuum suscitavit, si annosa tantum sectamini, condemnantur'.
52 quid hic rationis invenit scrutator idoneus? non si auri pallidus inquisitor occurrat,
in sensibus vestris latentium venarum motus inveniat et insuetis lucem latebris ser-
monum fossor admittat. idcirco ergo cana miracula non probamus, si iuvenilibus con-
sensum non praebemus excessibus? si servum domino, discipulum magistro evangelii
memores subiugamus, quidquid potuit prodesse neglegimus? alia sunt, inprobissimi
hominum, quae ad usum recentem sine iniuria vetustatis adhibemus.
53 Novam deinde culpam et quam investigatio nostra transierat reclusistis: 'quare
papa sine exempli instituto praecedentis synodum convocavit, ut de criminum eius
obiectione cognosceret?' post haec nos falsitatis arguitis, cur a principe, quae in
54 praefato negotio scripta sunt, dicimus postulata. praesta, domine, ut labyrinthi huius
sine errore sinuosos superemus amfractus; dirige semitam, quam flexilis coluber iuxta
Psalm. 45, 8. fabricam proprii corporis aut mentis operatur, ut vere dicamus: 'dominus virtutum
Prov. 21, 31. nobiscum, adiutor noster deus Iacob', et cum Solomone exultemus dicente: 'equus
55 paratur in die belli: apud dominum est autem omne praesidium'. superforaneum quidem
ib. 26, 4. est absurdis respondere propositionibus dicente profeta: 'ne respondeas inprudenti ad
inprudentiam eius'. sed si quid contemptus transierit, vereor ne quasi validum putetur
non tetigisse formido. melius nobis est cum beato Paulo insultationis causas incidere p. 334
II. Cor. 12, 11. 56 et plena voce testari: 'factus sum insipiens, vos me coegistis'. hoccine ergo nullo
constabat exemplo, ut sacerdotum papa concilium convocaret, cuius arbitrium est

1 incessetis *B*, incessistis *CPb* loquacitate] colacitate $BV^{1}S$, colaudate *A* 2 ledites $B^{1}$, 3 astutius *necessario cum edit. Colon. scribendum est,* astutior *libri* atanasi *B*, atanasii *V*, athanasii *A* 4 tolletur *B* 8 illos *aut eiciendum aut in* illa *corrigendum* 12 suspenditis $B^{a}$, suspendites *(sic)* $B^{b}$ 13 quicquid *V* habuit spiritus flaminis *AR* moysin (moysini?) *B* elisaei *A* 16 motus *ARS*, motos *ceteri* 17 iuuenibus *B* 18 bemus excessibus .... magistro *om.* $V^{a}L^{1}$, *in mg. inf. suppl.* $V^{b}L^{2}$ euuangelii *B* 19 subiungamus $C^{1}Pb$ quicquid *V* 23 arguetis *B* 24 scribta *B* laberenti $BL^{1}$, laberinti *ceteri* 25 sinuosus *B* amfractus *VLAS*, amfractos *B*, anfractus *rel.* 27 solomone *B*, salomone *ceteri* 28 die *BCPb*, diem *rel.* superforaneum] superuacuum *AR* 29 propheta *A* 30 transierat *VLTCPb* 31 est nobis *Sirm.*

2 *Acta syn. c. 3:* sanctus papa Symmachus .... de evocatione synodali clementissimo regi gratias rettulit et rem desiderii sui evenisse testatus est.

6 *ibid. c. 6:* papa ut causam diceret occurrebat. qui veniens ab inruentibus turbis aemulorum suorum ita tractatus est, ut multis presbyteris, qui cum ipso ierant, per caedem ipsam mortis fuisset occasio etc. *Symmachus ipse in relatione episcoporum ad regem (Thiel p. 677):* cum convenirem cum clero meo, crudeliter demactatus sum *et in apolog. adversus Anastas.:* inter imbres lapidum tutus evasi: iudicavit deus *(quae verba huc spectare nequidquam negat Thiel p. 702 not. 10).*

collectio synodalis? aut parva erant, quae de vestris cum hac multitudine facinoribus
damnarentur? nonne directa verba sunt canonum, quicumque clericorum ab episcopo canon. 8 quaest. 4.
suo ante sententiae tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam eum manere
censuram? ad huius rei ministerium devotum deo oportuit agmen occurrere, ut perditi 57
et profligati gregis ulceribus medicorum exercitus subveniret, quia quotiens morborum
violentia celeri gressu ad animae secreta festinat, obvias manus adferre non potest
salutare consilium nisi ex collatione multorum. nam et hoc a rege nostra poposcit
allegatio, ut abscisis clericorum praeiudiciis de accusatorum papae merito per humanum
os supernum iudicaret imperium. videamus tamen, si placet, et illas didascalici libelli 58
vestri relegamus argutias: habentibus etiam nobis ante oculos patrum sanctiones (quibus)
excessuum vestrorum sentina ponderetur. lex ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum,
priusquam sub luce obiecta constiterint, exigit non relinqui. vos vero divini, ut puto,
iuris memores, qui levia errata despicitis, qui peccati nobilitate gaudetis, ne una vos
p. 335 ex desertione sacerdotis culpa respiceret, accusastis cum incrementis delictorum. ad 59
hanc vos valitudinem ille, qui est praevius vester, adduxit, ut post desolatum, post
inpetitum pontificem sine ullius vigore sententiae totius pene Italiae inprobandam
antistitum crederetis esse censuram; quomodo quidam dixit de cohorte vestra:

festinantem animam morti non credidit uni. Lucan. 3, 751.

potesne, mens indocilis, criminum iam ditata successibus, a detestabili proposito velut
effeta feriari? ille vos his locupletes malis effecit, cui elationum copiae opes angelicas
sustulerunt et divinum censum nocendi quo exuberat thesaurus invidit.

Sed promissi memores universa, quae operi ipsorum recolimus inserta, tangamus. 60
arguitur stilo splendidissimo papa Symmachus, quare conventionem praeveniens cum
populorum coetibus examen intrarit et postea iudicia, cum evocatus quater fuisset,
spreverit. sic a vobis veri discessit affectio, ut mendaciorum nebulis orbis testimonium
putetis involvi et fallaciae peniculo depicta verba plus virium credatis habere, quam
veritatem Roma quam retinet? ergone ille disceptationem vel inportunus adiit vel 61
expectatus aufugit? ergone illam multitudinem devotae deo plebis non pro fidei
diligentia Christiana magis expectatio quam furor evocavit? quisquamne ad inferendam
violentiam currens lacrimas comites habet et qui studet esse formidini, vultum timentis
ostendit? multitudo illa iuncta sacerdotis officiis adtulit ad nos lamenta, non iacula, 62
p. 336 nec venit telis minax, sed fletibus miserabilis, una tantum intentionem vestram osten-
tatione gravatura, quia uberibus oculorum fluminibus demonstrabat, quam esset per
acerbitatem vestram condicio dolenda pulsati, et in sobrietate venerandi examinis
adflictione propria commendabat quem voce non poterat. sed habetis manifestum ex 63
hac re qui bilem furor adcendat, quia paene absolutus ad iudicia venit, pro quo orbis
inlacrimat. et dum rebus extraneam in praedictum invidiam sermone colligitis, paulisper

---

3 eum *RS*, *eum *B*, eum (in *sup. lin. add. m. 1*) *V*, in eum *LTCPb*, eum (eius *sup. scr. m. 2*) *A* remanere *CPb* 7 collatione] conso | latione *B*, *cf. CCLXIII, 13* 8 abscisis *b* per] pro *B*[a] humanum *Bb*, manum *ceteri* (manus *A*); *cf. p. 64, 6* 9 placit *B* didaschalici *B* 10 quibus *in VLTCPARS interpolatum om. B* 12 lucem *VLC et Sirm.* obiectu *B* 13 dispicites *B* 14 accusastis *BVCb*, accusatis *rel.* 19 potestne *b* indoctilis *B*[1] detestabli* *B*[a] 20 effecta *V*[1]*Cb* his *om. Sirm.* locupletis *B*, locupletos *VLR* 21 thensaurus *B* 22 memores ..... inserta *in mg. inf. suppl. B*[2] 23 arguetur *B* conuentionum *B*[a] 24 intrarit *scripsi*, intrauit *codices*, intrauerit *Hartel* 25 spreuit *b* orbis *B*, urbis *ceteri*, uerbis *AR*, *cf. p. 54, 9 57, 36 10, 33* 28 deo *sup. lin. add. B*[2] 30 studit *B* 31 attulit *V* 36 accendat *V* 37 collegites *BV*[1], collegitis *V*[2]*LR*

---

24 *Relatio episc. ad regem (Thiel p. 676):* ad papam qui impetebatur quater consacerdotes nostros ex secunda synodo direximus, ut ad iudicium conveniret; sed occurrere se audientiae nostrae penitus non posse testatus est. — *Anonym. Veron.:* iterum et tertio secundum regulas, ut ad synodalem conveniat audientiam, per antistites admonetur nullumque dignatus est dare responsum.

reverentiae nostrae diu cervix superba submittitur. sacram enim congregationem tunc
vocatis, quando extinctorem nostrum Symmachum vultis adserere, et crudeli pietate
64 honori nostro putatis adcrescere, quod residens in ecclesiarum arce perdiderit. nos
ista non solum non sensimus, sed diversa sentimus. ad alios magis tutelae vestrae
venena convertite. non habet testimonium defensoris, qui repugnanti inpendit oris
obsequium. perdit quam esse putat beneficii gratiam, qui aliquid praestat invito, quia
non est munus nisi quod velis accipere.

65 Nunc longa non opus est admonitione iam perditis. odium debemus operi, de
Isid. Euseb. ep. § 5. cuius iam non superest quod damnetur auctoribus. mulierum turbas, adseritis urbanis
coloribus, cum praefato ad iudicia convenisse, et illa vestra subtilitate ostenditur sexus,
Cic. Cael. 3, 6. 66 qui maiorem antistiti debuisset affectum. profanissimi hominum, scriptum retineo: 'aliud
Isai. 30, 12. 13. est male dicere, aliud accusare', et profetam dixisse: 'reprobantes verbum sperastis
in calumnia et in tumultu, et estis in eo: propterea erit vobis iniquitas haec sicut p. 337
ib. 49, 25. interruptio', quia pro nobis dicit deus: 'eos vero, qui iudicant vos, ego iudicabo'.
ib. 51, 7. et iterum ad servos suos dicit: 'nolite timere obprobrium hominum et blasfemiam
ib. 57, 3. 4. eorum ne metuatis'. rursus etiam vobis clamat: 'accedite huc semen adulteri et
fornicarii. super quem lusistis, super quem dilatastis os et eiecistis linguam? numquid
non vos fili scelesti estis, semen mendax?'

67 Quae quibus copulatis, advertite, dicentes: 'indicta causa, derelictis defensoribus
papa discessit', fori nobis in negotio praesenti et platearum quarum estis hypocritae
exempla proponentes. nobis sriptum est per Paulum apostolum, quibus crucifixus est
Gal. 6, 14. mundus, quid illis cum foro? sed ista nescitis aut, quod est gravius, nota contempnitis.
68 peregrinum credo aliquid et a ratione separatum postulans papa discessit. nonne hoc
speravit pro statu labentis ecclesiae pastorali cura constrictus, quod et religiosa provi-
dentia et causae ipsius ordo flagitabat? quae enim iudiciorum forma praecesserat, ut
vobis, hostiliter disruptis et iam per suggestionem vestram sublatis ecclesiae opibus,
qui diu fuerat cibus esurientium, famis mancipium videretur effectus, dum alimentis
distributor egebat, ut fieret in dominatu servitus et in servitute dominatus? quae hoc
69 qualitas praecedentis aevi per memoriam in medium transacta reddebat? qualis habuit
Isid. Sixt. I ep. § 6, al. effici ex censura convictus, in quo causam adiudicatio praecedebat? non fuit privi-
legium, quo spoliari potuit iam nudatus. unum vobis putastis residere in sacra p. 338
collectione subsidium, ut ad tuendorum inmanitatem criminum sacerdotes vobis comites
70 iungeretis et fieret inpunitum facinus pollutione multorum. numquam convenienti
tempore censor adsciscitur, qui ad decisum pene negotium convocatur. criminosi etsi
est meritum, tollit accusato, qui in eo plus furori suo vult licere quam iudici. dicit
Isai. 17, 14. enim vos inpetens profeta: 'haec est pars eorum, qui vastaverunt nos, et sors diri-
ib. 18, 2. pientium nos'. 'ite, angeli veloces, ad gregem convulsum et dilaceratum et populum

---

1 superba mittitur (sub *sup. lin. add.*) *V*, super submittitur (ba *sup. lin. add.*) *L* 3 eclesiarum *B* 4 ista] ita *B*[a] *R* 7 uellis *B* 8 perdistis *V*[1], perdidistis *CPb [cod. Darmst.*, perditi estis *Bamb. Isid. l. c.]* 9 adseretis *B* 11 scribtum *B* 12 prophetam *A* 14 deus] dominus *CPb* vero *om. Sirm.* 15 blasfemiam *B*, blasphemiam *R*, blasphemias *ceteri* 17 eiecistis] egistis *B* [egecistis *Isid. Euseb. ep.* § 5] lingua *B* 18 filis caelesti *B*, filii scelesti *ceteri* 20 decessit *b* yppocritae *B* 21 scribtum *B* 22 contempnetis *B* 24 eclesiae *B* relegiosa (r *ex* l) *B* 26 a vobis *prop. Hartel* et iam *discripsi*, etiam *libri* suggessionem *B*[1] sublatis] sublatibus *V*[a] eclesiae *B* 30 conuictus iudicatio in *AR* 31 quo *om. AR* resedere *B* 32 tuendam *malim* 35 accusato *B*, accusator *ceteri* 36 propheta *A* deripientium *B*

---

23 *Acta syn. c. 3:* [sperans ut] omnia quae per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio redderentur et tanti loci praesul legaliter prius statui pristino redderetur, et tunc veniret ad causam et, si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet. — *Symm. in relat. episc. (Thiel p. 676):* restaurationem ecclesiarum regulariter poposci.

terribilem.' ad vos angelus missus est, scilicet per sacerdotes, quorum voce atque 71
merito perferenda Christo dona suscipiunt et placato dominante inpetrata mortalibus
vota concedunt, per quos vobis oblata sunt munera repudiata concordiae, qui poenam
merentibus dilectionis praemia detulerunt, qui dum se considerant, in nullo quod
merebamini respexerunt.

'Quis eum' inquiunt 'vidit cum accusatoribus suis aperta, ut aiunt, pugna con- 72
fligere?' inpudentissimi hominum, quem cum quibus vultis decertare, respicite et
utriusque partis, si quid salutis in vobis resedit, loca tempora personas adtendite; et
si vos nefarie congesta cordis adhuc pravi non subegit opulentia, oculos ad deum
paulisper adtollite et vel brevi tempore sinistri monitoris iussa contempnite. agnoscitis 73
summi regis praeceptionibus vos in his, quae merito plectenda sunt, non muniri, quia
quamvis responsi qualitatem dictent dogmata postulati et petitio dum exsistit praevia
quae sint secutura describat, numquam tamen cassibus vestris libera regnantis verba
p. 339 cepistis, numquam ⟨desideriis⟩ per aucupia calliditatis imperialia vobis scripta militarunt.
quotiens vanis hiatibus nocendi inefficax morsus increpuit? quotiens de accusato quid-
quid spe tenuistis effugit, et vacuos imago praesumptione occupata deseruit? deo 74
gratias, qui hanc providentiam indidit ei, cui rerum humanarum summa conmisit. spes
certa quietis est et salutis perfecta in gubernatore sapientia. puppis, cuius magister
ad clavi regimen intellectus dote praeparatur, ubique stationem, ubique portum habet
in fluctibus. certa est generalitatis securitas, quando rempublicam nobilibus regit
artibus institutus. scit imperatoris nostri caelo infusa dispensatio obviam manum
famosis in fallendum ingeniis exhibere. labore apud eum non opus est, quem sortita
est olim nuda veritas defensorem. cessent impii conmenticia apud illum simplicitatem 75
fraude mentiri. quidquid se adversus iustitiam moverit, mox tenetur. nihil apud Isid. Euseb. ep. § 5.
praedictum tutius innocentia est. legatione valida utitur qui aequitati res congruentes
insinuat. quae gravis ⟨est⟩ plerumque principibus inpugnatio minus fidelium blanditiis
non legatur? sed haec deo melius narrantur, a quo frugis huius planta descendit.

Ad vos me reducit propositi operis non amica condicio, qui melioribus hactenus 76
operam volui navare sermonibus, dum captivam orationem exigit imperiosa necessitas. Isid. Ioh. I ep. ad Zachar.
dixistis enim: 'quomodo de causa vel qualitate eius primitus tractabatis, cum necdum
haberet synodus firmitatem?' o frontem dictionis inmundae et faciem libelli, quam
p. 340 non sola maculavit inperitia. tractatus nostri provinciam et narratis et quaeritis. hinc
eramus nempe dubii, quia, quemadmodum loquimini, non habebat synodus firmitatem:
transibat negotii qualitas audituros et plus adhuc remanserat in reverentia pulsati,
quam esset in nostri integritate collegii.

Deinde pro quaestionum tormentis venerabilem Laurentium et Petrum episcopos 77
a communione papae se suspendisse replicatis et, quidquid providit cautio convocatorum,
ducitis ad crimen inpetiti. ullone ergo tempore, dum celebrarentur ab his sacra
missarum, a nominis eius commemoratione cessatum est? umquam pro desideriis
vestris sine ritu catholico et cano more semiplenas nominati antistites hostias obtulerunt?
aliquando, quod capiti vestro adscribatur, facta est apud deum offensa per gratiam et
extitit nutrix veniae peccati mater oblatio? fuerunt quidem corporis tantum conventione 78
separati, quos loqueris, animarum tamen praesentiam non vitarunt. si eos putas a

---

1 adque *B* 7 hominum *CPb*, omnium *ceteri* 8 attendite *V* 9 opolentia *B* oculis *V*[a]
10 attollite *V* 11 muneri *B* 12 existit *V* 13 discribat *BVL* 14 coepistis *BVA*
desideriis *om. B*, *temere inserunt VLTCPARS* scribta *B* 15 quicquid *V* 24 quicquid *V* 25 tutius]
totius *BV*[a] 26 est *om. B*, *addunt ceteri* 27 huiusmodi *CPb* discendit *B* 32 hinc] hic *V*[a]
34 auditurus *B* 37 replicatus *BR* quicquid *V* cautio] causatio *B* 38 ullone (ne *in mg.*
*add. m. 2*) *B* 40 simiplenas *B*[1] antistitis *BR* 42 extitit] exultat *CPb*

consortio mutuo dissociatos, quos fibula religionis pio mordens dente coniungit, procul
Isid. l. c. te ab aestimatione catholica culparum duxit affectus. mandati caelestis habitatio nos
aut miscet aut separat. non interest quae intervalla nos segregent, si uno in superna
79 mansione conclave retinemur. vere hinc conicimus esse vos servos ventris et corporis,
et per hanc sententiae vestrae vilitatem declaratis mancipia vos esse terrena. scriptum
I Cor. 2, 14. est enim: 'animalis homo non percipit quae sunt spiritus'.

80 Post haec versis in fugam ordinibus lymphatici more sermonis addidistis: 'ergo p. 341
concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias, quia prae-
sentiam papae non habent, valitudinem perdiderunt?' legite, insanissimi, aliquando
in illis praeter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, et non de maioribus
81 negotiis, ad conlationem si quid occurrit, praefatae sedis arbitrio fuisse servatum. sic
Syn. Sardic. 3. enim habes: 'si quis episcoporum iudicio provinciali depositus fuerit, Romanum papam,
si placet, rursus appellet, et ipse, si videtur, reparet iudicia in opitulatione damnati'.
ecce enode est, quod ad laqueum praeparastis, nisi forte artissimis in illa parte nexibus
adstringamur et replicationum nobis itinera non patescant, dum callis ante pervius
dumetis novella interclusione vestitur.

82 His enim nos eloquii vepribus, dum gradimur per plana, retinetis, cum dicitis,
laesum principem, quare adtributum visitatorem contra ecclesiasticas regulas prima
voluimus fronte discedere et nihil amplius licere tunc vitiis, ne duresceret lolium, ne
profana messis nulla disciplinae ante maturitatem succisa falce decumberet et putaretur
licere quod iudices non vetabant. unde ex aperto constat, nulla vos extra praestantiam
piissimi regis, quam frustra desideratis noxae copulari, exemplorum auctoritate fulciri.
83 superest, ut et ipsum doceam in his excessibus, quod bono universitatis contigit, non
teneri, quia directum non occasionem litis nec fomentum iurgii, sed causam voluit esse p. 342
concordiae, praevidens scilicet, quod nisi simplicem iussionum suarum tutela vallaret,
cito in escam discidii toxica vestra subriperent. scriptum est enim: 'vir simplex credit
Proverb. 14, 15. omni verbo'. idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione violari.
84 praefatum ad beati Petri basilicam, mox Romam perductus fuisset, mandavit occurrere,
faciens de sacerdotis voto regis imperium. quis enim non putaret pontificem sponte
pariturum in ea parte, quam licere sibi princeps non credidit, etiam si vetaret? ibique
papam ab eo salutatum suo ore iussit adfari, ut traderet coepiscopo mancipia nullis
85 subdenda tormentis, servanda profecto ad disceptationem synodalis examinis. o casti-
tatem praecepti, quae dum facem praesentibus praefert temporibus, in umbram cogit
antiqua, quae rapit lumen veteribus inauspicato splendore novitatis! quis hoc lingua
dives cuiquam merito pauperi vel opinionis fabricator adiunxit? quis taliter commenticiis
86 laudibus locupletavit fama dominum actuum suorum veritate mendicum? non derogo
vobis descriptoribus, quorum beneficio contigit ornata ad nos maiorum gesta perduci:
sed dei beneficia non tacebo, quia princeps noster rebus superat decora sermonum.

---

2 habitatio] obauditio *R* 3 miscit *B* supera *Sirm.* 4 conicemus *B* 5 scribtum *B* 7 addedistis *B* 8 quodannis *B* praesentia *B* 11 conlationem] consolationem *B*, consultationem *fort.* 13 placit *B*[1] appelit *B*[1] 15 patiscant *B*[1] 17 vepribus] uepraebus *B*[1]*V*[1] 18 attributum *V* 19 et] ut *Hartel* liceretunc *B*, liceret hunc *ceteri*, liceret tunc *Hartel* 24 occasionum *B*[a] 25 ualliaret *B*[1] 26 subreperent *CPb* scribtum *B* 29 de] da *B*[a] imperiam *B*[a] 33 facem *sup. lin. add. B*[2] praefert] profert *B*[a] 34 antiqua *BA*, antiquam *rel.* quis hoc — adiunxit *intercid. apud Sirm.* 35 diuis *B* 37 discribtoribus *B*, discriptoribus *VL*, de scriptoribus *rel.* 38 superat *sup. lin. add. B*[2] decore *B*[1] sermonem *V*[a]

---

18 *Acta syn. c. 3:* sperans ut visitator, qui contra religionem, contra statuta veterum vel contra regulas maiorum a parte cleri vel ab aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione antistitum, sicut decebat sanctum propositum, prima fronte recederet.

obnoxiam linguis gloriam non requirit, ad laudem suam iniuriam credit esse quod
iungitur. respicite quasi libra qua dispensatione venerabilis causarum trutinator
inspexerit, ut cum petitioni vestrae effectus artifex praestaretur, in omnibus tamen
iura ecclesiastica custodiret. quae ad hanc aestimationem quamvis acutiora ceteris 87
corda sufficiant? uno tempore, una scriptione sine aequitatis detrimento desideria
p. 343 vestra supplentur, et eadem carta ad ministerium religionis et vestrum destinatur ad
gaudium. boni enim principis praevidit inquisitio, servilem adsertionem innocenti
examine non probandam. in electione enim venerandorum iudicum ipse accusantes
extra ordinem reppulit, ipse ad spem retulit accusatum.

Videamus tamen, ista si facta sunt, si dei inimici etiam terreni domini non 88
fuistis, dum Christum et regem parili temeritate despicitis et unus vobis ad utramque
contumeliam ductus est criminum. destinatus antistes ab ipso conplendae iussionis
confinio oris vestri spiris abripitur et ad incentivum confusionis aptatur, qui paci
militaturus advenerat. invisis beati apostoli liminibus ad usum furoris vestri iam 89
nescius sui advocatur, et illud, quod ex omnibus orbis cardinibus devotos adtrahit,
positum in vicinitate transitur. ecclesiarum fundamentum adire non permittitur structura
mediocris. tunc spem bonorum fructuum perdidit a radice separatus. dicatis forsitan, 90
apostoli genio decerpi, si putatur caeli civis terrarum locis includi. tamen quamvis
benedictio poscentibus ubique praestetur et exigat praesentiam martyris fides et devotio
supplicantis, negari non potest, diligentiae natali solo plus tribui et maiorem affectum
loca impetrare, de quibus ad superna transitur. quam fidem allegationi curationum
p. 344 multitudo iam praestitit? et utimur post obsidionem diabolicam testibus iam sanatis.
haec licet per redemptorem nostrum in toto orbe celebrentur, est tamen non modica 91
monumenti illius per frequentiam conparata nobilitas, quia per eum, qui hominem
mutavit in angelum, inlustrari potuit natura telluris. hanc visitatori vestro invidistis
gratiam, aestimantes quia errorum vestrorum sectator esse desisteret, si reverendae
passionis penetralia contigisset. — ecce non habetis in regia auctoritate subsidium;
ecce post caelestem commotionem iuste vos et principalis, quam sperni fecistis,
censura percellit.

Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio. 'visitatores' 92
inquiunt 'et aliis episcopis ipse dedit, et iustum est, ut facti sui lege teneatur'. non
vos in hoc titulo falsitatis incesso, diu mendaciis adhaerentia verba non arguo: dico
tamen, latorem iuris definitionis suae, nisi velit, terminis non includi, et nisi princeps
fastigii summa moderetur, frustra ad illud quod dederit ius vocatur. lex probitatis et 93
mentis est, quae hominem viventem sine lege castigat. proprie moribus inpendit, qui
necessitati non debet disciplinam. aliorum forte hominum causas deus voluerit per
homines terminare, sedis istius praesulum suo sine quaestione reservavit arbitrio. Isid. Alex. ep. § 7.
voluit beati Petri apostoli successores caelo tantum debere innocentiam et subtilissimi
discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. nolite aestimare eas animas 94
de inquisitoribus non habere formidinem, quas deus prae ceteris suo reservavit examini.
p. 345 non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipso factorum

---

1 gloriam (hd̄ sup. lin.) uenerabilis *V*, gloriam hd̆ uenerabilis *T*, gloriam munerabilis *AR*, gloriam uenerabilis *rel.*, *verba* non requirit — dispensatione *unus exhibet B* requiret *B* iniuriam] incuriam *Hartel* 2 iugitur *sup. lin.* n *B* trotinator *B* 3 inspexit *CPb* 4 eclesiastica *B* acusatio | ra *B* 5 sufficiant *B*, sufficiunt *ceteri* scribtione *B* 6 destinator *BV*[a] 11 dispicitis *B* 12 antistis *B* 13 incentivum *cum edit. concil. Colon. scripsi*, incentiuam *libri* abtatur *BVLA* 15 deuotus *B* adtrahet *B* 16 eclesiarum *B* structurā mediocris *intellege* ecclesiae, *nisi mavis scribere* mediocri 19 ubique (que *sup. lin.*) *B* 20 negare *codices* 28 commotationem *B*[1] 30 superest] est *sup. lin. add. B*[2] 34 fastigii *Pb*, fastidii *ceteri, cf. p. 63, 38* 37 praesulem *CPb*

utitur teste quo iudice. dicas forsitan: omnium animarum talis erit in illa disceptatione
Matth. 16, 18. 19. 95 condicio. replicabo uni dictum: 'tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo
ecclesiam meam, et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelo', et
rursus sanctorum voce pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe venerabilem,
dum illi quidquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse
Isai. 10, 3. designatur, de qua mihi videtur dictum per profetam: 'si haec humiliatur, ad cuius
fugictis auxilium, et ubi relinquetis gloriam vestram?'

96 Quid si inmunda mihi labia habenti et nullis succensi carbonis, ut Eseiae con-
cessum est, undis abluta ipsum ad possessionis suae tuenda privilegia Petrum apostolum
liceret evocare et quod agit precibus humana voce loqueretur! quem si audiretis,
Psalm. 4, 3. 4. haec diceret: 'fili hominum, usquequo graves corde? ut quid diligitis vanitatem et
97 quaeritis mendacium? scitote quoniam mirificavit dominus sanctum suum.' quid stabilita
Christi manibus cupitis fundamenta subruere? quid canum possessionis genium illius,
qui per culpas iuveniscit, ariete pulsatis, et divulsione ecclesiastici gregis novis me
Isid. Ioh. I ep. ad Zach. et post carnem passionibus subiugatis? inauditum sacrilegii genus est, quod mentitae
religionis honore coloratis. dehonestat venerandi reverentiam nominis, qui adiutorem
se in his, quae in deum iactat conmissa, pollicetur. contumeliae genus est, quasi in p. 346
Rom. 14, 4. solacio adesse sublimi, iuxta apostolum: 'tu quis es, qui iudices alienum servum?'
98 quid auribus inperitis inluditis et graviorem vindictae speciem facitis esse quam culpae?
si odium debetis excessibus, vos mundate. cur liberius condemnatis scelera quam
vitetis? sui inpugnator est, qui fornicationis officiis urguet adulteria et per animarum
Psalm. 72, 27. stupra carnis accusat. scriptum nempe retinetis: 'maledicti omnes qui fornicantur abs
te'. foeda ergo a nitore domini sui obligatione dissolvitur, qui statutis caelestibus
99 minus mera fide dependit officia. possessionis nostrae vobis, ut video, claritas movit
invidiam, quam simulata in malis possessoris indignatione transfertis, dum desudatis
inpendiis. arcem, qua fuistis conspicui, crebris labefactatam ictibus, nisi obsisterem,
proposuistis subruere et caelo stabilitam machinam, quanta sit, ostendere per ruinam.
100 nolite praestulari de clade vestra victoriam, nolite triumphum superando perdere meis
laboribus meo sudore quaesitum. quidquid ad tropheum ducit, obtinui: quidquid vos
inlustres faceret, in sede congessi. vobis tribuit claritatem fax ista, quam viperino
liquore putatis extingui. in perniciem propriam adcenditur qui sic saevit, ut gratiae
suae germina aut plantas abscidat. liberior iusto iracundia plus quam alios lacessit
101 auctorem. Symmachi quos vocatis excessus, si sunt, illa qua et vos expectatione
sustineo. nefas est peccantem patientiam iudicis non amare. quid nisi ultionem p. 347
flagitat, qui dum reus et ipse sit, vindictae in altero moras accusat? haec illis a me
Gen. 8, 21. vox debetur studiis, quia deum dixisse teneo, pronum esse hominem in malitia et
102 omnem carnem amicam esse peccatis. nolo occasione personae innumeris datura
dignitatem fiat in abiectione possessio nec, dum homo incessitur, lex divina frangatur.
mihi credite, si sunt istà quae dicitis, respicio, quia et in illis, de quibus nihil tale
Rom. 12, 19. dicebatur, quid fuisset inspexi. errat qui falli deo proximum credit: 'mihi vindictam,
103 ego retribuam, dicit dominus'. vos potius olim fili, de quibus spiritalis ventrem partus

---

5 quicquid *V* capud *B* 6 prophetam *A* 7 relinquites $B^1$ 8 successi (e *ex* i) *B* eseiae $BV^1$, isiae $V^2L$, isaiae *AR* 9 undis (s *sup. lin.*) *B* 10 uocare quod ait *AR* 11 haec] hoc *Cb* grauis *BR* 14 iuueniscit *BVL*, iuuenescit *rel.* diuulsione] diuisione *Sirm.* eclesiastici *B* nouis me] nouissime *CbA* 18 iudicis $BV^a$ 21 uitatis *b* urguit *B* 22 stubra $B^a$ scribtum *B* fornicatur $B^a$. 23 oblegatione *BVLT* 24 possessiones $V^a$ 25 mali *A* 26 i•ctibus (*eras.* e) *B* 27 subruere] obruere *Bb* 28 praestulari *B*, praestolari *ceteri* 29 quicquid *V (bis)* 31 accenditur *V* ut] in *ARS et Sirm.* 32 aut] ut *ARS et Sirm.* 33 auctorem] aucrem *B* excessos *B* 35 reus] retis $V^1L$ 38 nec *B*, ne *ceteri* incessetur *B* 39 de *B(?)b*, *om. ceteri* 41 et ego *CPb* fili *B*, filii *ceteri*

oneravit, ad abiuratam redite concordiam. pio vos sinu, sicut habuit hactenus, ecclesia
mater accipiat. numquam est sera correctio. scit diu expectare inmodico labore
quaesitos; nescit pro vilibus despicere magno pretio conparatos. multis gradibus
recursus est ad salutem: praeter desperantem nullus excluditur: fructus veniae proximus
est coronae. nolite Symmachum papam pressuris vestris iuvare: si reus est, mihi 104
credite, cum cessaverit humanae inpugnationis ministerium, divinum mox succedit
arbitrium. nonne in splendidissimi cognitoris lance praedicto aut poena debetur aut
praemium? syllogismos a me sermonum et schemata non quaeratis. antiquo adhuc
utor rete post hominem et inrisam a sapientibus saeculi cumbulam non reliqui. illa
me per mundi freta sustentat. ditat probatum in captione hominum rete, quod cernitis.
p. 348 Redite ergo, quia fuga vos nec dum essetis agrestes eripuit. currite ad ovile, ne 105
luporum vos exponatis insidiis, ne per moram amittatis gratiam sponte venientum, quia
contemptam invitationem gehenna subsequitur. ego si quid dulcedinis ut pater debui,
si quid districtionis ut adtributus a deo magister inplevi. providete ne diutius qualem- 106
cumque crucis meae angulum rara levitarum corona circumdet, ne dolenda etiam
extraneis in longum solitudo dominetur, ne labor uteri mei sterilitatis vice hostilem
peperisset familiam et numerosa proles per sinistros actus infecunditatem parientis
ostendat. pauca sunt quae adserui, sed quanta ex his pendeant aestimate. 'venite, Psalm. 33, 12.
fili, audite me: timorem domini docui vos.' Romam respicite, quam ab idolorum 107
servitute sine auri, sine argenti pretio liberam sanguinis Christi fecit effusio, cui etiam
meam servuli sui mortem iussit inpendi, quae per multa tempora famosis cultum
delubris exhibuit, quae diu venerata est in imaginibus daemonum quem laborante censu
indiderat manus magistra terrorem, quae suspexit potestatem numinum emptam pretio
metallorum, cui sublimiores deos peperit exercitatior manus artificis et divinitatem,
quam homo per fabricam contulit, apud homines dei habuit forma maiorem. ecce 108
iam Christo propitio ad novas fornaces simulacra redierunt; ecce iam de obsoleta
p. 349 superstitione usus vester accipiat quod laetetur, dum de veteri tonante nova merito
vascula praeparantur. quid hanc adnitimini interrumpere quietem? quid laedere vanis Isid. Pelag. II ep. ad
intentionibus felicitatem? excusationem non habet furor iste, si creditis. non interest Benign. 2.
quibus itineribus ad mundi principem currat qui a sancta unitate desciscit. pingues
hostias litat diabolo qui contristat ecclesiam. vanas ergo repudiate tendiculas: simplicem 109
habet defensionem pacis affectus: nimis armatus est, qui illa quae adversarius con-
cordiae ministrat tela contempnit: sufficit contra omnia iacula iurgiorum fidei nuda
oppositio. quid Eulali et Bonifati tempora, dum malorum solacium quaeritis, revocatis
in medium? quid incrementis excessuum praesentatis vetusta contagia et per iniquam
voluntatem senectuti in operiendis delictis facitis nil licere? alia tunc fuit causa 110
discordiae, et nisi narrando cogerer sustinere transacta, ostenderem vobis nullum Isid. Anter. ep. § 4.
evenire solacium de conparatione factorum, quia illos, quos ad pontificale fastigium
intentioni obsequens fervor evexerat, utrosque reppuli, hunc elegi; quia de illis teste
exitu nemo mihi placuit, de istis contra regulas nitentem profugum feci, provectum
legitime mundo inpugnante servavi. scitis ista nec nova sunt, quia, dum ille truditur,

1 oneravit *scripsi*, onerabit *B*, onerabat *ceteri* eclesia *B* 3 quaesitus *B* $V^a$ *CS*, quaesitis *LT* dispicere *BA* 4 disperantem *B* 8 scemata *B* 9 rete *B* $V^1$ *C*, reti *rel.* utor rete] ut horret *AR* 10 cernites *B* 13 dulcidinis *B* 14 attributus *V* 15 leuuitarum $B^1$ 16 sterelitatis *B* 17 peperisse *Sirm.* prolis *B* actos *B* parientis *B*, parentis *ceteri* 19 fili *B*, filii *ceteri* 20 liberam *sup. lin. B* 23 emtam *B* 24 sublimioris *B* deus *B* 27 accipiat *B*, accipit *ceteri* 28 adnitemini *B* laedere] ledere *B (et Isidori cod. Paris. 3852 l. c.)*, ludere *ceteri* 30 disciscit *BVL*, discordat *AR* 31 diabulo *B* ecclesia $B^1$ 34 eulali *B*, eulalii *ceteri* bonifati *B*, bonifacii *ceteri* reuocantes *B* 38 fastigium] fastidium $B^1 V^a L^a T$ 39 intentione $V^a A$ 41 scites *B* nec] non *b*

111 iste firmatur, vester mihi militavit adsensus. Deinde cur in perniciem vestram laeditis
Isid. Pelag. II ep. ad Benign. 2. sacerdotale concilium? cur laceratis sententiam, in qua inspirante Christo oracula
superna patuerunt et inter deum atque homines interpres extitit lingua pontificum? p. 350
quid generalis ecclesiae dolorem facitis quamvis in principali tamen in una conmissum?
112 illa enim caeli curia variarum dotibus aucta curulium et multo redemptoris nostri auro
ostroque decorata nihil in illa decisione auctore se protulit, sed per humanae linguae
ministerium divino militavit imperio. intellexit non esse suum quidquid inpulsa con-
stituit. nihil habet in illa sententia, nisi unde de sola devotione gratuletur. peregrinum
stilus sensit eloquium, inde sumens solam gloriam, quod infusa sibi et servavit et
113 coluit. quid his de exemplis evangelicis praeparastis calumniam? sicut de vobis
Isai. 28, 7. scriptum est: 'erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt iudicium'.
Isid. l. c. nam dum profanis memoratos verbis caeditis, et inscitiam proditis et livorem. isti
ergo resurrectionem corporis quam praedicant non credentes haereticis se miscuere
contagiis? isti quod abiurant linguis, corde sectantur? ergo quia dixerunt, eum
timendum esse, qui potest corpus occidere et animam mittere in gehennam, ideo a
114 fide aliena texuerunt? ecce profundam inperitiam! en beatum Lucam, cuius potestis
Luc. 12, 5. adsertione convinci, qui clamat: 'timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet
Isid. l. c. potestatem animam mittere in gehennam'. quis hic locus erroris, ubi congruentia pari
115 ductu exempli et historiae verba concurrunt, nec diversum est ab intellectu catholico
Terent. Andr. 941, al. et lectionibus quod profertur? numquam bene nodus in scirpo quaeritur; non involvunt
nebulae praedicantes lucis auctorem. resurrectionem ergo carnis non credunt, quia p. 351
posse corpus confitentur occidi qui peccatricem animam gehenna mancipari? densis
116 cor vestrum vepribus suffocatur et interna vitia aliis certat adscribere. Iohannis etiam
I Ioh. 1, 8. apostoli iactatis scripta violari, quia ex verbis eius dictum est: 'si dicamus quod
peccatum non habemus, mendaces sumus, et veritas in nobis non est'. de codicum
diversitate nil conqueror. ideo ergo corrupta sunt apostoli monita, quia non iunxerunt:
'nos ipsos decipimus' et quia iunxerunt: 'mendaces sumus', non solum divinae sed
etiam humanae rationis ignari? qui veritatem non habet, mendax recte censetur, nec
117 alia re nisi falsitate plenus est qui integritate vacuus innotescit. sed haec in vobis
non curanda sunt linguae oratione sed gemituum, nec magis sunt vobis exhibenda
verba quam lacrimae, quia liquido nocens est qui insontibus aut meritum culpabilis
aut nomen opponit. Reliqua obiectionum vestrarum capita non revolvam: praestat
Isid. l. c. silentio damnanda sepelire. nobilitatem dat facinoribus, qui ventilationem ipsorum
multiplici ad aures posteras relatione transmittit. beati Pauli est sequenda sententia,
II Tim. 2, 23. 118 qui monet per discipulum cunctos et clamat: 'inanes quaestiones evita'. multa enim
sunt in propositionibus vestris, quae ita faeculentis ulnis peccandi amor amplectitur,

---

2 laceratea $B^1$ 6 decisione *Hartel*, dicisione *B*, discissione *VLTCPS*, discessione *AR*, discussione *Sirm.* 7 quicquid *V* 9 sibi conseruauit *Cb*, sibi seruauit *Sirm.* 10 de *sup. lin. B* euuangelicis *B* praepastis $V^a$ 11 scribtum *B* ebrietatem *B* 12 cedetis *B* prodites *B* liborem *B* 15 a *sup. lin. B* 16 lucan *VL* 18 quis] quid $B^1$ 19 exempli• (*eras.* s) *B* 20 inuoluunt (inuolount $B^a$) nebule *B*, inuoluit nebula *ceteri* 21 praedicantes *B*, praedicate *VLTS*, praedicatae *ARb* auctorem *B*, auctores *ceteri* 22 qui *B*, quia *ceteri* gehennae *CPb*, gehennam *AR* mancipari (m *sup. lin.*) *V* 24 iactates $B^1V^1$ scribta *B* quod] quia *AR* 25 mendaces sumus] nos ipsos seducimus *AR* 26 conquaeror *B*, queror *ceteri* 30 sed • g. (*eras.* s) *B* 32 opponet *B* 33 sepelire *B*, sepeliri *ceteri* 34 relatione] religione $B^1$

---

15 *Acta syn. c. 9:* invitavimus senatum amplissimum quali oportuit legatione destinata monentes et instruentes, causas dei ipsius esse iudicio committendas, qui valet corpus occidere et animam mittere in gehennam, qui dicit: 'mihi vindictam et ego retribuam'.

24 *ibid.:* nullus est qui delicto careat, sicut Iohannes testatur apostolus: 'si dicam, quod peccatum non habeo, mendax sum'.

ut fiant indigna memoratu; plura levitas dehonestat, dum subductis eviscerantur verba
p. 352 vestra ponderibus et de religionis causis elocutio ventosa conponitur, auris congruam
sortita gravitatem, quae in palearum abundantia nihil est horreis inlatura de tritico,
dum infecundam frugibus culmorum parturit ubertatem et spem de herbae luxuria
mentitur agricolis. de quibus nihil lucri ventilabra reperiunt igni debita incendioque
peritura, de his scriptum est: 'dormierunt viri somnium suum, et nihil invenerunt'. Psalm. 75, 6.
nihil est, carissimi, pace dulcius, si tamen saporem eius non plenum amaritudine 119
pectus excludat. breviorem quidem admonitionem debueram, quam prolixam non
parva vestri consideratio et diu in vobis iurgiis exercitata frons protulit. usus est
multa peccantium stricta adlocutione non corrigi, et effusionem plurimi quam in delictis
habuerunt, in monitoris sermonibus hanc requirunt. me satis est et diligentiae vestrae 120
et iussis caelestibus obsecutum. in his, quae secutura sunt, locum sermonibus non
relinquam, quia haec refero, mundi caput Romam per vestras intentiones esse pro-
stratam et nutricem pontificii cathedram quasi ultimum videre sedile despectam'.

Cuius vocem beatus Paulus excepit et illa qua semper usus est eloquii intonuit 121
libertate, apostolorum principem lenitatis incessens, quod fluxis et profligatis mentibus
parentis adhuc servaret affectum nec in profundum ductis ulceribus ferro medicante
succurreret, rescindenda docens lamminis secreta morborum et manifestae desperationi
p. 353 salutiferum esse vulnus adhibendum, ne dum manus medici per impietatem a sectione
carnis corruptae suspenditur, de abstinentia teli invitetur exitium, quia dum parcit
aegris dextera, curandos interficit, nec grandis est differentia, utrum letum inferas an
admittas. mortem languentibus qui cum possit non excludit inflixit. his ergo adversus
eos oris ianuam patefecit alloquiis:

'Omnis qui iudicas, in quo alium iudicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis 122
qui iudicas. scimus autem quia iudicium dei est secundum veritatem in eis, qui talia Rom. 2, 1. 2.
agunt, et iterum: beatus qui non iudicat, in quo probat se ipsum. quae, malum, ratio ib. 14, 22.
est, ut praedicet non furandum qui furatur et prodigam verecundiae frontem nube
vestiat inpugnationis alienae? nemo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus 123
suis errata condemnat et amorem innocentiae conversatione demonstrat. nam adiacet
etiam publicanis amica moribus vitia damnare sermone et sceleratioribus linguae
officiis punire quod diligunt, quasi non quoddam genus sit maiorum excessuum, dare
rei affectum labiis, quam mente despicias, et ingenii virus conloquii melle vestire.
haec sic ago, quasi, si vobis esset pudor pudicitia venustas affectui, liceret accusare 124
doctorem et adversus electum oris lividi morsus aptare, cum ante futuri praescius per
epistulam ad vos datam plena voce monuissem: 'quis accusabit adversus electos dei? Rom. 8, 33.
deus qui iustificat, quis est qui condemnet'? et iterum: 'o homo, qui iudicas eos qui ib. 2, 3. 4.
p. 354 talia agunt et facis illa, putas quoniam effugies iudicium dei? an divitias bonitatis
eius et patientiae et longanimitatis contempnis'? accusatis malitiam repleti iniquitate 125
fornicatione avaritia nequitia invidia homicidiis condemnatione dolo malignitate, superbi Rom. 1, 29—31.
elati inventores malorum, parenti non oboedientes, insipientes incompositi sine adfectione
sine misericordia. docetis fornicantibus neminem esse miscendum, adulteri Laurenti

---

1 plura (u *ex* a) *B* 2 conponuetur *B* 4 parturet *B* 5 agriculis *B* uentelabra *B*[1] repperiunt *BV* reperiunt ⟨ea sunt⟩ igni *Hartel* 6 scribtum *B* somnum *B*[a] *TCAR* 10 peccantum *T et Sirm.* allocutione *V* 13 capud *B* 14 dispectam *B* 15 qua* (*eras.* m) *B* 16 proligatis *B* 18 rescendenda *R* lanienis *Sirm.* disperationi *B* 19 impietatem *V*[1], im *expunxit V*[2], pietatem *Sirm.* 21 interfecit *B* grandis (n *sup. lin.*) *B* letum *sup. scr.* o *V*, lotum *sup. scr.* e *L*, lotum *A* 25 qui iudicas *B*, quae iudicas *ceteri* eis *B*, eos *ceteri* tulia *B*[a] 29 adiacit *B*, *om. Cb* 31 diligant *Sirm.* 32 dispicias *B* 34 libidi *B* abtare *B* 35 accusauit *B* 36 condemnit *B*[1] 37 et *om. B* 38 accusates *B* 39 fornicatione inmunditia auaritia *AR* 40 sine adfectione *om. Sirm.* 41 laurenti *B*, laurentii *ceteri*

aut sequaces aut praevii, per quos ille aut exeruit quae habebat toxica aut quae
126 effundens monstravit accepit. post illam inlecebrosae communionis maculam et pestem
toto orbe exsecrabilem sacerdotes dei quasi obsoleta conparatos communione culpatis.
reos putatis esse qui subiere consortium nullo teste convicti, et sectamini hominem
127 toto ecclesiasticae inscriptionis, non dicam stilo, sed ense perfossum. quod licet non
Isid. Anter. ep. § 3. II Tim. 3, 8. 4. 5. licet, et quod non licet licet. 'quemadmodum Iamnes et Mambres restiterunt veritati,
sic et vos mente reprobi circa fidem, proditores protervi inflati amantes voluptatem
magis quam deum, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ipsius abnegantes'.
o vim doloris interni, qui nequit expedire quod concepit, qui profundis ingestum
visceribus loquendi affectum, quem imperavit, inrumpit! nihil vobis ultra plus eloquar.
quod de oratione remanet, lamenta subplebunt'.

128 Post haec si inter manus medicorum curatione aegrescitis nec aliqua a coepto p. 355
salutis consideratio vos reducit, saltim orbis parentem urbem vestram respicite. ipsa
vos post defensores suos apostolos maerens adgreditur, ipsa conpellat et, si quid est
pietatis in reliquum, orditur impetratura sermonem:

129 'Me, quam dei summi templa repudiatis fanorum cultibus et novae lucis nitore
gaudente fecerunt esse conspicuam, quam post sacella sordentia et multo pecudum
tabo polluta ab hostiarum cruore dominici et apostolici sanguinis effusio purgavit, quam
reducta post longum sanitas febrium fecit delubra contempnere, quam a victimis
liberavit oblatio, quae pacem Christi per idolorum inimicitias adquisivi, cui non fuerunt
130 pene numerosiora dona quam numina, quam religio sua reddebat varia devotione
mendicam, quam egestas oppresserat frequentia a dis suis beneficia postulantem, quae
Curios Torquatos Camillos, quos ecclesia non regeneravit, et reliquos misi plurimae
prolis infecunda mater ad tartarum, dum exhaustis emarcui male feta visceribus, quia
Fabios servata patria non redemit, Deciis multo sudore gloria parta nil praestitit.
131 profligata est operum sine fide innocentia: criminosis iunctus est aequi observantissimus,
quia Christum ignoravit, Scipio. per totam vellem stilum ducere, si orbatae pectus
pateretur, infantiam. sed quisquis lamentationis transacta relegit, lacrimarum tempora
Isid. Vigin. ep. § 5. videtur optare. nemo creditur odisse quorum relatione non laeditur: qui siccam faciem p. 356
132 de filiorum funeribus referens servat, certo teste crudelitatis arguitur. illa posteritas
plus maeroris adtulit perdita, quam iucunditatis adquisita. relegamus tamen quibus
mutata sint ista successibus. ecce iam in illo sacrario libertatis nihil servile de
idolorum cultibus invenitur: ecce honorum corona, orbis genius, flos Romanus, quae
diu venerata est plena sanctitate calcat altaria: ecce iam curia mea ad caelum vocatur
laudatur accipitur, nec possum dicere, perdidisse me sobolem post gratiam baptismi,
133 quam vel repentina mors abstulit. multos trabearum et curulium possessores supremus
regnator sine dispendio cultus aut dignitatis amplectitur. pene iam terreni munificentia
triumphi divinum mercatur affectum, et hoc ad Christi gratiam proficit, quod mundo
studetis esse venerabiles. mentior, nisi egena agmina consulatus vestri in subsidio
miseriarum praestolantur adventum. etenim purpura vestra, qua anni vocabulum

---

2 accipit *B* 3 execrabilem *V* deus $B^{a}$ obsoleta $T^{2}$, obsolita *ceteri* comparatos *VL*, conporatos *B*, corporatos *T in lit. et Hartel*, operatos *Cb* 5 eclesiasticae inscribtionis *B* ense. *B* 6 iamnis $B^{1}VLAR$ membris $B^{1}$, mambris *ceteri* 6—24 *om. S* 7 proterbi $B^{a}$ 9 nequid *B* 11 supplebunt *V* 12 aegrescites *B* a coepto *B*, coepto *ceteri* 13 saltim *B*, saltem *ceteri* 17 gaudentem *CPb* conspicuum $BV^{1}$ 18 effusio $P^{2}$ *et Sirm.*, effusione *libri ceteri* repurgavit *fort.* 21 religio sua] religiosus *Sirm.* 22 dis *BVL*, diis *reliqui* 23 curius torquatus camellos *B* 24 thartarum *B* 25 fabius *B* nil] nih $B^{a}$ 26 criminosi *sup. lin.* s *V* iunctus] iuntas $B^{a}$ 27 uellim *B* ducere non orbatae pectus sustinere pateretur *AR* 28 transacta] acta *sup. lin. B* 29 odisse *B*, ñ | odisse (ñ *ante lin. in mg. add.*) *V*, non odisse *reliqui*, nos *vel* non odisse *Isid. l. c.* 30 arguetur *B* 31 attulit *V* 32 istas $B^{a}$ 35 perdedisse *B* 36 et] uel *edit.* 37 dignitates $B^{a}$ 38 profecit *B*

nobilitatis, subripientem miseris vestimentorum largitate pellit algorem. prope iam 134
iterum necessitatibus ferunt auxilium decora fastorum, et veteri infidelitate deposita in
tali praeparatione census dispendia efficiuntur lucra animarum. ecce nunc ad gesta-
toriam sellam apostolicae confessionis vestra mittunt limina candidatos, et uberibus gaudio
exactore fletibus conlata dei beneficio dona geminantur. Quis tempore, quo pretiosis 135
p. 357 siccamus ubera partubus, quo prolem nostram aeterna genetrix rursus paritura nunc
suscipit, cuius post primam nativitatem grandaevis fetibus alvus impletur, quae mihi
prolem regenerando dulcem facit esse quam peperi, quae ad se venientes senium facit
exuere et ad vitae principia redire confractos, quis hanc felicitatem, rogo, interpellatione
commutat? quis per discordiam viperina mente conpositam aurei mihi saeculi iubet 136
perire beneficia? quis in renovatione mea occasum clandestinus inspirat et per blandae
frontis speciem inimicitiis vires adquirit? generosam in tali negotio prosapiem non Isid. Anter. ep. § 4.
agnosco. si qui sunt tamen summorum, quos vilibus tempestatis huius procella sociavit,
aliis auctoribus facinorum participatione maculantur. splendor sanguinis, etsi com- 137
munionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se praebere peccantibus. habeat
forsitan reatum de neglecta cautione, non habet dignum supplicium de scelerum prin-
cipatu. sub quadam verecundia iungitur delinquentibus, qui ad adulta iurgia convocatur:
non meretur desperationem perditi, in quo facilis tantum credulitas inprobatur. vos 138
potius video, triviorum germina, vos agnosco, in quibus naturae vilitas convenientes
sibi mores peperit, quos degenerasse claritas fuerat, qui per mentitae titulum religionis
gaudetis inpunitate vitiorum, quorum labia numquam aut honorum sapor tetigit aut
quietis, qui fas omne origini parendo violatis, quos de latebris et specubus productos
p. 358 praesens causa monstravit. quis ante concinnationem mali huius, qui essetis, agnovit? 139
diu fovistis secreta, quibus vos nox generationis abdiderat. redite potius ad amicam
caecitatem, nobis serenam et diurnam lucem relinquite: concordiam ecclesiae aut
absentia aut correctione praestate. si tamen vultis vos numerari inter splendidas
prosapies, actuum emendatione cognoscam'.

## L (CARM. 2, 2).

### EPITAFIVM HABVNDANTI V. I.

Numquam morte perit meritis post busta superstes,
Funera sublimem non capiunt animam.
Sanguis honor genius probitas constantia census
Interimunt multis dotibus exitium.
In commune bonus non sentit damna sepulcri. Lucan. 2, 390.
Fila legunt Parcae quae dederant miseris.
Pendula lassantur quae plebem stamina portant:
Fortia contingunt licia nobilibus.
Cana venerandi renovabant saecula mores,
Inque vicem templi pectora munda tulit.

---

1 nobilitatis (is *in lit.*) *B* 4 vestra mittunt *scripsi*, ut amittunt *B*, uda mittunt *VLTCP*, uel amittunt *A*, uel ammittunt *R*, uel admittunt *S* 5 exactore] exactoribus $B^a$ 6 partibus $B^a TR$ genetrix *BLR*, genitrix *rel.* 7 impleatur $B^a$ 9 quis] qui $B^a$ 10 conpositam] consitam *Hartel* 11 clandistinus *B* 12 frontis] frondis $V^1$ adquiret *B* 14 auctoribus] auribus *B* 15 habeat *B*, habet *ceteri* 18 disperationem *B* 19 tribiorum *B* 22 specibus *B* productus *B* 23 causam $BV^1$ 25 eclesiae *B* 27 cognoscam] finit *add.* *BVL*

[L] 28 abundantiuí . uersus *VL* v. 1 superstis *B* v. 5 sentet *B*

## LI (EPIST. 2, 14).

## AFRIS.

1 Lucrum forsitan putaret inimicus, si inter pericula, quae Christianis indixit,
credentium animos subegisset et per diversa domini grege disperso non superesset
vel inter paucos, a quibus possit fide perseverante calcari. regnat adhuc ille in
numero vestro, qui sibi non tam in multitudine quam in devotione conplacuit. scriptum
Isid. Anacl. op. § 7. enim est datam satanae potestatem, ut servos Christi cribraret, ut quod de tritico
2 inveniri posset, horreis iungeretur, quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. ad vos
Luc. 12, 32. specialiter dictum est: 'nolite timere, pusillus grex: conplacuit patri vestro dare vobis
regnum'. venit inter vos gladius perfidorum, qui marcida ecclesiae membra resecaret
et ad caelestem gloriam sana perduceret. quos habeat Christus milites, certamen
3 ostendit; qui triumphum mereantur, per bella cognoscitur. nolite metuere, quod
pontificalis a vobis apicis infulas abstulerunt. vobiscum est sacerdos ille vel hostia,
qui non tam honoribus consuevit gaudere quam mentibus. maiora sunt confessionis
praemia quam nominatae munera dignitatis. ad illa plerumque etiam minoris meriti
personas favor humanus adducit, ista nisi gratia superna non tribuit. ipse enim in
vobis et pugnavit et vicit, quem fides meretur et inter hominum tormenta sociari.
4 prolixis non est opus fervorem in vobis caelestem animare conloquiis. habet incrementa
sua divinae virtutis incendium. nec opus est eos in tropeo iam positos adtolli laudibus,
qui sine monitore vicerunt. gravat conscientiam Christiani, quidquid adferunt blandi-
menta praeconii. res quidem virtutis est, quam fecistis, sed summi praemii restitutione
5 superanda. quod tamen directis ad filium nostrum diaconum litteris sperastis, beatorum
martyrum Nazari et Romani benedictionem poscentes, fidelibus non negamus. accipite
veneranda patrocinia invictorum militum, quia et vestram iam fidem in proeliis imperator
agnovit: feliciter confessionis munera consummate. dabit deus, cum ipsi placuerit,
reducem ecclesiis quietem, ut maerorem, quem indixit adversitas, pacis dulcedine
consoletur.

## LII (EPIST. 2, 15).

## EVPREPIAE ENNODIVS.

1 Caelestis dispensatione mysterii uno tempore mihi sororis, Lupicino refusus est
matris affectus, et geminae copula necessitudinis peregrinantem recipere meruit post
intervalla pietatem. revixisti apud nos post dilectionis quem procuraveras obitum
2 beneficio litterarum. vidimus amorem quasi de quadam sepultura surgentem. inauspicato
nobis incolumitatis vestrae nuntius adcessit auditu, quam credebamus per contemptum
nostri viventem busta conplesse. credimus te dura perpessam, sed confitemur inrogasse

[LI] 1 cohortatio ad constantiam *inscr. b et man. rec. BT* 4 posset *coni. Hartel* 5 scribtum *B* 6 cribaret *B¹V¹* 7 posset *Sirm.*, possit *codices* 9 eclesiae *B* 10 quos] quod *CP*, quot *b* 12 pontificales *B* apices *B* infolas *B* 16 sociari *om. Cb* 18 tropeo *B*, tropheo *ceteri* attolli *V* 19 quicquid *V* 21 diac̄ *BVL (ante et post* diac̄ *spatio relicto V)*, uestrum. h. diac. *CPb*, nostrum N. Ennodium diac. *Baronius* 23 et quia *Sirm.* quia et iam uestram piam fidem *Baron.* 24 consummare *Baron.* 25 reducem] reducere *Baron.* eclesiis *B* ut et m. *Baron.* indixit *BCPb*, induxit *VLT; cf. v. 2* 26 consuletur *B*

[LII] 27 Ennodius Euprepiae *Sirm.* 30 inter ualla (r *in lit.*) *B* procurauerat *B*ᵃ 31 inauspecato *B* 32 accessit *V* 33 nostri] nostrum *Sirm.*

durissima. quod sustinuisti, commune cum bonis est: cum crudelibus, quod fecisti.
ubinam gentium materna hactenus cura delituit? ubi quod fratri debebatur erravit?
ad longiora animus tuus quam corpus abscesserat. si te ad ultima terrarum confinia 3
peregrinationi socia dispulisset adversitas, illic sequi debuit germanae fides et sollici-
tudo genetricis. sed in occasu solis, cui proxima fuisse narraris, frigidum pii amoris
pectus habuisti. *si* imitata fuisses aetherii sideris circa debitam diligentiam defectum
feliciter renascentem, ⟨et⟩ feriatum a gratia non perpetuo animum gessisses. suscepisti 4
mentem provincialium, quos adisti. mutasti regionem et propositum pietatis abdicasti.
nam abiurans Italiae communionem non solum circa amicos, sed etiam circa interna
pignora reppulisti. postremo animae tibi mutatio accessit cum mutatione telluris.
quam timeo quod longis incuriam tuam incesso conloquiis! quid offensa faciet quae 5
inlaesa contempsit? dedi iustum dolorem studiis non amantis: quae te innocentem
faciant causas ingessi. sed exprobratio ista, si per se respiciatur, aspera est, si origo
eius inquiratur, omni dulcedinis melle condita. graviter fert circa caritatem neglegentiam,
qui parentis silentium liber accusat. poteris errata corrigere, si praesentia non vales,
scriptione multiplici. salutis ergo gratiam praesentans quaeso, ut mei memineris, qui 6
preces tuas circa communem filium et vota praecessi. ante enim quid debuissem con-
sideravi, quam quid velles agnoscerem. tu deum religione placa et precum circa nos
adsiduitate conpone, qui intentionem meam in eius profectum et cordis secreta respiciat,
ut quod ego labore polliceor, ille praestet auxilio.

## LIII (EPIST. 2, 16).

## ENNODIVS FAVSTO.

Par quidem fuerat sublimi viro Pamfronio commeante ministerium paginae ad 1
vivi sermonis officia transferri nec illum epistulari fasce onerari, quem non tam verba
mea contigit nosse quam studia. sed eius in his officiis manus dantur imperio.
postulat adiutricem paginam latentium scrutator animorum, et ideo, ne quid apud eum
nostri deesse contingat obsequii, scripta concessi, etsi commendationi non necessaria,
praeceptis eius adcommoda. quibus enim sermonibus prosequendus est, cui totum 2
magnitudinis vestrae licet sperare de gratia? ita eveniet, ut angustiora sint supplicantis
verba quam merita perlatoris. quid enim praestes iuvaminis illi, pro quo quantumvis
poposceris, plus meretur? ergo ad stili exercitium iunguntur haec, non ad benificium
conmeantis. iuvat animum sub quavis occasione vestri meminisse, licet nominato
scriptione nil tribuam. ecce tamen, quia ita iussus sum, illa quae praestantur extraneis 3
insinuationis dicta subiungo. iuvate vos peculiariter expetentem, fiduciam eius digna-

---

1 sustenuesti *B* 2 hactinus *B* 4 dispolisset *B* illic] illuc *CP et Sirm.* 5 pio amores *B*, pio amore *fort.* 6 si *addidi* imitata *(prius* i *in lit.) B* 7 et *inclusi* animum *in mg. ante lin. suppl.* $V^1$ gesissis $B^1$, gesisses $B^2V$ suscepti *sup. lin.* is *B* 8 abdicasti *om.* $V^a$, *litteris minoribus supplevit* $V^b$, abdicasse (se *in mg. man.* 2) *B* nam] *om.* $B^1$, num $B^2V^a$, non *LCPb* non solum . . . etiam *in litura V* *prius* circa *sup. lin.* $T^2$, *alterum* circa *sup. lin.* $V^1$ 10 accessit mutatio $V^1L^1$ cum mutatione] commutatione *LCPb* 11 innecesso (*del.* ne) *B* 12 dedi] dedisti *CPb* innocentem innocentem $B^1$ 13 respicitur *Sirm.* 14 inquiritur *Sirm.*, inspiciatur *CPb* dulcidinis (l *sup. lin. m. 1*) *B* negligentiam *B* 16 scribtione *B* gratiam *in lit. B* 18 uellis $BV^a$ 19 adsiduetate *B*, assiduitate *V*

[LIII] 23 honerari $VL^2T$, honorari $BL^1$ 24 contegit *B* 25 postolat *B* 26 contingat] contigut $B^a$ 27 accommoda *V* 28 licit $B^1$ 29 perlatoris] prolatoris $B^1$ praestis iouamenis (o *in* u *corr. m. 1*) *B* 30 beneficium *V* 31 iouat *B* 32 nibil *Sirm.* ita *om. Sirm.* 33 expectentem *B*

tione roborantes. quidquid spe praecipit inveniat, ut si meritorum suorum angustus
4 aestimator est, ad me referat quidquid fuerit consecutus. obsequium salutationis inpendens supplico, ut crebris me relevandum ducatis adfatibus, cui inter maeroris sarcinas nullum praeter oris vestri solacia potest esse subsidium.

## LIV (EPIST. 2, 17).

### ENNODIVS CONSTANTIO.

1 Nemo peritiam pomposa elocutione condemnat nec spernendum cum pudore ducit esse quod sequitur: sui inpugnator est, quisquis elucubratis sermonibus linguae cultum praedicat abiurari. ego tamen in epistulis magnitudinis vestrae diligentiam semper, non verba pensavi nec adiutricem malitiae facundiam maius pretium habere censui quam simplicitatem, quae infucata fronte secretum mentis enuntiat. hoc in
2 sanctis hominibus et amavi semper et colui. ago nunc atque habeo gratias, quod parvitatem meam litterarii sermonis visitatis affatu et inter occupationes et excubias, quibus universos Ravenna distringit, mei cura non ponitur. reddo ergo effusissimae salutationis officia sperans, ut praesentiam meam apud dominos meos amantes vestri pro dignatione, qua credentem fovetis, faciatis optabilem.

## LV (EPIST. 2, 18).

### ENNODIVS IOHANNI.

1 Probabiles causas habeo, quibus unianimitatem vestram stili mei morsu quamvis rubigine sordentis incessam, quas, cum sis abundans naturae bonis et ingenii facultatibus locuples, purgare non possis. ego umquam credidi ad alium reditus vestri citius indicia posse perferri? ego curam mei inter quasvis occupationes illud amicis censui
2 consecratum pectus excedere? ecce ante oculos meos redduntur aliis paginae et amica expectatio sub omni credulitatis meae despectione frustratur. nolo litteras maiori obiurgationis felle conplere; sufficit tristibus stricta narratio. in eo adhuc animus meus, quo magnitudinem tuam discedentem monuit, persistit statu: vestrum est, si
3 temporum mala contemnitis, promissam servare concordiam. salve, mi domine, et amantem tui releva communione sermonis, ut scribendo deleas dolorem, quem vides amico per scriptionis abstinentiam contigisse.

## LVI (EPIST. 2, 19).

### ENNODIVS CONSTANTIO.

1 Abundo gaudio nec clauda laetitiae meae fides est, ideo aliqua per diabolicam
Auson. ep. 17. inspirationem nasci certamina, ut tu, qui te ultra emendationem omnium protulisti,

---

1 *et* 2 quicquid *V* 3 releuandum (re *sup. lin.*) *B*

[LIV] 6 elucutione $B^a$ 7 dicit *Pb* elocubratis *B* 11 adque *B* 12 occupationis $B^a$ 13 uniuersus $V^1L$ ponetur *B* effusissime *codices* 14 dom•nos *V*, domnos *LT* amantis *libri, emend.* $T^2$

[LV] 16 ioanni *Tb* 17 unianimitatem *B*, unanimitatem *VLTCP* 18 sordentes $B^a$ et *om. CPb* 20 inter *om. Cb* illut *B* 22 crudelitatis $V^1T^1$, credelitatis $V^2L$ dispectione *B* maiori *om. Cb* 25 contemnetis *B* 26 uidis *B* 27 scribtionis *B*

[LVI] 29 fidis *B*

triumphi honore gratuleris. non est, ut video, effeta Liguria: nobilitatem pariendi nec
in temporum extremitate deposuit. inimicum vitiis adhuc et in cineribus nutrit in-
cendium, in cuius favillis ultrix criminum flamma non moritur nec hostis errorum ignis
operitur. quam timui ne velut exhausta cessaret, dum epistulae vestrae frontem alienis 2
fuscatam praestigiis sollicitus trutinator aspicerem, more parentis adtoniti, qui cum
carum pignus ad bella transmittit, nec de explorata esse patitur virtute manifestus.
ad incrementa sollicitudinum triumphos fili numerat non quietis: plus expertae metuit
felicitati, cui formidinem ministrat affectio, quia ignara cautionis est mens instituta
victoriis et in acie amor laudis salutis oblivio. tropei gustus abdicari imperat lucis 3
affectum. sapor vitae illos tantum possidet, qui de conflictibus venientia bona nulla
didicerunt. semper ad gloriam iungitur, quod de incolumitatis propriae cura decesserit.
sed mihi inpraesentiarum supersedendum est huiusmodi scriptione. non sunt militis Symm. ep. 1, 94.
nostri plus praedicanda quam adserenda certamina. ubi iaculis opus est, verba nil
conferunt. licet promulgasse sententiam meam fuerit, dum vestram praedico, et hoc 4
sit respondere quod responsa laudare, dei tamen opem precatus obsecutura fidei verba
subiungo, ad illum convertens stili mei cultum, qui, quotiens scribenda est infelix
curvis terra vomeribus, se famulis suis germina conlaturum promittit esse, quae iaciant,
dicendo: 'non cogitetis quid loquamini; pater enim vester est qui loquitur in vobis'. Matth. 10, 19.
ipse ergo ad sanciendam promissi veritatem veniat et ipse oris mei labantem confirmet 5
infantiam, ut alucinationis nostrae concinnatio non inhumana videatur. sed quid diu
replicanda circumloquor? unum rogo, ut pro modulo meo rescripta taxentur nec
putetur aut legi aut defensioni deesse quod nescio. ergo, ut scriptione testamini, 6
inventus est homo, qui servos Christi, quemadmodum ipse promisit esse faciendum,
sub hac occasione cribraret, adserens de arbitrii libertate homini in una tantum parte,
quae deterior est, eligendi datam esse licentiam? o scismaticam propositionem, quae 7
iuxta apocalypsim scriptas habet in fronte blasfemias! quae ista libertas est, si valet,
edisserat, ubi hoc datur solum velle quod puniat, aut quare electionem nominet, ubi
unam tantum partem adserit fuisse concessam? quod si veritate subsisteret, locum
divina iudicia non haberent. quid enim boni a nobis deus noster recte quaereret, qui Isid. Anacl. ep. § 6.
adpetentiam eius de voluntate subtraxerat? sed iuxta apostolum: 'numquid iniquus 8
deus? absit'. inter homines a recti discordat affectu, qui a subiectis exigit quod in Rom. 9, 14.
potestate non tribuit: hoc de deo qua conscientia sentiatur advertite. ubi est illud
apostoli clamantis et pro arbitrii libertate testantis: 'velle adiacet mihi, perficere Rom. 7, 18.
autem non invenio'? quid est aliud nisi dicere: novi dextrum iter eligere, sed nisi 9
ingredientem iuverit gratia superna, lassabo? nemo dubitat, nemo condemnat, quod
auctore gratia, protestante et ipso, aequitatis hominibus callis aperitur. dux enim 10
bonorum et praecessor est gratia, quando caelitus multiplici ad requiem invitamur
hortatu, quando nobis dicitur: 'venite, fili, audite me'. 'venite, benedicti, patris mei, Psalm. 33, 12.
possidete paratum vobis regnum'. 'ubi ego sum, ibi erit et minister meus'. sed nisi Matth. 25, 34.
talibus monitis et voluntas nostra quae libera est et labor praestet obsequium, ad Ioh. 12, 26.
periculum et gehennam non imperio aliquo, sed sponte devolvimur. itaque aut 11

---

1 effe•ta *V* 5 trocinator *B* attoniti *V* 6 manifestus *B*, securus *ceteri* 7 triumphus *B* fili *B*, filii *ceteri* expertae *B*, exparte (a *in* e *corr. et* a *sup.* e *scr. m. 1*) *V*, experta *LTCP* 9 tropei *B*, trophei *cet.* 10 possedit *B* 12 scribtione *B* 14 meam sententiam *Sirm.* 16 qui *B*, quo *ceteri* 18 non] ne *Sirm.*, *om. Cb* 19 et *om. Sirm.* 21 unum//////rogo *B* rescribta *B* 22 defensione $V^a$ scribtione *B* 23 seruus *B* 24 cribaret $V^a$ 25 scismaticam (*alt.* a *in lit.*) *B* 26 apocalypsin *VL*, apud calypsem *B* scribtas *B* blasphemias *V* 28 subsisterit *B* 30 appetentiam *V* 31 si inter *Hartel* homines] humanis $B^a$, hominis $B^b$ exiget *B* 32 illut $B^a$ 33 adiacit *B* 34 autem *om. Cb* 35 lassabor *TCPb* 36 autore *B* gratiae *CPb* protestante *B*, prestante *ceteri* ipso] ipse *CP et Sirm.* 38 fili *B*, filii *ceteri* patres $BV^1$ 39 regnum] gaudium *Cb* 41 diuoluimur *BVLT*

praemium devotio aut poenam contemptus operatur. alioquin non erit iusta retributio,
quae aut per supplicia refertur necessitate peccantibus aut bonam mercedem offert
operi ad quod adtrahuntur inviti. ergo debemus gratiae quod vocamur, debemus
gratiae, quod occultis itineribus, nisi resistamus, sapor nobis vitalis infunditur: nostrae
12 tamen electionis est, quod beneficia demonstrata sectamur. via enim scelerum non
Gen. 4, 7. imperatrix nostra legitur esse, sed famula, cum de peccatis dicitur: 'sub te erit adpetitus
Psalm. 36, 1. eorum'. quid etiam sibi vult universa profetae quasi sertis redimita elocutio: 'noli
ib. 145, 3. 31, 9. aemulari inter malignantes'. 'nolite confidere in principibus'. 'nolite fieri sicut equus
I Cor. 7, 23. et mulus', et apostolus: 'nolite fieri servi hominum'? totiens 'noli' in superna ad-
13 monitione quo respicit, si aliud velle non licuit? deinde quamvis in persona Christi
Psalm. 39, 9. tamen pro arbitrii adstipulatur eiusdem profetae nobis libertate testimonium: 'ut facerem
ib. 53, 8. 115, 18. voluntatem tuam, deus meus, volui' et alibi: 'voluntarie sacrificabo tibi', et: 'vota mea
ib. 75, 12. domino reddam' et iterum: 'vovete et reddite'. illud autem beati apostoli, quo se
muniri credit, exemplum nobiscum facit, si quae sequuntur advertat, cum inimicus
I Cor. 15, 10. 14 adrogantiae dixit: 'gratia dei sum quod sum'. mox enim, ne sic fugax gloriae
crederetur, ut longo intervallo a veritate descisceret, sapiens architectus adiunxit:
'abundantius omnibus laboravi et gratia dei in me egena non fuit', quod dixisse est:
Christus in me quem digne aut abundanter muneraretur invenit. non enim pauper est
divina gratia, sed meritorum nostrorum putatur quadam macie aut exilitate tenuari:
quae tunc non suis aestimatur meatibus fluere, quando de eius cursibus ariditatis
15 nostrae vena nil recipit. o si epistularis pateretur angustia sacrorum voluminum arcana
reserari! sed timeo ne qui nullam poterit deo inspirante in fide nostra invenire
Ecclesiastic. 15, 17. calumniam de paginae prolixitate causetur. quid illud, qua mente suscepit: 'ecce
aquam et ignem, ad quodvis porrige manum'? quid alia, quae copiosus adsertor ipse
(Psalm. 57, 5.) 16 replicasti? credo more aspidis clausa, ut aiunt, aure transivit. video quo se toxica
Libycae pestis extendant. arenosus coluber non haec sola habet perniciosa quae
reserat: ad aestimationem occultorum facinorum ferenda sunt, quae fatetur. vult enim
ad illud pertingere, neminem suo vitio aut neglegentia perire, si homo utriusque rei
boni et mali per potestatem concessa electione privatur. hos tantum iactat potuisse
salvari sine labore ullo, sine mandatorum amicitia, quos peregrinantes a merito favor
tantum caelestis eripuit: perinde, quod in ipsum referatur, illos perisse intellegit quos
17 gratia noluit divina liberare. tu, mi domine, salve dicto fac apud te ut sies, et si
Terent. Andr. 408. sanari mancipium mortis non potest, a contentione desiste, ne cum tu fidei radice fultus
valida niteris, ille sub occasione huius controversiae ante editionis tempus divini
seminis ab aliquorum utero partus excutiat.

## LVII (EPIST. 2, 20).

## ENNODIVS CONSTANTIO.

1 Dabis veniam quod celer rescripsi, quia aetati adhuc debeo indocilem festinationem. vos maturitas et pondus decet. proinde credentem fovete et nugas meas a

3 operi *Bb* (oper *B*[1]), *om. ceteri* attrahuntur *V*, trahuntur *Sirm.* debemus | quod occ. (*om.* gratiae) *B* 6 esse legitur *Sirm.* appetitus *V* 7 etiam] enim *Sirm.* nolite aem. *Hartel* 9 apostoli *TC* 13 uouite *B* 15 arrogantiae *V* 16 archetectus *B* 17 omnibus *om. Cb* 18 muneretur *sup. lin.* ra *B* 19 exsilitate *B* 20 areditatis *B*[1] 23 suscepit *B*, suscipit *ceteri* 26 lybice *B* libyce pestis] lybicaepitis *V*[a] 27 ocultorum *B*[a] 28 negligentia *B* 30 peregrinantis *B* 31 perinde (er *in lit.*) *B*, proinde *Sirm.* 32 liberari *B*

[LVII] 37 rescribsi *B*

publico rigore subducite, quia si pagina nostra res crepera atque anceps est, iussionis Symm. ep. 1, 1.
vestrae se tuetur patrocinio, ob hoc quod nemo imperata fastidit. vale ergo dicens 2
legenda commendo; fiet etenim ut posthac bene accepti ad parendum delenificae
oboedientiae stimulis incitemur.

## LVIII (EPIST. 2, 21).

## ENNODIVS ALBINO.

Quater ad magnitudinem vestram scripta prorogavi et adhuc tamquam deses 1
accusor. lingua militavit affectui: adsiduitas diligentiam non meretur. credo portitoris
aut neglegentia aut invidia ad hanc me offensam fuisse perductum. ecce tamen scripta
multiplico et pro voto vestro prosperitatis meae indicia faciens de vestra cupio felicitate gaudere. salve, mi domine, et amantem vestri sub omni dignatione relevate, 2
quia deo proximam rem facitis, patrocinio vestro credentem plena fide et communione
relevare.

## LIX (EPIST. 2, 22).

## FAVSTO ENNODIVS.

Supervacuis ad beneficia laborat inpendiis, qui solem certat facibus adiuvare. 1 Isid. Anacl. ep. § 6.
gratiae plenitudo adiectione non indiget, nec ulla requirit conmendationis augmenta
quem ad amicitiarum cumulum merita pertulerunt. inlustrem et patricium virum
Albinum parentem vestrum stili mei cura prosequitur, cui per paginam non inpendo
necessaria sed votiva, et quamvis utilitati eius nihil adiciam, amorem tamen mereor,
quod praedicti iussa conplevi. venerabili ergo domino obsequium salutationis inpertiens 2
precor, ut circa diligentiam suam praedictus vir magnificus recipiat quod mihi, dum
vos colit, exhibuit. novi enim cito amplissimum virum ad cordis vestri esse penetralia
perducendum, quem innocens propositum suis erit aput vos dotibus adiuturum.

## LX (EPIST. 2, 23).

## DOMNO SVO FAVSTO ENNODIVS DIACONVS.

Sine dispendio tutelae orbantur, quos ad vos pertinere contigerit: non desunt 1
illis paterna subsidia quos fovetis. Lupicinum Euprepiae nostrae filium loquor; ad
ipsum pertinet praefata generalitas. de cuius substantia sublimis vir venerator vester Symm. ep. 2, 91.
comes Tancila dixit mihi, a domno nostro rege quod referri grave sit inpetratum.
nam universas matris eius facultatulas a Torisa vel aliis adserit fuisse conpetitas. 2
aliud, quod infelicitati pupilli potuissem praestare, non habui, nisi ut vestram notitiam

---

1 res crepera] recia (retia *Pb*) parat *TCPb* adque *B* 2 ob *Hartel*, ab *libri*; *cf. CLXVIII 1, CCCLVII 1 (CXVI 1)* 3 dilenificae *BVL*, et lenificae *Cb*

[LVIII] 6 desis *BVLT*[1] 7 assiduitas *V* 8 negligentia *B* scribta *B* 11 facites *B*[1] plena fide] ilena fede *B*

[LIX] 13 Ennodius Fausto *b* 15 indegit (e *ex* i *corr.*) *B* requiret *B* aumenta *B* 16 cumolum *B* pertolerunt (eru *in lit.*) *B* 19 salutationis obsequium *b* 20 magneficus *B* 21 colet *B* 22 apud *V*

[LX] 23 diác. *BVL* 24 dispendio (dio *ex* sio *corr.*) *B* 25 aeupraepriae *B*, eupraepriae *V* 27 comis *B* 28 uel adserit (*sup. scr. man. 1.* aliis) *V*, uel asserit aliis *T*

instruerem et veri fungerer relatoris officio. vestrum est inspirante deo circa miserum
3 providere quod adiuvet: ad me respexit quae mihi resignata sunt indicare. domini
vere mei, salutationis obsequia praesentans de clementia divina postulo, ut laborem
vestrum iuvamen caeleste comitetur.

## LXI (EPIST. 2, 24).

## DOMNO SVO FAVSTO ENNODIVS DIACONVS.

1 Dispendium credo esse diligentiae nullas commeantium manus litterarum dote
munerari, quae solent lectione etiam vultus ad longinqua portare et carorum imagines
officio praesentare sermonis. ad ista iungitur etiam bene de utrisque merentis subli-
missimi Luminosi portitoris occasio, qui ad religionem meritorum vestrorum suae quoque
2 gratiae fructus adiungit. quis geminus patiatur ut sub quacumque neglegentia hebetetur
affectus, si a paginis temperem, quas dignatio vestra exigit, et si illas nominatus non
accipiat perferendas? deo gratias, quod in fronte epistulae locandum fuit, quia felicitas
vestra votivis erigitur aucta successibus, quod tumida inimicorum cervix Christo deo
3 nostro gravata subcumbit. spe praeceperam quod effectus ostendit. bene enim sen-
tentiae caelestis finem praenoscit, qui novit qualitatem eius de actuum humanorum
serenitate colligere. vale ergo longum, mi domine, et amantem vestri stili usu relevate,
ut quidquid subtrahunt intervalla terrarum, tabellaria conpenset oblatio.

## LXII (EPIST. 2, 25).

## FAVSTO QVAESTORI ENNODIVS DIACONVS.

1 Pro caelesti dispositione reditus mei indicia fieri nullo magis quam amico
Ravennam properante convenit, cuius fidelis relatio etiam pagina cessante suffecerat.
sed usu abstinere non potui, quo si sub quocumque neglectu temperem, videor damnasse
stili frequentiam quam amavi. iungitur quod praedicto obvias in negatione manus
exhibere non potui, qui scit ab amantibus sui securus exigere, quod eis pro religione
2 conscientiae novit fideliter exhibere. Ravennam ergo digressus, quae quidquid in
praesenti vita habeo dulce conplectitur, Mediolanum salva corporis valitudine Christo
prosequente perveni, male ferens quam in redeundo hieme inpellente optavi forsitan
contra desideria celeritatem. sed ad deum cuncta referenda sunt, cui adiacet humana
3 facta conponere et diligentiam corporalem aeterni amoris sapore mutare. nunc ad
scriptionis causam, dicta humili salutatione, et conmendationem me confero perlatoris,
qui si pro mentis vestrae serenitate gratuletur beneficiis, agnoscit se aut recepisse
quod vestris praestitit aut qualiter amare debeat incitari. quem, si vel nolit, festinum
redire conpellite, quia et affectui meo praesentia eius est necessaria et si deus
promissionem statuerit, cum ipse iusserit, utilitati expectatur adcommoda.

---

1 instruerem • et *B* 2 adiuuit *B* 3 postolo *V*[a]

[LXI] 5 diāc. *BVL* 6 eommeantium (c *sup.* e *scr. m.* 2) *B* 8 merentes *B* 10 fructus] fluctus *B*[a] geminos *BV*[a] negligentia *B*[1] hebitur *sup. lin.* te *B* 11 temperiem *V*[1]*L* exigit *Hartel*, exegit *libri* nominatas *V*[a] 14 nostro *Hartel*, non *BVLT*, nunc *CPb* praeciperam *B* effectus (*prius* e *in lit.*) *B* 16 steli *B*[1] 17 quidquit *B*, quicquid *V* subtrahunt (h *sup. lin. m. 1*) *B*

[LXII] 18 diāc. *BVL* 19 dispotione *B* a • | mico *B* 20 cessente *B* sufficerat *B* 22 negatione] rogatione *vel* negotio *malim* 24 quicquid *V* 26 optuui *B*[1] 27 adiacit *B* 29 scribtionis *B* conmendationem *B*, commendatione *ceteri* 31 nollit *B* 33 accommoda *V*

## LXIII (EPIST. 2, 26).

## ENNODIVS LIBERIO.

Aut alitur aut sustentatur scriptione diligentia. ministra affectionis est epistu- 1
laris confabulatio. muta caritas simulacrum praesentat ingrati. depretiat genium suum
quae in vocem non prorumpit amicitia. bene secretum pectoris reseratur clave
sermonis. dignatione vestra iam potior haec pro ingenii viribus paginalis conmercii
libamenta dedicavi, per quae usurpo vindicare mihi meritum plus amantis. nemo enim
taciturnitatis repagulo ora porrigit, quem decisi foederis memorem proditor mentis
loquella non deserit. principem ergo locum in litteraria communione possideo et 2
maiori cultura dignus sum, qui prior quid gestirem patefeci linguae testimonio. ecce
religionem dirigendae paginae sine nube disserui. vestrum est in me fovere quod
recepistis, ne iudicia culminis vestri me iacente patiantur examen. exponit enim
censurae sententiam suam quisquis quod elegit non tuetur. domine mi, salutationis 3
reverentiam pleno dependens obsequio deum rogo, ut beneficiorum circa vos suorum
incrementa multiplicet, quia solus census est meorum plenissime conmodorum, qui
celsitudinem vestram ad fastigia quae debentur extulerit.

## LXIV (EPIST. 2, 27).

## HONORATO ENNODIVS.

In vicinitate vos degere moderna scriptione signastis, iungentes ad dispendia 1
gaudiorum statum vestrae valitudinis inminutum. non nego, sic mereor, ut semper
mihi cum dulcibus amara socientur. hactenus vos Ravennatibus occupatos excubiis
adversa tenuerunt, unde quia laxari contigit, corporalis in vobis est labefactata sub-
stantia, ne in totum liceret optata promereri. quam dura est humanarum rerum 2
condicio, quae quotiens desideriis aliquo sapore responderit, mox et in foribus concessa
permutat. expavi tamen calumniam, quam oratoria et nimis daedala provisione litteris
indidisti, ut iniuncta pro utilitate tua nolle me credas, si efficere non potuisse signavero.
o artificis ingenii secretum, quod plus commoditati prospicit quam de amore confidat!
deus testis est me tibi non negaturum esse quod valeo. tu deum roga, ut actionem 3
meam infelicium quas diligis litterarum non patiatur calamitatibus inpediri. nihil est
enim, quod magis pro obice metuam actionis inpositae quam illud, quod novi, accipere
scholasticum nil mereri. confer magis ingenium tuum ad squalentia iura, per quae
quidquid scabrida poposcit lingua mox meruit aut, si non meruit, mox avulsit. domine, 4
salutationis gratiam solvens spero, ut effusis laborem meum precibus iuves, quia, cum
non habeam docti aut eruditi meritum, saepe in causis sustineo fata perfecti.

---

[LXIII] 2 alitor *B* scribtione *B* 3 repraesentat *Sirm.* 5 dignationem *Sirm.* uestram *LP et Sirm.* potior *BCPb*, patior *VLT* 8 loquilla *B*, loquela *V* 11 recepistis] cepistis *C*, coepistis *b ut CXIX 3, al.* 12 mi] mihi *BVLC*

[LXIV] 17 scribtione *B* 18 ualitudinis et inminutum $V^a$ ut *sup. lin.* $VT^2$, et *L*, *om. CPb* 19 actinus *B* 21 huma | rum *in mg.* na *add. B* 22 responderet *B* 23 expavi tamen] expauimen•• *sup. lin.* ta *B* dedala *V*, ded•la *sup. lit.* a *m.* 2 *B* 24 indedisti *B* 25 artifices *B* 27 diligis *B*, diligit *ceteri* 28 enim est *b* 29 scolasticum *V* 30 quicquid *V* 32 saepe *BL*, spe *sup. scr.* e *V*, spe *CPb* susteneo *B* fata *BVLT*, facta fata *CPb*

## LXV (EPIST. 2, 28).

## AVIENO ENNODIVS.

1 Deo gratias, quod principe loco ponendum est, qui magnitudinem tuam, quae a
me erant offerenda, fecit exigere. dedisti pretium garrulitati, quam vix hactenus intra
verecundum penetrale continui. eliciti utor stili genio, quem duriter ab inportuna
scriptione revocavi. meritum coactae vocis inusitata loquacitate possideo. nam post-
2 quam me iussisti paginas destinare, animo meo, quod tacueram, commendasti. euge,
frons diu prodiga, aliquando mihi contigit ad affectionis copiam sine tui dispendio
pervenire. discamus non odisse quod adiuvat. silentii gratia fecit, ut te libera iam
loquamur. expectantur a nobis saepe fastidita conloquia. non ibo longius. adseritur,
ut video, linguae officium raritate sermonum. in qua parte non clauda laetitiae meae
3 fides est, sententia nostra veri adstipulatione fulcitur. ecce ille, qui doctorum epistulas
gravidi dotatas messe conloquii summis labiis vix libabat, tabellae nostrae culmos non
dedignatur accipere. gemina, pudor, mihi hilaritate profuisti, cum tu in statione certus
es et cum frequenter contempti desiderantur affatus. facta est ecce melior eius sen-
tentia, quem amamus. nobis ergo verecundia, consuli nostro emendatione prospeximus.
4 sed ne in longum procedat pagina transcendens terminos praefinitos et loquendo multa
quod tacuimus demonstremus non fuisse consilii, vale, mi domine, et amantes tui hac
communione dignare, quia praecelsi honorum tuorum apices haec sola recipiunt
augmenta, quae de humilitate nascuntur.

## LXVI (EPIST. 3, 1).

## SENATORI EPISCOPO ENNODIVS.

1 Prima res est sancto conveniens sine dubitatione proposito, sponte pro iustitia
facere quidquid alii solent monitis exhibere, sed honestati proxima vel secunda, rectis
suggestionibus non gravari. in qua parte etsi principem locum non possidet qui
2 monetur, habet tamen dei gratiam, quod veritatis insinuationibus non repugnat. causam
ergo praefationis insinuo, ne et ego utilitatem meam differre videar prolixitate ser-
monum. dudum per me suppliciter postulavi, ut de mancipiis, quae de casa mea a
vestris sollicitata constabat, unum mihi quod remanserat redderetur. dedistis precibus
meis sancta promissione responsum, ut etiamsi vobis puer ipse iure conpeteret, vos
3 tamen gratiam commodis anteferre. regresso me de Ravenna, quod dictu nefas est,
pro peccatis meis effectum sacerdotalis definitio habere non potuit. adscribo meritis
meis, quod cuius ore damnatur mendacium, statuta violavit. ecce iterum me ad con-
scientiam vestram refero, ecce quod filium decet exhibeo, ut per sublimem et magnificum
virum domnum Victorem ad humilitatem conferam, quidquid mihi poterat legum saecu-
4 larium auctoritate praestari. videte si reus sum, qui elegi virum antistitum moribus
congruentem, qui vel contra aequitatem repugnantium indomita posset corda mollire.

---

[LXV] 2 principe *BT*[2], principis *ceteri* 3 hactinus *B* 4 uericundum *B*[1] genio] geno *B*[a] 5 scribtione *B* in usitata *coni. Hartel* coactae] cohacte *B* 11 fidis *B* 12 gravidi] grandi *Sirm.* culmus *B* 15 emendatio *sup. lin.* ne *B* 17 amantes *B*, amantis *ceteri* 19 de *sup. lin. m. 1 B*

[LXVI] 20 episcopo *in lit. B* 22 quicquid *V* 23 possedit *B* 25 prolixitate *B*[a], prolexitate *B*[b] *l* 26 suppleciter postolaui *B* 30 diffinitio *TCPb* 32 filium] fidelium *B* 33 virum *om. Bb* quicquid *V*

effectum mihi negotii iam promisi, qui legati meritum conprobavi. providete, si religionem deceat, si a pontifice dignum sit illum, qui potest cautibus inperare, contemni. duo sunt quae mecum faciunt: negotii sinceritas et genius subplicantis; quidquid contra hoc obstiterit, bonorum sententiam mox meretur.

## LXVII (EPIST. 3, 2).

## EVGENETI ENNODIVS.

Quamvis commercia litterarum magis sint laetitiae quam maeroris nec secretum 1
pectoris aut amicitiae diligentiam bene in lucem digerat clauda recenti confusione
elocutio, videro tamen utrum dispendium caritati inferat sermo rarior, monstrat tamen
si nullus prorogetur infantiam. testem divinitas gratiae linguae dedit officium. sed 2
dicas, mi domine, haec aliena esse ab eo quem noverim maximis doloribus occupatum,
pressum pectus angoribus ad amoris verba non erigi nec quidquam delenificum lamenta
sentire. res quae mentem premit repudiat quod oblectat auditum. qui maior animae
fuit portio frater in superis, hanc transtulit ad sepulchra. quid exigendum ab illo sit,
cuius dividuum salutis busta clauserunt? in summis adflictionibus queri non posse
vocem gemitibus subiugatam. lacrimarum tempore dictatur inportuna narratio. respon- 3
debo, quod par quoque meum pectus acerbi casus maeror intraverit; nec dividi me
posse ab eius tristitia, quem mihi pro voluntatum similitudine non nunquam laeta
iunxerunt. ostendo tamen saepe gravioris mali in luctibus indicem fuisse sermonem
et intercepta taciturnitatis remedia proditore conloquio. dicam: qui lamentationi suae 4
paginas denegat, in una aetate vult perire quod deflet. non meretur recordatio fratris
et docti, ut nobiscum quid de ipso senserimus occumbat. feriato ore in planctibus
parcus est animus. amati commemoratio, quae mandatur tabellis, viscera carorum
aculeis violenter inrumpit. nunquam patitur obitum veteriscere relatio funeris digesta
per litteras. hoc studio magnitudinem tuam flens consolator appello, ut vicarii sermonis 5
beneficio et promissus sub invocatione dei inter nos nutriatur affectus et persona
facundiae, quae meritis suis occasum non patitur, nostra quoque confabulatione reviviscat.

## LXVIII (EPIST. 3, 3).

## DOMINO SVO FAVSTO ENNODIVS.

Cum scribendi occasio et domestica et amica subpeditet, quare a paginis tem- 1
perem tamquam indigus perlatoris, maxime cum sedulitas litterarum responsa mihi
soleat saepe praestare? huic se studio comitem dedit honorabilis viri veneratoris
vestri fratris Constanti postulatio, qui industriam suam, qua aput vos domnus, ut

1 negotii (*lit. sup.* o) *B* 2 religionem] reginem *sup. lin.* li *B* 3 negotii (u *sup.* o *eras.*) *B* supplicantis quicquid *V*

[LXVII] 7 diligentia *B* 11 quicquam *V* 12 premet *B* 13 sepulcra *V* 14 dividuum] dimidium *Sirm. et Schott in not.* quaeri *b* 15 dictatur *Hartel*, dicatur *libri* 17 numquam *V*, unquam *B*[1] 18 iuncxerunt *BV* 19 taceturnitatis *B*[a] lamentioni *sup. lin.* ta *m. 2 B* 20 denigat *B*[1] 21 quid *om. B* feriat ore *B*[a] a feriato ore *Sirm.* 23 numquam *V* ueterescere *V* 24 consolatur *B*

[LXVIII] 27 dn̄o *BVLC*, domno *Sirm.*, *ut 73, 23 74, 5* 28 subpedetit *B*[1] a *post lin. in mg. add. B* 29 indigus *B*, inditus *sup.* t *scr.* q *man. 1 V*, indictus *LCP*, indiciis *P* maxime] maxima ē *B* 30 ueneratores *B* 31 fratres *B* Constantii *Sirm.* apud *V* domnos *Hartel*

efficacem decet, innotuit, meis desiderat beneficiis subiugare. transcribit enim ad
2 aliena iura sudorem suum qui debere vult commendaticiis quod meretur. dedi tamen
manus precibus et pro eius desiderio sub occasione exhibendae humilitatis scripta
prorogavi deum rogans, ut sub omni celeritate nuntius me vestrae valitudinis et prosperitatis adtollat. nominatum tamen pro mei consideratione magnitudo vestra gemino, si indignus precator non sum, favore comitetur.

## LXIX (DICT. 8).

## PRAEFATIO DICTA LVPICINO QVANDO IN AVDITORIO TRADITVS EST DEVTERIO V. S.

1 Quotiens amomi flosculus aut messis casiae per depraedationem lascivi pollicis
radice viduantur et ad dotem manuum humanarum nobile germen adiungitur, meritum
cespitis odore significat et naturae genium prima visione testatur. occultari se non
patitur fetura sublimis. decus clari sanguinis non tenetur abscondito. vox mundae
2 originis licet in recessibus semper auditur. sed quamvis ita se res habeant, humani-
tatis interest non tacere quod gestias. parum suscipit oneris qui quod scit dignum
esse amore conmendat. feritatis maculam non evitat, qui non festinat adserere quod
meritis novit esse placiturum. diem laudare quis abnuat? adtollere solis radios quis
metuat qualibet nocte sermonum? si themati obsequium praestat oratio, ab ipso
3 suscipit dignitatem. proprii ergo macies non turberis ingenii, quando eloquii vilitas
pretio susceptae dictionis elevatur; erigere, mens fasce depressa inperitiae: dextera
inpacti oneris sublevaris. sed cur longis involvimur? praesenti adulescentulo militat
praefata narratio, quem rediturum ad proavos non denuntiatione augurum, sed post
deum fultus spe mihi vestrae perfectionis spondeo, nec futurum ambigo, splendori te
4 istum suorum posse reddere, quem aliis contulisti. potest enim facile veterum decora
suscitare, cui fas est nova construere. non credas haec esse solius incitamenta
facundiae. tibi uni concessum est claritatem aut dare aut reparare maiorum. stant
ante oculos tuos non annosa pueri monumenta sed recentia. peritiam tuam Firminus
et Glycerius, aetatis suae sidera, hac voce conveniunt:
5 'Suscipe, doctissime hominum, utriusque plantam familiae et culmum, in quo
gravidas aristas parias, secundus adtende. scalpe sarculis uberem terram, quae si
nostri est germinis fibula, fit tuis profecto laboribus responsura. doce udo libro
adolescere maritata plantaria, novelli dentibus virgulti fructum surculi melioris adcommoda, veniat pomorum successus, dum ore tenero sublimior ab illo te docente planta
mordetur, quia nisi edomitam terram terque et quater agricolae ligonibus scripserint,
6 triticeam messem paliurus superabit et lolium. munus Palladium et cana nemora bacis

1 decit *B*[1] 3 hum//litatis *B* scribta *B* 5 attollat *V* 6 fabore *B*

[LXIX] 7 dicta] dica *BV*[1] quando in . . . deutericium *Bb, om. ceteri* 8 Deuterio V. S. *Sirm.* 9 fluscolus *B* cassiae *TCb* pollecis *B* 10 radice *om. Sirm.* 11 cispetis *B*[1] nuturae *B*[1] 12 futura *B*[1] 13 lecit *B* 14 suscipit *(prius* i *in lit.) B* 15 amore dignum esse *Sirm.* maculam *(alt.* a *in lit.) B* 16 attollere *V* radius *B* 18 macies *(casus vocativus!) codices,* macie *edit.* adoliscentolo *B* 21 reddíturum *B* proauos] proabus *B*, probus *V*[1] 22 splendori *B*, splendor *ceteri,* splendorem *Sirm.* 23 istum] isti *Sirm.* 24 sulius *B*[a] 25 facondiae *B* 26 oculus tuus *B* 27 glicerius *B*, licerius *ceteri* conueniunt (eni *in lit.*) *B* 29 arestas *B* pa• rias *V* secondus *B* attende *V* sarcolis *B* 30 fit] sit *b*, feret *Hartel* 31 adoliscere (o *ex* u *corr.*) *B* sorculi *B* accommoda *V* 33 scribserent *B* 34 palourus *B* munus *(sup. alt.* u *lit.) B* cana nemora] canemora *sup. lin.* na *B*

plurimis cultura locupletat. India multo sudore quo se iactat hebenum nutrit. Sabei
virga cespitis manu cessante non proficit. industria fecit, quod Paestaneis rosas
dumeta pepererunt, quas de spinis ceu terrae sidera labor exigit. felix est operantis
instantia, quotiens glebis uberibus manus adhibetur. tunc fessa brachia suco effusae 7
valitudinis intumiscunt, quando integrum fenus ruricolis arva dissolvunt. nascitur
exercitii desiderium de fertilitate telluris. vomeribus agendum est, ut per palmites
exuberet dos autumni. numquam spumantia labris musta meruit, nisi qui vitium
luxuriem curva falce resecavit et in diversis cultibus plus quam vini acciperet, liquoris
effudit. talis est natura mortalium: rite conparantur arbutis rudimenta parvulorum, 8
quos postquam parentum sollicitudo a matris radice decerpserit, providendum est, cui
solo iuxta vota conmendet. post deliberationem doctoribus iura nostra transcribimus.
tunc fiunt institutione vestri, quos nobis natura concesserit: tunc incipit sibi tantum
studiorum lima vindicare, quantum origo vix praevalet. paene enim non iniurium est, 9
vinci prosapiem conlatione doctrinae, quia patris officium habet luxuriam comitem,
praeceptoris sollicitudinem. genitor fit deliciis, institutor laboribus. libertatem origo
tribuit, dignum libertate monitor facit. ergo magis vestrum est quod laudatur in
hominem. nemo enim, si desit testimonium facundiae, poterit praedicare quod nascimur.
splendorem familiae prodit lingua, quam tribuitis. fit praeco generis magistri bene-
ficium. inerudita nobilitas caeleste munus abiurat. astringe ergo artioribus vinculis 10
per aetatem erratici palmitis lapsus, sine subole ramos ferro castiga, novellum cespitem
fotu, quo cuncta fructificare soles, adtolle. habet adulescens noster, quodcumque de
suis respexerit, quos sequatur. nobis crede, actus tot stimulis pervolat, quodlibet
scientiae fuerit aequor ingressus: fodietur prosapiae suae calcaribus: per tot ordines
nihil nisi quod ad litteras invitat inveniet. stat ecce ante te parvulus noster felicibus 11
initiandus auspiciis et sicut iusti hostia devotionem sacerdotis expostulat. paternam
convenit ore pietatem, ut qualibet oratione constitutam in vitae limine conmendet
infantiam, quam de parentibus non sermone exigit, sed quid desideret error ostendit.
cogimur subvenire in necessitate parvuli, quam formido manifestat. sponde tuis, 12
adulescentule, digna primordiis. spem solidam de tua perfectione concipimus: bonum
ingenium doctori optimo mancipamus. sacri iam rudimenta venerare collegii. ad
Latiaris curiae proficiunt sidera, quos vides scintillis modicis futurum lumen ostendere.'

Haec avos dixisse sufficiat; mihi remanet stricta insinuatio. propinquum ad te 13
consanguineus, orbum parentibus religiosus exhibui. quae res mihi affectum pueri
faciant, iam tenetis. si necessitudo respicitur, liber ab amore esse non possum: si
pietas amica proposito, nostri fiunt fili, qui parentum suorum praesidio denudantur.
unum ergo vinculum venit a prosapie, alio nos astringit officium. respice, venerabilis

---

1 locupletat $B^1$, locopletat $B^2$ haebinum *B*, haebenum *V* sauei *B* 2 cispetis $B^1$ manu] munu (*alt.* u *in lit.*) *B* profecit $B^1$ paestaneis *b*, bestaneis *codices* 3 peperunt *sup. lin.* re *B* 4 manos adebetur *B* 5 intomiscunt *B*, intumescunt *V* rurecolis *B* arva] ar ut *B* nascetur *B* 6 exercitia $V^a$ 7 automni *B* 8 licoris $BV^a$ 9 arbustis $T^2$ *et Sirm.* 10 radice] odice $B^a$ *ut vid.* decerpserit] dicer . serit *sup. lin.* p *B*, decerpsit *ceteri* 11 solo • iuxta *B* conmendit *B* transcribemus *B*, transscribimus $V^2L$ 12 incepit $B^a$ 14 habit $B^1$ luxuriem *Sirm. ut v. 8* 17 homine $T^2b$ nascemur *B* 18 tribuitis $T^2b$, tribuetis $VLT^1CP$, tribueteis *B* 19 astringite *b* artiorebus $B^1$ uincolis $B^1$ 20 palmites labsus *B* sobole *V* ramus *B* nobellum cispitem *B* 21 solis *B* attolle *V* adolescens *B* quoscumque *Hartel* 22 quos] quod *b* 23 calcarebus $B^1$ ordenis $B^1$, ordinis $B^2$ 24 nisi *in lit.* *B* inuenit *b* paruolus $B^2$ 25 enitiandus $BV^1$ 26 limine $B^aB^2$, limene $B^b$ 27 desiderit *B* error] horror *Hartel*, terror *fort.* 28 manifestat $B^1$, manefestat $B^2$ 29 adoliscentulae (u *in* o *corr.*) *B* digne *b* 30 colligii *B* 31 scentillas *B* 32 haec auos *VL*, haec auuis *B*, hoc ad uos *TCPb* propincum *BV*, propinquus *Cb* 33 consanguineos *B* orbem *VLT* 34 tenetes $B^1$ possum///si *B* 35 fili *B*, filii *ceteri* 36 uincolum *B* ueniet *B* alia nos *B*, alienos *ceteri* uenerabiles *B*

magister, tot pro isto supplices manus et in spe parvoli maiores eius me teque con-
14 sidera. genus est singulare laudis in doctoribus discipuli eruditio. Achillis lingua
Chiron innotuit: fecit sequacis meritum, opinionem illius plus amari, cuius per se forte
facundia in lucem non potuisset exire. Maro vester tantis institutores suos commen-
davit, quantis ipse notus est: et certe illos per merita sua fama non prodidit. Hiero-
nymus noster, nisi praeceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur; sed
15 illi adplicanda sunt bona nominati, a quo sumpsisse videntur originem. in summam,
ut dixi, caelum pulsat magistri opinio perfectione discipuli. aput scientem rerum non
obicio oblivionem, quia nota commemoro. avara sunt vota diligentum. deum precor,
ut studiis vestris gratiam suam comitem iungat, ut quos a me limandos accepisti
doctissimos reddas, et illorum eruditio vestra quidem gloria, sed meum efficiatur
obsequium.

## LXX (CARM. 2, 3).

## DE EPIGRAMMATIS PER ARMARIA DOMNI FAVSTI FACTIS.

Consona diversis finxisti carmina libris.
  Suscipiat gaudens littera quod tribuit.
Nescio qui tantum non laudet, Fauste, pudorem,
  Cum reddis si quid lecta dedere tibi.
Depositum perdit mens recti nescia semper,
  Ad mores redeunt haec documenta probos.
Si tamen admittis dexter mea verba, fatebor:
  Qui pollet magnis, parvula iuste fugat.
Laudentur tereti quos pingis carmine vates,
  Mascula rhetorico schemate lingua tonet,
Ceu Paulus Christum docuit hominemque deumque.
  Quod praestat cunctis, gaudeat eloquio:
Attica per Graios ditentur dogmata sensus
  Et nostrum stupeat Graecia docta decus.
Moralis strictis narrentur, fysica certis,
  Historiam monstrans indicet historia,
Comica per limam numerentur, fortia plausu,
  Conveniunt operi lucida dicta tuo.
Non valet haec alter: sed Faustum dicere summa
  Ludus erit semper, si bene nota loquor.

---

1 et *sup. lin.* *B* paruuli *V* maioris *B* 2 singolare *B* doctorebus $B^1$ 3 fecis $B^a$ 5 prodedit *B* hieronimus *VLCP,* geronimus *B* 6 ceuseritur *B* 7 in summa *b* 8 discipulo $V^2T^1$ apud *V* 9 diligentium *LCPb* 10 limandus accipisti *B*

[LXX] factis] uersus *add.* *VL* v. 3 fausto *VL* v. 4 lecta *B,* leta *ceteri* v. 8 pollit *B* iuste] iure $T^2$ *Schott et Sirm.,* rite *b* v. 9 teriti *B* pinguis $V^1CP$ uatis *BT* v. 10 retorico *B* schemate *Sirm.,* stemmate *codices* v. 12 quod *B,* quo *ceteri* v. 13 docmata sensos *B* v. 15 fisica *VLCP,* fesica *B* v. 16 ystoriam — ystoria *VLCP,* storiam — storia *B* v. 17 comeca *B* v. 20 ludus] laudis *Hartel; at cf. CCCXVIII 2*

## **LXXI** (EPIST. 3, 4).

## ENNODIVS ABBATI STEFANO.

Litterarum vestrarum quam dulce negotium est, quod mihi spiritale munus 1
exhibuit! quam votiva perlatorum necessitas, quae remedii sui studio desideriis medetur alienis! confiteor, nisi repugnaret proposito, inimica paene ad turbandam aliquorum securitatem vota conciperem. ecce praestant adversa, quod secunda non tribuunt. sanctorum litteras tranquillis rebus unde peccator acciperem, quas numquam meritorum meorum nitor exegit? ecce quantum mihi contulerunt suffragium qui a vobis obtinuisse 2
se confitentur. divinam aestimo providentiam ista tribuere. multum iam credo quod de malae conversationis fasce deposui. proximus est innocentiae, qui sanctorum meretur alloquia. quare dum me saecularis licentia inmunda possedit, numquam tanti viri apices merui, post etiam per longa intervalla numquam huiusmodi bona suscepi. deus magne, quam dignitatem servientibus tibi tribuis, ut quos respicere coeperis, 3
etiam amicis tuis reddas acceptos! vere semper vos singulari cultura suspexi, semper venerandis moribus gravata peccatis colla summisi. ecce iam quasi aequalis appellor. erexit me diu custodita subiectio. fove ergo me orationibus tuis; ostendis enim paginis, fragile a vobis non exhiberi patrocinium. nam et isti suscepti sunt, qui mihi bona, de quibus gestio, contulerunt. ad rem redeo. perditus ille clericus expavit causam 4
dicere apud episcopum, postquam defendi a me vidit eos, quibus meum deputastis obsequium. suggero, si iubetis, ut unus de ipsis Ravennam ambulet cum vestris ad filium vestrum domnum Faustum commendaticiis, ne in praeiudicio ipsorum venalis iudicum, qui Mediolani exuberant, sententia depromatur.

## **LXXII** (EPIST. 3, 5).

## ENNODIVS MAXIMO.

Grandes hiatus paterer litterarum vestrarum elevatus alloquio, si non mei conscius 1
inperitiam pudore conprimerem et iudicii lancem tenerem, etiam cum laudor inmeritus. vos dignatio censurae fecit inmemores, me propositum intra verecundum degere penetrale conpellit. vos scripta mea tamquam amantes adtollitis, me necesse est illos metuere, qui rancido despicientes cuncta neglectu etiam edecumata condemnant. ago 2
tamen gratias, quod apud domnum Patricium talem me iudicari scribitis, qualem vestro testimonio reddidistis. insinuationi ergo amor debetur iste, non paginae, quam scaber stilus sine eloquentiae dote signavit. salutationem tamen magnitudini vestrae dignam referens deo gratias ago, quod votivis vos auctos successibus reduxit ad propria, quos mens mea pro conexione caritatis numquam sentit absentes.

---

[LXXI] 1 *Huius epistulae priorem partem* (— *v.* 9 proximus est.;.) *bis et diversa manu* (*B1 et B2*) *et in diversa plagula scriptam praebet B* stefano *B1 VL*, stephano *B2* 2 munos *B1*, munos *sup. lin.* u *B2* 3 exibuit *B1* studio] stimulo *B2* 4 penae *B*, pene *V* alicorum *B1* 5 conceperem *B1*, conceperim *B2* prestant *B* 6 acceperem *B1*, acceperim *B2* 7 contulerunt (u *in* o *corr.*) *B1* 8 ista] illa *Sirm.* 9 male *BV* 10 colloquia *Sirm.* 11 suscipi *B* 12 ceperis *codices* 13 acceptus *B* 15 me ergo *CPb* 21 deprometur *B*

[LXXII] 23 patirer *B1* 26 scribta *B* adtollites *B1*, attollitis *V* 27 dispicientes *B* edecumata] edocumenta *b et man. rec. in B* 29 pagine *B*, pagina *B2* (*man. rec.*) *b* 31 ag•o *B* uotiuos *B* uos auteos re | successibus (re *del.*) *B*

## LXXIII (EPIST. 3, 6).

### ENNODIVS LAVRENTIO.

Dandae sunt manus amoris imperio. vinctum me tenet adfectio, cui verba concessi, ut quod ad salve debitum pertinet non tacerem. domestici perlatoris occasio mihi perire non potuit, nisi ad diligentiae testimonium scripta transmitterem. salutans ergo reverentia debita precor, ut vicario me relevetis affatu, quia promitto mihi litterarum prorogatione responsum.

## LXXIV (EPIST. 3, 7).

### ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

Quis vestrae affectionis inmemor, nisi qui est inhumanus, existat? quis totius religionis personae apud deum nolit habere suffragium? ego maxime, qui et gravibus peccatorum sarcinis premor et vestram gratiam optinui, quae res mihi absolutionem integram pollicetur. salutans ergo veneranter et debite spero, ut pro me per omnia sanctorum loca vota facias. quae consecutus dei beneficia sine mora dissolvam, quia conpertum mihi est, quod mereris audiri.

## LXXV (EPIST. 3, 8).

### ENNODIVS AVIENO.

1 Si offensa praestat, ut magnitudinis tuae scripta geminentur, quam vellem saepe illa sereni pectoris tui tranquilla turbari? et nisi adversaretur proposito, causas indignationis ingererem, quando quod amor non meretur per culpas obtinui. ego tamen errore vacare me nuntio in ea causa, in qua dum accusatis neglegentiam, praemium contulistis. puerum turbatus direxi, per quem nihil aliud quam quod opus esset ostendi. libero pectore lingua vacat officiis, mens confusa gratiam salutationis abiurat.
2 ecce deo in utroque gratias, quia nec ego reus sum et vos me reum esse credidistis. beneficium mihi commotio vestra contulit, quod vix dedisset affectio. ego quid tibi debeam explicare non possum. pauper est caritas, in cuius narratione sermo non deficit. domine mi, salutem debitam dicens deum rogo, ut quodlibet animo gesseris semper scribas.

## LXXVI (EPIST. 3, 9).

### ENNODIVS MARCELLIANO.

1 Scio magnitudinem tuam grandibus dei beneficiis abundare et promissam circa amicos servare constantiam. nescit animus vester incerta polliceri amorem sine aliqua

---

[LXXIII] 4 ad (d *sup. lin.*) *V* scribta *B*

[LXXIV] 9 nollet *B* 10 uestram *in mg. man. 1 adscripsit cum nota, ut ante* gratiam *inseratur B* 12 quae] quem *B* 13 mereres *B*

[LXXV] 15 scribta *B* 17 optinui *V* obtinui per culpas *b* 18 praemium (a *exp.*) *V* 24 mi] mihi *BVL* salutationis debitum *Cb* gesseres *B*[a] 25 scribas] finit *add. VLTCP*

[LXXVI] 28 aliquae *B*

inminutione custodiens, et ideo securum me post deum vestris trado et commendo
manibus et dei beneficia in quibuscumque negotiis per vos mihi evenire non ambigo.
domine, ut supra, salutationis honorificentiam solvens rogo, ut frequenti me epistularum 2
vestrarum relevetis alloquio, quia summum mihi a deo munus conceditur, si de vestra
meruero sospitate gaudere, quos fides et integritas omnibus, qui deum timent, facit
acceptos.

## LXXVII (EPIST. 3, 10).

## ENNODIVS LVMINOSO.

Posset amicitiarum religio et adultae inter nos planta gratiae nulla discretarum 1
sentire damna regionum, si quod negatur aspectui, pensaretur alloquiis et pigro corporum onere divisi per illam quam e caelo sumpsimus partem animis iungeremur.
index merae affectionis vota pectorum lingua signaret, si ad desiderii copiam militaret
oris officium et penetrale mentis resignatum teneretur in litteris: tunc nullo caritas
neglectu veteresceret, tunc diligentia mutuae devinctionis usu polita fulgeret nec scabro
memoria nostri torpore laederetur. sed quid faciam, quod mihi meritorum meorum 2
nebulae serenitatem bene amantis obducunt et oblivionem mei peccata conciliant?
facessat a proposito meo imitari quod factum doleo et per silentium sumere de vestra
taciturnitate vindictam. geminis ergo stimulis verba concessi. negare non potui commercium epistolare, quod et causa poposcit et gratia. scitis optime quae a vobis et 3
per me et ore proprio sanctus pater vester domnus episcopus postulavit, ut expensa,
quae pro necessitatibus domni papae Ravennae facta est, redhibitione pensaretur.
certis enim potentibus, quorum nomina tutum non est scripto signari, novit dominus,
quia plus quam quadringentos auri solidos erogavit. hos me fidem dicente concessit. 4
frons mea apud ipsum libera esse non potest, donec per vos, sicut confido, pollicitatio
compleatur. idcirco direxi praesentium perlatorem, hominem et religionis et fidei, ut
ab hac me quam praefatus sum conventione et iniuria sublevetis. unde salutationis
honorem tota humilitate persolvens rogo per illum contestans, qui communia circa
sanctum papam vota respexit, ut ordinetis qualiter ab huiusmodi inquietudine relever.
tamen si verecundum esse non creditis, indicate, et de propria facultate restituo, quid- 5
quid me spondente a sancto episcopo constat expensum, quia litteras sancti papae
habeo, quibus iussit, quidquid opus esset fieri, cum mea debere securitate compleri.
si mereor laborare, vestrae erit provisionis expendere.

## LXXVIII (EPIST. 3, 11).

## ENNODIVS SENARIO.

Si diligentiae memoria circa personam meam animus vester non exueretur, si 1
reverti eum ad iudicium sublimitas tua non cogeret post favorem, frequentia scripta

---

1 inminutione] immutatione *b* 3 sapra $B^a$ frequenti me] frequentissime *B* 5 quos] quia *Sirm.* fidis *B*

[LXXVII] 8 possit *B* 10 sumsimus *V* 11 indix *B* si *om. B* cupiam *B* 13 diligentia *BCP*, diligenti *VLT* 14 nostri *BC*, uestri *ceteri* mihi *sup. lin. B* 15 mei peccata mea *b* 18 poposcit] proposuit $B^a$ 21 nomina tutum] nominatum $B^1$ scribto *B* 22 quadrigentos *sup. lin.* n *V* 24 direxi $T^2$ *et Sirm.*, direxit *ceteri* hominem religionis (*om.* et) *Sirm.* 28 uericundum $V^a$ credetis *B* quicquid *V* 30 quicquid *V* esse $V^1L$ 31 mereor] meo *spatio necessario relicto B* expendere $V^bTCP$, expludere $V^a$, explaudere *L*, expendet *B*

[LXXVIII] 32 sanario *B* 33 exuretur *sup. lin.* e *V* 34 eam *fort.* cogerit *B* scribta *B*

prorogares. sed quid faciam, quia non validis radicibus nititur amor indebitus et cito
2 ad examen reducitur, quidquid gratiae aura subripuit? me novi solum prius debuisse
diligi quam probari. hunc tantum fructum de caritate possedi, quem incognitus
provisione subtraxi. sed vos convenerat non cito ab eo, cui amici nomen inposuistis,
abscedere, ne non semper ad meam culpam redeat, quod promissa mihi non tenetur
affectio. solet enim esse ignara districtionis devincti conscientia, et opus est ut per-
3 petuo teneat quidquid semel fidum pectus acceperit. salutem ergo debitam dicens
spero ut despicientes rancida potentum fastidia honorem vestrum et quam deus tribuit
possibilitatem humilitatis fascibus sublimetis. cuius rei fidem interpres animorum lingua
confirmet et testimonium fidele mentibus deferat caritas monstrata per litteras.

## LXXIX (EPIST. 3, 12).

## ENNODIVS ABBATI STEPHANO.

1 Geminantur dei dona sperantibus et duplici exuberat gratia superna beneficio.
largis meatibus caelestium munerum unda procurrit, transeunt haurientis ambitum quae
a Christo veniunt fluenta donorum. sola vena est quae maciem nescit et defectus
abiurat, tantum cursibus suis suggerens, quantum meretur pectus sitientis accipere.
cui advertite quid occultus sapor infundat, quando ardorem limpha conciliat et siccitatem
2 labiis aestuante animo inriguitas vivi fluminis gignit. talis est vestrarum ratio littera-
rum, quae quantam afferunt desideriis satietatem, tanta pariunt et augmenta, quarum
profunditas et bibitur et optatur, et ita puro ditant gurgite, ut occulto ab eis viscera
subfundantur incendio. in quibus cognatas video flammas et pocula et diversitatem
3 naturae in peregrinam coisse concordiam. domine mi, longum terris deo nostro
tribuente vitae beatissimae exemplum praesta et per religionis sanctae philosophiam
non in hac tantum vita sperandum esse contemptu saeculi praesentis ostende.

## LXXX (OPUSC. 3).

## VITA BEATISSIMI VIRI EPIFANI EPISCOPI TICINENSIS ECCLESIAE.

1 Quamvis me urgueat suscipiendi operis anceps necessitas et e regione inpositus Sirm. p. 358
sit nec meo labore vacuus nec maledicorum disceptatione tractatus, in quo gemina
cautio dictionis hinc ubertatem exspectet ingenii, inde etiam lingua divitibus narrandi
frenos inponat, cum ipsas eminentissimas ut putantur in saeculo vana inflatione personas
si quis ventoso nimium studuerit elevare praeconio aut intra gestorum terminum inopia
2 eloquii continere, utrumque apud eas iudicetur ingratum. in laudibus enim ipsis turpe

---

2 quicquid *V* subrepuit *B* noui solum *B*, solum noui *ceteri* 4 provisioni *malim* ab eo] habeo $V^a$ *ut vid.* imposuistis amici nomen *CPb* 7 quicquid *V* 8 dispicientis ranceda *B* 10 litteras . finit *VLT*

[LXXIX] 11 stefano *V* 12 superna gratia *CPb* 13 largis meatibus] largissime actibus *B* percurret *B* transeant $V^a$ 16 limpfa *B* 17 gignet *B* 18 quantam *BC*, quantum *ceteri* 21 mi] mihi *BVL* nostro] ñ *VL*, *om. Cb* 22 filosophiam *B*, phylosophyam *VL* 23 tantum uita *B*, uita tantum *ceteri*

[LXXX] *Vita Epifani ex codice Bruxellensi edita est a Bollandistis in Act. Sanct. Ian. II 364—377* 24 incipit uita .... *BVLT* ticiniensis *B* 26 urgeat *V* inpotus *sup. lin.* si *V* 28 expectet *V* 31 ipsis ⟨ut⟩ turpe *Hartel*

p. 359 est illa cudere, quae nec ille, de quo narrantur, agnoscat: sic iniuriosum et dolore
dignum putatur, illud praeterire silentio, quod relatio vera possit adtollere. etenim res
bene gestae veterum nostrorum pro referentis apud nos accipiunt facultate virtutem.
nam vere aut perit notitiae aut adtenuatum transit ad posteros, quod ad explicandum 3
pauper verborum vena susceperit, et illa (haud) iusto liberior laudatio tantum decerpit
gloriae, quantum falsitatis adiecerit. fit vero plerumque, ut fide carens cumulus minuat
probe facta multorum et sit vana narratio quae crescit ex mendaciis, intempestiva et
mendica nimium quae non pertransit ad terminum.

Quocirca vitam beatissimi Epifani Ticinensis antistitis narraturus invoco sanctum 4
spiritum testem actuum eius et comitem, ut ipsius auxilio gloriam conscientiae
serenissimae, quam eidem concessit, tradam chartis victuris in saeculo, ut exemplum
praebitura virtutum numquam fama moriatur. in quo tamen opere si me angustia non 5
artaverit eloquentiae sub certa lege currentis, ut saltim cruda per ordinem digeram
facta meritorum, nihil tamen de laboribus eius tam mediocre vel humile inveniam, ut
necessariis illud bullis, ut plerique solent, vividi sermonis amplificem. testes etiam 6
calentium citabo negotiorum et trophea illius adhuc fumantia et exornata de manubiis
diabolicae nuditatis ostendam. nemo enim sub oculis praesentia paene et nimium nota
p. 360 commemorat, nisi qui de veritate confidit, ut, quos forsitan ficta dicturus velut
inpudentiae meae conscios evitarem, eorum auribus relegam illa quae cognovit aspectus.

Igitur praefatus vir insignis Epifanius oriundo Ticinensis oppidi indigena fuit, 7
patre Mauro generatus et matre Focaria editus, quae sancti etiam Mirocletis confessoris
et episcopi tangebat prosapiem, hominibus ex liquido ingenuitatis fonte venientibus.
sed quid illorum retexam sanguinis praerogativam, quorum familiae et nobilitatis caput
est filius? qui sub decessore suo viro integerrimo Crispino pontifice caelestis militiae 8
tirocinium orditus annorum ferme octo lectoris ecclesiastici suscepit officium signo
ante caelitus demonstrato. nam dum esset in crepundiis lactantis infantiae, fulsisse
eius cunabula superno lumine videre conplurimi, ut futuram mentis claritatem lustrans
eum et praecedens fulgor ostenderet secuturumque splendorem in moribus iam tunc
typica luce signaret. notarum in scribendo conpendia et figuras varias verborum 9
multitudinem conprehendentes brevi adsecutus in exceptorum numero dedicatus enituit
coepitque iam talis excipere, qualis possit sine bonorum oblocutione dictare. igitur 10
processu temporis et laboris ad sextum decimum aetatis annum divino favore perductus
cana consilia in annis puerilibus meditabatur. vernabat in illo prae ceteris mater
p. 361 bonorum operum verecundia. ita famulabatur antistiti libens, ut si quid operis gereretur
ab altero, graviter ferret subreptum sibi fuisse servitium. accipiebat senes graviter, 11
iuvenes comiter et cohercebat iam tunc facinorosos audacter. erat primis subiectus,
prioribus sancta iniungentibus obsecundans, aequalibus blandus atque officiosus, sequentibus mera caritate communis: nulli se praeferens, cum religioso cursu per caelestem
tramitem omnibus anteiret: laudationis amore vacuus, cum cottidie in eo laudanda
adulescerent. cumque res gloria dignas per horarum momenta consummaret, perire 12

---

1 sic] sed *fort.* 2 attollere *V* 3 pro referentis] proferentis *sup. lin.* re *man. 1 B*, proferentis *Cb* 4 uerae *b* peret *B* attenuatum *V* quod expl. *om.* ad *Cb* 5 susciperet *B* haud *del. Boll.*, illa autem iusto (*om.* et) *fort.*, *cf. p. 62, 31* 9 antistis *VL*, antistes *B* 10 spiritum sanctum *CPb* 11 uicturus $V^1$ 13 artaberit *B*, coartauerit *Sirm.* saltem *V* 15 etiam] etenim *b* 18 confidet *B* uelud *B* 19 conscios *prop. Hartel*, conscius *libri* 20 indigena (in *ant. lin.*) *V* 23 capud $B^1$ 25 orditus *B*, sortitus *ceteri* aeclesiastici *B* suscepit *VLCP*, suscipit *B* 26 demonstratos $V^1L^1$ crepudiis *B* lactentis *b* 29 typica (a *in lit.*) *B* 32 sextum et decimum *Sirm.* 35 sene *sup. lin.* s *add. B* 36 aucdacter $B^a$ 37 atque *sup. lin.* *V* 38 mera] mira *B* 39 cotidie *V* 40 adoliscerent *B* gloriae *VLTC* consumaret *B*

fructum gloriae opinabatur atque mercedem, si praetulissent homines quod soli deo
exhibebat abscondite. in summam, apostolici memor oraculi, adsentationes respuens
in semetipso teste conscientia pro boni operis recognitione plaudebat.
13 Illud vero libandum esse non abnuo, quod formositas in illo lucis corporeae index
animae fuit et tantum contra studium illius formae decus enituit, ut nec forti viro
posset obpugnante subverti. ridebant genae, etiam cum animus maestitudine torpuisset,
nitida simul labia commendabant dupliciter mella sermonum, nec non quocumque
14 vertisset oculos, serenitatem mentis nuntiabat aspectus. frons cereae pulchritudinis et
candoris illius, quae solis passa radios colorem traxit ab aethere; nares in tanto
naturaliter splendore formatae, ut illas nequiret imaginibus corpora repraesentans
pictor aemulari; manus teretes, prolixi digiti, de quibus aliquid et alienigena gauderet p. 362
accipere; staturae proceritas decens, quae eminentiam secuturae dignitatis praefiguraret
15 in membris nec tamen modum ornatissimae prolixitatis excederet. sed ne quis forsitan
malitiosus interpres intempestive positum iactet, in viro tantarum virtutum de lepore
carnis factam esse mentionem, cum in illa veteri mandatorum caelestium radice sit
(Levit. 21, 19 s.) insitum, sacerdotum corpora sagaci debere insinuatione lustrari, ne quid debile vel
deforme, ne quid plus minusve esse contingat neve inolitam maculis cutem superficies
foeda dedecoret, ne fractura manus aut fractura pedis aut gibbus indignum altaribus
reddat antistitem: et clamet doctor gentium et electionis vas, hominem mundum ad
eiusmodi debere officium pervenire, quod non solum de animae, sed etiam de corporis
16 creditur nitore dixisse. potissimum qui deformem ac debilem a libaminibus suis mandat
arceri, invenitur eos, qui multipliciter grati sunt, libenter admittere, praesertim in quo
lucem membrorum animae fulgor exuperat nec naturaliter illud terrenum decus aliquibus artificiis adiuvatur.
17 Praestrictis ergo his quae oportuit non omitti, ut cui innotesceret opere vir
inmensus praesentaretur et vultu, transeam ad illa, quae de cultoribus dei nostri non
mediocriter laudanda fronte narrantur. erat in eodem sermo ad doctrinam congruus, p. 363
fabricatus ad blanditias, ad intercessiones iam tunc artifex, ad corripiendos singulos
auctoritate plenus, ad exhortandos quosque necessario lepore dulcissimus: vox sonora,
(Ambr. off. 1, 84). suco virilis elegantiae condita, nec tamen agrestis ac rustica nec infracta gradatimque
a mascula soliditate deposita. illum quicumque vidit, cum necdum dignitatum aliquod
limen intrasset, omnia eum transisse credidit quae sequebantur insignia.
18 Talis iam ad octavum decimum aetatis suae pervenit annum, in quo in secundo
a levitis numero dedicatus senum coetibus puer adiunctus est. stupuere conplurimi,
sed externi, qui mores illius cum aetatis inmaturitate iungebant: seram credebant
19 dignitatem hanc redditam esse qui noverant. at ille venerabilis Crispinus episcopus,
favoris nescius, pertinaci tenens districtione censuram et quem numquam nisi bona
conscientia duxit ad gratiam, sic eum mulcebat sensibus, ut morderet obtutu, et sub
specie frontis rigidae clandestinum circa discipulum nutriebat affectum. pascebatur
alumni sui optabili conversatione pater et in omnibus eius actibus oculos amoenabat.
20 in quo tamen ille subdiaconii ordine nihil amplius quam biennio commoratus, meritorum
suorum saltibus evectus exiluit, nec se diu intra angustias modici honoris anima est p. 364

2 summam *BVLC*, summa *b* apostoloci $B^a$ 4 formisitas $B^1$ indix *B* 5 forte *B* 6 posset *Sirm.*, possit *libri* turpuisset *B* 7 duplici•ter (*eras.* a) *B* 9 solis] solu $B^a$ *ut vid.* in tanto *in mg. suppl. man. 1 V* 12 decens] dicens *BL* 15 illo *B* 18 gippus $B^a$ 19 antestitem *B* 21 potissimum *B*, *om. ceteri* 22 admittere libenter *b* 23 exsuperat $V^2L$ 26 nostri] ñ $VLT^1$, *om. CPb* 28 fabricatas $B^a$ 30 eligantiae *BVL* 32 se | bantur (que *post lin. add.*) *B* 33 decimum octauum *Sirm.* in secundo] infimo *b*, secundo *Sirm.* 34 puer *B et Sirm.*, per *ceteri*, *om. b* stupuerunt *b* plurimi *CPb* 40 in *om. b* 41 subdiaconii *B*, subdiaconi *ceteri* meritorum *om. Cb* 42 est diuis *in lit. B*

dives passa refrenari. festinabat ad leviticam dignitatem conscientia, quam numquam
vota praesumpserant: exigebat conversatio quod desideria penitus ignorabant.
Circa metas tamen praefati honoris et terminum unum eius opusculum summo- 21
tenus libet adtingere. Summias vocitatur ager, qui in eo loci situs est, in quo terrenum
marginem gulosus Padani gurgitis morsus adrodit et flexuose serpens fluvius largitur
in conpendio alterius quod furatur ab altero, simulque fit lucrum finitimi aliena cala-
mitas. de huius praedii finibus antiqua cum clericis Burco quidam lite certabat. ad 22
quod iurgium dirimendum senile nimis et praeter quam conici possit annosum adhuc
puer iste dirigitur. electus est enim, qui et fortiter inlatas intentiones exciperet et
maturitate consilii inferendas temperaret. adtulit tamen quod solet omnium criminum 23
mater intentio. nam processu sermonis et scandali ipse Burco, qui malitiae suae
sordido lenocinaretur adsensu, summum facinus sine aliquo timore commisit. nam
sanctum virum ita fuste percussit, ut sanguis protinus ebulliret. at ille paratissimus
iram repressit nec vindictae spe provocatus efferbuit, turbatumque potius et adtonitum
percussorem blandissimo delenibat affatu. ilico miseram se clamans et orbatam filio 24
ob atrocitatem facti Capraria Burconis mater occurrit. crederes eam circa funus
p. 365 pignoris sui illa qua fugatur omne consilium in carorum mortibus lamentatione iactari.
lambebat vestigia sanctissimi iuvenis heiulans mater et 'parce' clamabat illi, quem
numquam ad indignationem vis ulla conpulerat. at ille supplicantem prohibebat, ne
sibi invidiam rogando concitaret, ne se non merentem delati honoris sarcinis inpediret.
turbata est repente civitas, omnium Christianorum in furorem versae mentes. Burco 25
ad exitium poscebatur et in tanta hominum multitudine nemo placidus, nisi qui iniuriam
fuerat passus, inventus est. flebat egregius pontifex de infirmitatibus suis et molestiis
gaudente discipulo. nam ita satisfaciebat pro eo, qui putabatur inimicus, singulis, ut
nec gloriam parcendo iactanter quaereret nec vindicando mandata caelestia praeteriret.
Brevi post ad diaconii evectus infulas vicensimum annum aetatis ascendit, facie 26
necdum bene barbata. turbabatur suscepti honoris tirocinio homo, qui iam ducem
poterat implere Christianum. singulorum pro pudore declinabat aspectus, quem uni-
versa civitas quasi salutis signum aliquod adtendebat. interea supra dictus antistes 27
omnem ecclesiasticae conversationis substantiam et divitias pauperum suorum in eius
potestate committit volens ante episcopatum cognoscere, qualem futuris temporibus
praepararet episcopum. et cum vix sit, ut ab eorum personis, de quibus successionis
p. 366 seritur quantulacumque suspicio, invidia temperetur, in istius gratia sibi credebat perire
sanctus pater quidquid minus fuisset exhibitum: quaedam in illo sua, quaedam volebat
esse maiora. at iste cottidianis profectibus etiam cupidissimi in oratione genitoris vota 28
transcenderat. erat enim genitor, cuius eum per evangelium conceptum verbi caelestis
semine feta alvus effuderat. nam de pudicitia iuvenis mei quid loquar? in quo domum
sibi statuerat castitas et continentia radices fixerat in profundum. virum se esse nisi 29
per patientiam laboris ignorabat; carnem habere, nisi cum moriturum se esse meminerat,
nesciebat. quotiens tamen illum corporeus adpetitus, sicut ab ipso didici, ludebat
imaginibus somniorum, ilico ad vigilias sanctas, continuata ieiunia, standi diutissime

---

2 praesumserant *V* exigebant *B* 4 attingere *V* summas *sup. lin.* i *man. 1 B* uocetatur *B*[a] loci *B*[a], loco *B*[b] 5 adredet *B* 7 ad] at *B* 8 senile nimis] senihileminis (*exp.* hile *et sup. scr.* le) *B* 9 inlatas] illas *Sirm.* exceperet *B* 10 attulit *V* 13 at] ad *B* 14 attonitum *V* 15 delenibat *scripsi*, delinebat *B*, delinibat *ceteri* 16 facti] fasti *B*[a] crederis *B* 18 landebat *B*[1], lanbebat *B*[2] 19 ad *om. B*, in *fort.* at] ad *B* 20 contitaret *B*[a] 22 exetium *B*[a] 24 discipula *B*[a] 25 mandata (ata *in lit.*) *B* 26 uicesimum *V* 27 barbata bene *B*[1] *et Boll.* 29 attendebat *V* antestis *B* 30 eclesiasticae *B* 31 committit *TCPb*, committitur *BVL* 32 succesionis *V* 33 suscipio *BV*[1] 34 quicquid *V* fuisset minus *Sirm.* 35 cotidianis *V* 36 transcederat *B* 37 nam] iam *fort.* de] di *B*[a] 39 laboris patientiam *CPb* 40 appetitus *V* 41 illico *B*[a] *ut vid.*

necessitatem plena aviditate currebat, talemque bellatrix dextera animae suis certa-
30 minibus reddebat carnem, ut illi opus esset postea pro necessitate succurri. nec tamen
refecto corpusculo indulgebat otio: utebatur lectione pro requie librorum venerabilium
pro blandimentis instrumenta suscipiens. memoriter semel transcursa reddebat et, ne
crederetur scripturarum divinarum tramitem verborum tantummodo celeritate transvolasse,
31 pingebat actibus suis paginam quam legisset. si propheta fuisset in manibus, prophe-
tantem videres codice amisso lectorem; si testamenti veteris recensuisset volumina,
Moysi dignus aemulator incedebat, taliter ac si illum Israhelitica per desertum agmina
sequerentur; si apostolicum lac verborum et mel dominicae passionis severitatem legis p. 367
condiens scriptura index revelasset, continuo ex ore ipsius dulciora favis verba fluxerunt.
postremo quid libri docuissent, vita signabatur.
32 Domum taliter regebat ecclesiae, ut nec profusione immoderata commissam penum
exhauriret nec odia sordenti parcitate contraheret. intercessionum etiam tunc certamina
proludebat. nam ubicumque pro remediis miserorum episcopi mittebatur imperio, tanta
exigebat beneficium arte supplicandi, ut sentirent sibi in causis profuisse conplurimi,
33 ipsum per se episcopum non venisse. augebatur circa eum per dies singulos popularis
affectus et magnis successibus cumulabatur amor, qui ex iudicio descendebat. desidera-
batur in illo sacerdotium, cum nemo nutritoris eius optaret interitum. ipsum tamen
ne odor quidem huius opinionis afflaverat; arbitrabatur ad profectum suum sufficere,
34 si cum bona semper aestimatione serviret. postquam tamen invalida senectus et
semper de infirmitatibus querula venerabilem virum Crispinum pontificem occupavit,
istius sustentabatur manibus, in huius nitens erigebatur amplexus, pes illius erat oculus
dextera: cuius ministerio, quidquid optasset fieri, ante iussionem suam videbat impletum.
praesentiunt enim bonae mentes eorum desideria, quibus cum integritate famulantur.
talis in diaconatu a vicensimo incipiens octo annos implevit. et quidem tunc status
35 ecclesiae Ticinensis bona clericorum fruge pollebat. erant caelestes viri, quos iste a p. 368
perfectione incipiens anteibat. fuit Silvester archidiaconus ea tempestate, homo in
vetusta disciplinarum instructione probatissimus. fuit vir insignissimus Bonosus pres-
byter, tam nobilis sanctitate quam sanguine, Gallus quidem prosapia, sed caelestis
indigena. fuere alii et numero plures et virtute praestantes, quorum idcirco facio
mentionem, quia parva laude dignus est qui tantum miseris antefertur.
36 Circa finem tamen vitae, quem spiritu praevidebat, sanctus antistes Mediolanum
vicinam expetiit civitatem, ubi nobilium germina messe quadam mundae ingenuitatis
excreverant. quos visitationis gratia requisitos talibus vir dei sermonibus appellavit:
37 'ecce, fili, iam me aetas conpellit ad transitum, iam originariam ad ius suum revocat
terra particulam. commendo civitatem, commendo ecclesiam, commendo hunc, cuius
labori et gratiae debeo quod usque ad hoc tempus vixi et grandaevus et debilis, cuius
corporea soliditas et virtus animae inbecillitatem meam portavit sine fastidio, cuius
ambulavi pedibus, tenui aliquid manibus, vidi oculis, ordinavi sermone. duo videbamur
38 intuentibus, cum unus per concordiam fieret ex duobus'. haec Rusticio inlustri viro
dicta penitus insederunt, qui in omni dicendi genere exercitatissimus tali est orsus
eloquio: 'scimus, sancte pater, scimus et profunda consideratione perspeximus, iuvenem

---

5 scribturarum *B* 6 profeta *V* profetantem *V* 7 uideris *B* 10 scribtura indix *B* 11 signabat *T²* *Schott et Boll.* 12 eclesiae *B* 16 per se] pese *Bᵃ* non *om.* *B* sigulos *sup. lin.* n *B* 17 ma∗|gnis (*eras.* g) *B* amar *Bᵃ* 18 illo] eo *CPb* eius] sui *CPb* 22 eregebatur *B* 23 quicquid *V* 24 cum *ant. lin. suppl. man. 1* *V* 25 uigesimo *V* expleuit *Sirm.* 26 eclesiae *B* 27 anteibat] amabat *b* 32 antestis *B* 33 germana *B¹V¹L¹* 35 filii *V* fili am *Bᵃ*, fili iam *Bᵇ* mea etas *BVLT* conpellet *B* 36 eclesiam *B* 37 cuius *B*, *om. ceteri* 38 inbecillitataem (c *ex* l *corr.*) *B* 40 rustico *L¹CPb* 41 tali *B*, talis *ceteri*

p. 369 istum non oportere pro aetatis inmaturitate censeri nec debere gravis consilii hominibus
teneros pro quadam obice annos adferri. vir namque cana morum integritate probabilis
geminata laude dignus est, si illi ad venerabile mentis imperium puerile corpus
optemperet. vive tu tamen, vive, exemplum et forma bonorum operum, et uberiores
in eo, si adhuc possunt crescere, lucidae conversationis fructus adiunge'. his dictis 39
conticuit. at ille piissimus pontifex benivolentiae eius inpendens gratias, quod secum
pari de discipulo aestimatione sentiret, dicto vale discessit atque Ticinum quasi ad
sepulchrum festinans regressus est. qui aliquantis diebus emensis morbo regio perfusus lucem saeculi nostri superna habitatione commutavit.

Ex tempore in isto bonorum omnium consensus adducitur, magnus ilico in tota 40
urbe concursus. rapitur a lamentatione funebri in gaudium populi consecrandus
antistes. flebat iste intemperanter dolore mortis paternae, cui reddi debitas lacrimas
promiscuae multitudinis laetitia non sinebat. resistebat in quantum poterat et indignum
se iam apostolica imitatione clamitabat: sed tantum magis surgebat in eo dilectio
cunctorum, quantum in multitudine magna solus erat, qui se vocitaret indignum. nunc 41
quid pluribus utar, qui omnia explicare non valeo? finitimarum civitatum iunguntur
studia et adtrahitur tanta collectio, ac si initiandus esset totius orbis episcopus. ducitur
p. 370 Mediolanum adhuc reluctans et magna si dimitteretur munera promittens, qui ut fieret,
noluit spondere vel minima. consecratur cum omni celebritate cunctorum. exultabat
mundus de tam sanctae ordinationis insignibus. extranearum habitatores urbium tanto 42
se tripudio iactabant, quasi ipsis proprie profuturus infulas sacerdotales exceperit.
aliquos tamen magnarum urbium incolas edax consumebat invidia, quod tantum oppidi
Ticinensis angustia habere meruisset antistitem, cum apud ipsos sola pontifices metropolitanae iactantiae vocabula tuerentur.

Exacto ergo dedicationis suae die Ticinum rediit convocatisque universis pres- 43
byteris ac ministris talibus eos instruxit et confortavit adloquiis: 'quamvis me, fratres
carissimi, inter primordia inmatura titubantem iudicii vestri et susceptae dignitatis
pondus oppresserit, memini tamen quod magna gratiae vestrae debeam, cui maxima
contulistis. et licet parendi vobis magis quam iubendi habuerim voluntatem, mutavi 44
tamen per officium personam serviendi, animum non omisi. estote pacifici, estote
unianimes; onus meum mecum dividite. fit enim ad portandum facilis sarcina, quam
multorum colla sustentant. meam vobis communionem servandam cum omni humilitate
polliceor, neque futurum esse quenquam, qui me, nisi cum deo nostro, possit offendere.
p. 371 auctorem bonorum operum servate pudicitiam; et ne iniuriosum putetis quod grand- 45
aevos et presbyteros de continentia et integritate servanda puer appellat: conversatio,
non anni, aut adulescentiam aperit aut senectam. speculamini meae conversationis
interna et, si indignum aliquid agnoscitis, coercete. nemo ut ecclesiae principem
admonere timeat, si probat errantem'. his ita dictis conticuit. surrexerunt omnes et 46
consona quasi ex pristina meditatione, sub momentanea tamen voce dixerunt: 'have,
pater probatissime, have pontifex singularis. bonum te quidem universorum sensit
electio, sed optimum etiam tua testantur alloquia. crescis sanctis meritis apud con-

---

2 propabilis *B*[a] 4 obtemperet *V* 7 existimatione *b* dicto] data *B*, dato *Schott et Boll.* 10 extempore *B*, extemplo *V*[2]*Lb*, exemplo *V*[1]*C* isto *B*, istum *ceteri* magnos *B* 12 antistis *B* debitis *B*[a] debitas aliquas lacrimas *P*[1]*b* 17 attrahitur *V* 18 in mediolanum *VLT*[1]*CP* 19 celeritate *BT* 21 trepudium *B*[1] infolas *B* exceperit *B*, exciperet *ceteri* 23 antestitem *B* sola] sala *B*[a] metropolintanae *B* 25 prespiteris *B* 26 alloquiis *V* 27 carissimi ... titubantem *in mg. inf. suppl. B*[2] inmaturae *B*, immature *Boll.* 28 quod] quid *Sirm.* magna *om. b* 29 haberim *sup. lin.* u *B* 30 amisi *Sirm. et Boll.* 31 unanimes *TCb* 33 quemquam *V* 34 operum] omnium *Sirm.* putetis (pu *in lit.*) *B* 36 adolescentiam *V*[a], adoliscentiam *B* 37 agnoscite *B* coercite *VLCb*, coercitae *B* ut] vel *sive et malim* 39 habe *B*, aue *TCb* 41 crescens *B*

scientiam nostram et aperiris luce operum supra quam porrigebatur opinio'. quibus
breviter perstrictis suscepto omnes munere discesserunt.
47 Mox sibi beatus antistes proprio ore leges, quibus se posset tenere, dictavit.
primum statuit non lavandum, ne nitorem animae et interioris hominis fortitudinem
balnea magis sordibus amica confringerent. deinde decreverat numquam esse pranden-
dum, sed ne propositi sententiam supervenientum vis ulla temeraret et aut iactantiae
nebulis aut avaritiae fama laederetur, definivit nunquam sibi cenandum, ut commutatio
48 horarum ac per hoc semel in die reficiendi tempus adferret. cibos iussit sibi placere
viliores nihilque in apparatione ferculorum nares saporemque suum posse offendere,
nisi quod aromatibus condiretur. holerum et leguminis pascebatur epulis, sed neutrum
I Tim. 5, 23. horum usque ad satietatem capiens: vini quiddam parum, quam tamen exiguitatem p. 372
49 apostolicae admonitionis memor sumebat ob stomachi cavendam debilitatem. proce-
dendum censuit omnibus in quolibet aeris terrore maturius, ita ut vigiliarum formam
lectoribus antecedens ad ecclesiam praeberet episcopus. postquam vero ad altaris
confinia pervenisset, nullam deliberavit futuram esse necessitatem, qua inde nisi inpletis
sollemnibus posset abduci. iunctis pedibus usque ad consummationem mystici operis
stare se debere constituit, ita ut umore vestigiorum locum suum depingeret et longe
50 aspicientibus indicaret. intercessionum tantam sibi proposuit curam, ut ipsum se
miseris inferre crederet molestiam, quam per neglegentiam a quibuscumque permisisset
inferri. ad patientiam laboris tempore otii, necessitati ut sufficeret, corpus aptavit.
hoc sibi vivendi pragmaticum vel disciplinae dogma proposuit adgressus est servavit
inplevit.
51 Mox vero per universum mundum sanctam illius conversationem illa, quae licet
in gloriosis actibus tardior esse solet, fama non tacuit, sed ad aures Ricemeris, qui
tunc secundis ab Anthemio principe habenis rempublicam gubernabat, detulit. nam
imperatore Romae posito seminarium inter eos iecit scandali illa quae dominantes
52 sequestrat invidia et par dignitas causa discordiae. surrexerat enim tanta rabies atque
dissensio, ut mutuo bella praepararent, et praeterquam origo irarum proprios suggerebat p. 373
stimulos, lis ipsa circumstantium consilio nutribatur. nutabat status periclitantis Italiae
53 et adfligebatur ipsis discriminibus gravius, dum expectabat futura discrimina. interea
apud Ricemerem patricium Mediolani ea tempestate residentem fit collectio Ligurum
nobilitatis, qui flexis genibus soloque prostrati pacem orabant principum et, ut ab
scandalo utraeque partes desinerent, occasiones gratiae ab una precabantur offerri.
quid plura contexam? mulcetur Ricemer et velle se reparare concordiam permotus
multorum fletibus pollicetur. 'sed qui' ait 'potissimum huius legationis pondus excipiet?
quem tantae molis cura maneat? quis est qui Galatam concitatum revocare possit et
principem? nam semper, cum rogatur, exuperat qui iram naturali moderatione non

1 aperires *B*, operiris *b*, reperiris *Boll.* 2 munere omnes *b* 3 antestis *B* 4 labandum *B* 6 sentiam *sup. lin.* ten *B* superuenientium *Cb* 7 nebules $V^a$ difiniuit *BVL*, diffiniuit *rel.* numquam *V* 8 ac] hac *B*, *delendum an* haec *scribendum?* adferretur *Hartel* diem *B* placire *B* 9 ferculorum] ciborum *CPb* 10 quod *om. Cb* 16 possit *B* consummatione *V*, consumatione *BL* 17 umorem *B* depingeret (de *sup. lin.*) *V* 18 intercessionem $V^a$ 19 negligentiam *B* 20 otii ut necessitati ut *B*, otii ut nec. *Boll.* 28 proprios $BT^2$, proprio *ceteri* 29 ipsa] ista *Cb* nutribatur *B*, nutriebatur *ceteri* 30 adfligibatur *B* 33 utraeque] utieq; *B* 34 recimer *BVL* repararet $B^1$ 35 quis *Schott et Sirm.* 36 galatam *B*, galatham *ceteri* 37 exuperat *B*, exuberat *ceteri*

24 *Paul. hist. XV 3 (Droys.; hist. misc. XVI 4 Eyssenh.):* hoc denique ipso in tempore *[scil. quo Aspar interfectus est i. e. anno 471]* inter Anthemium principem eiusque generum Ricimerum patricium, qui tunc Mediolani positus praeerat Liguriae, magnus discordiarum fomes exortus est, quibus se vir sanctitate conspicuus Epiphanius Ticinensis episcopus interponens eos primum ad concordiam revocavit.

terminat'. tunc uno omnes ore responderunt: 'vester tantummodo ad pacem declinetur 54
adsensus. est nobis persona nuper ad sacerdotium Ticinensis urbis adscita, cui et
beluae rabidae colla submittunt, cui ante preces offeratur beneficium, quod a quolibet
petiturus advenerit, cui est vultus vitae similis, quem venerari possit quicumque, si
est catholicus et Romanus, amare certe, si videre mereatur, et Graeculus. iam si ad 55
sermonem illius veniamus, numquam sic diras aspides verborum digitis incantator
Thessalus violentis poterit evocare carminibus, quomodo ille effectum petitionis suae
p. 374 etiam a negaturis extorquet. pendet in arbitrio eius, cum loqui coeperit, sententia
audientis. perdit ius suum qui excusare disposuit, si illi allegandi copia concedatur'.
tunc patricius Ricemer ita respondit: 'detulit ad me hunc hominem, quem exponitis, 56
fama gloriosum, et in hoc magis admirationi mihi est, quod cum omnes habeat laudatores, nullos eius, quibus per invidiam abundare solet novitas, prodit inimicos. ite ergo
et rogate hominem dei, ut ambulet: iungite etiam meas preces'. egressi de concilio 57
statim Ticinum petunt, causam narrant. fusis, ut istum laborem susciperet, beatus
Epifanius rogatur lacrimis, qui ne extenuaret beneficium, si filios diutina supplicatione
torqueret, antecessit desideria postulantum. quos tamen taliter adlocutus est: 'quamvis
tantae rei necessitas probatissimae personae pondus inquirat et titubet sub gravi fasce
portitor inmaturus, affectum tamen quem debeo patriae non negabo'. quibus breviter 58
narratis, quoniam erat loquendi parcus, ad Ricemerem patricium perrexit, a quo simul
visus et electus est.

Mandato ergo sibi legationis ordine Romam petiit. in quo itinere quid molestiarum
sustinuerit quidve virtutum gesserit, festinans ad maiora praetereo. mox tamen ut 59
supra dictae urbis portas ingressus est, fama quae absentem illum notum fecerat,
digito coepit ostendere. conversi ilico omnium oculi, stupuere mentes adtonitae, quod
tantam sibi exhiberi reverentiam imago eius index sanctitatis exquireret. inexpiabilis
p. 375 se culpae reum fatebatur quilibet potentum, si tantum genua eius amplexus est.
tollebatur clamor in caelum; nemo illum in mortalium numero conputabat, cui omnia
caelestis gratiae videbant bona constare. perfertur ad principem Anthemium, studio 60
legationis episcopum venisse Liguriae, hominem quem nullus possit etiam dives eloquio
sufficienter exponere. at ille: 'callida mecum Ricemer et in legationibus suis arte
decertat: tales dirigit, qui supplicatione expugnent quos ille lacessit iniuriis. perducite
tamen ad me hominem dei, qui si possibilia precatur, admittam, si difficilia, supplicabo
ne excusationem meam gravetur accipere. dubito tamen an Ricemer apud me quod 61
poscit optineat, cuius scio votorum intemperantem esse personam et in condicionibus
proponendis rationis terminum non tenere. sed veniat directus antistes et laudatam
iam pridem praesentet effigiem'. egrediuntur officia palatina tota urbe: 'iube, rogaris!'
audiebat episcopus.

At venerabilis et saeculis omnibus probatus pontifex posteaquam introgressus 62
est et proferendi sermonis donatus licentia, quamvis fugitivae potestatis insignia ostrum

---

1 uno ore ore $B^1$, *prius* ore *exp. et* omnes *sup. scr.* $B^2$ 2 adiscita *B* 3 submittant *Schott et Boll.* 4 est • uultus *B* 5 greculis $B^a$ 6 aspedes *B* incantatur *B* 7 tessalus *codices* 8 etiam a *om. b*, etiam *om. C et Sirm.* 9 perdit *scripsi*, perdet *libri* excussare *B* cupia *B* 10 exponetis *B* 11 cum *B*, *om. ceteri* 12 prodet *B* 13 etiam *sup. lin.* $V^1$ meas etiam *Cb* consilio *Sirm.* 15 quin extenuaret *sup. lin.* e *V* 16 allocutus *V* 19 quoniam] qm̃ *B*, qũo *VLCP*, quomodo *T et Sirm.* 23 orbis $B^a$ 24 stupuerunt *Sirm.* attonitae *V* 25 tantum *B* indix scanctitatis *B* exquireret *Schott*, exquaeret *B*, extiterit *VLTCP*, requireret *b* inexpiabiles *B*, inexplicabilis *Sirm.* 29 nullus (s *in lit.*) *B* diuis *B* 30 at] ad *B* ligationibus *B* 31 diriget *B* 33 excussationem *B* accepere *B* 34 poscet *B* scio] socio $V^1$ 35 antistis *B* laudatum *B* 36 'palatina 'tota urbe *V*, tota urbe palatina *Cb*, urbe tota palatina *Sirm.* iube] have *fort.* rogares *B* 38 at] ad *B* 39 profererendi *B*

gemmasque rutilantes reverendae imaginis fulgore conpresserit — etenim quasi absente
imperatore ita in se oculos traxerat singulorum —, tali tamen narratione incipiens
63 ianuam oris reseravit: 'summa caelestis domini, venerande princeps, est ordinatione p. 376
dispositum, ut cui tantae reipublicae cura mandabatur, per catholicae fidei dogma deum
et auctorem et amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma
confringunt et calcans colla superbiae concordia superat, quod fortitudo non praevalet.
sic namque David praedicabilem parcendi magis inimico animus reddidit quam intentio
vindicandi. sic perfecti saeculorum reges et domini supplicantibus indulgere caelesti
arte didicerunt. supernae namque dominationis instar possidet, qui imperium suum
64 pietate sublimat. hoc ergo Italia vestra freta iudicio vel Ricemer patricius parvitatem
meam oratu direxit, indubitanter coniciens, quod pacem Romanus deo munus tribuat,
quam precatur et barbarus. erit enim triumphus vestris proprie profuturus annalibus,
si sine sanguine viceritis. simul nescio quae species fortior possit esse bellorum quam
dimicare contra iracundiam et ferocissimi Getae pudorem onerare beneficiis. gravius
65 enim percellitur, si postulata inpetret, quem puduit hactenus supplicare. tractandus
deinde anceps bellandi eventus; in quo tamen, si ita praevaluerint peccata, certamine
vestro regno defrudabitur quod partes utraeque perdiderint. nam quaecumque apud
Ricemerem, si amicus est, salva sunt, cum ipso a vobis patricio possidentur. cogitate
pariter, quia bene causae suae ordinem dirigit qui pacem primus obtulerit'. p. 377
66 Hactenus admirandus pontifex prosecutus loquendi finem fecit. tunc princeps
erigens oculos desertum se omnium vidit aspectibus atque in eum invitatos vultus
esse cunctorum, quem admirari nec ipse desinebat. tunc alto trahens verba suspirio
67 ita orsus est: 'quamvis inexplicabilis mihi, sancte antistes, adversus Ricemerem causa
doloris sit et nihil profuerit maximis eum a nobis donatum fuisse beneficiis, quem
etiam, quod non sine pudore et regni et sanguinis nostri dicendum est, in familiae
stemma copulavimus, dum indulsimus amori reipublicae quod videretur ad nostrorum
odium pertinere. quis hoc namque veterum retro principum fecit umquam, ut inter
munera, quae pellito Getae dari necesse erat, pro quiete communi filia poneretur?
68 nescivimus parcere sanguini nostro, dum servamus alienum. nemo tamen hoc credat
propriae causa factum esse formidinis. nam in tanta circumspectione salutis omnium
solum pro nobis timere non novimus. bene enim apud nos conpertum est, perire
imperatori laudem suae virtutis, qui pro aliorum cautella non metuit. sed ut tuae
venerationi ad liquidum conatus illius aperiamus, quotiens a nobis maioribus donis
cumulatus est Ricemer, totiens gravior inimicus apparuit. quanta contra rempublicam
69 bella praeparavit? quantas externarum gentium per illum vires furor accepit? postremo
etiam, ubi nocere non potuit, nocendi tamen fomenta suggessit. huic nos pacem dabi- p. 378
mus? hunc intestinum sub indumento amicitiarum inimicum sustinebimus, quem ad
foedus concordiae nec adfinitatis vincula tenuerunt? grandis cautio est adversarii
animum cognovisse. etenim hostem protinus sensisse superasse est. perdunt semper
70 deprehensa odia stimulos, quos occultata conceperant. sed si in his omnibus reverentia
tua et vades et mediator accedit, qui potes spiritali indagine consilia nefanda invenire

---

1 absentem $B^1$ 2 tamen *om. Sirm.* 9 dedicerunt *B* 10 patrici | $B^1$ (um *adscr. man. 2*) 11 oratum *Schott* deo munus] dominus *Boll.* 13 si *om. B* sanguines $B^1$ spicies *B* posset *B* 14 demicare *B* dimicare — percellitur *om. C* 17 defraudabitur *Cb* perdederint $B^a$ 20 faccit (facit *m. 1*) *V* 23 antistis *B* 27 pertineret $BV^1L$ 28 dare *b* 31 compertum est apud nos *Cb* 32 cautilla *B*, cautela *V* 33 conatos *B* 34 comulatus *BVL* 35 quantas] quantus *B* per] pel $B^a$ foror $B^a$ 36 susgessit *B* dabimus] damus *B* 37 hunc] hoc *B* 38 adfinitis *B* aduersarium *B* 40 conciperant *B* occultata ceperant *sup. scr.* con *V*, occulta conceperant *sup. scr.* ta *L* 41 vades *scripsi*, uadis *libri* potes] potest *Bb* indagine consilia] *ultima huius vitae verba sunt, quae Pb exhibent; nam quae illis ipsis adnexuit b* [exuberare dignationem litterarum . . . .], *verba epist. III 18 (nr. LXXXVIII) sunt* inuenie *sup. lin.* r *B*

et inventa corrigere, pacem, quam et tu poscis, negare non audeo. postremo si solitae
calliditatis astutia etiam te fefellerit, certamen iam vulneratus adsumat. me tamen
statumque reipublicae tuis committo et commendo manibus et gratiam, quam suppli-
canti et profuso per se Ricemeri negare disposueram, per te primus exhibeo. profunda 71
enim deliberatione conpendiis nostris in hac parte consulimus, si in incertis procellarum
erroribus navem ex boni gubernatoris ordinatione flectamus. quis enim tibi excusare
praesumat beneficium postulanti, cui oportuerat ante preces offerri?' haec imperator.
at venerabilis sacerdos 'gratias' inquit 'omnipotenti domino, qui pacem suam principis
menti inseruit, quem ad instar superni dominatus vicarium potestatis suae voluit esse
mortalibus'.

Quibus breviter narratis, accepto etiam pro concordiae firmitate ab Anthemio 72
p. 379 sacramento, discessit festinans ad Liguriam reverti, quoniam resurrectionis dominicae
tempus instabat, per quod maceratis ieiuniorum cruce corporibus carne frigida spiritus
hilaris recalescit et, dum a redemptore nostro moriendo mors vincitur, fidelis spei cibis
anima saginatur. vicesimo a se, cum Romam egressus est, futurum pascha dies pro- 73
mittebat. tanta tamen iter celeritate confecit, ut quarto decimo die inprovisus et
famam praeveniens Ticinum ingrederetur, comitibus sane plurimis in via derelictis,
quia nec abstinentiam eius sustinere poterant nec laborem. ecce concursus praesto- 74
lantium tanti antistitis adventum: domi positum videre, quem nondum Romam egressum
fuisse cognoverant. laetae urbis tripudia adtonito Ricemeri indicantur: pacem factam
consono omnes ore clamitabant. exultatio infinita provinciarum et, sicut hominum mos
est gratius habere quod redditur, quam si omnino non pereat, dulcior erat concordia
quae post litem revocabatur et pax quae iam paene desperata contigerat. evocabatur 75
reverendus pontifex, ut diu expectatum Mediolanensibus praesentaret aspectum. at
ille, ne velut debitas gratiarum actiones praesens videretur exigere, visitationes eorum
sub colorata specie declinabat.

p. 380 Igitur processu temporis et laboris cotidianis successibus vitae in eum meritum 76
geminabatur. erat illi germana natu minor, religione non inpar, Honorata nomine,
cuius vitam per singula virtutum genera longum est eloqui. sufficit tamen ad laudum
eius cumulum dignam tanti viri sororem dixisse. hanc in ipso quo de legatione rediit
consecravit anno. quam tamen inbuendam disciplinis caelestibus, quasi sancta illi 77
natura non sufficeret, Luminosae cuidam feminae stupendae sanctitatis et singularis
exempli commisit, cuius oporteret fortassis natalium culmina relegi, nisi insignior
fuisset vita quam sanguine. haec enim fuit talis, de qua se crederet habere et ipse
quod disceret, qui erudiendam consortem uteri committebat. nam brevi apud hanc
depositum antistitis pignus effloruit et ad maturitatem bonae frugis plantaria onusta
perduxit. interea per propositum sibi callem vitae cursu praepeti sacerdos venerabilis 78
incedebat eleemosynis sine retractatione operam dans, quod munus accipientibus vultu
et animo blandissimo commendabat, ita ut cuicumque sermonis solius gratiam praesti-
tisset, nequaquam se indonatum putaret abscedere. erat enim summum praemium,
talem saltim vidisse pontificem. crescebat in dies singulos fama gloriosis successibus
et totum paene mundum illius praedicatione conplebat.

---

6 boni] ueri *Sirm.* 8 at] ad *BV* inquid *B* domino] deo *Sirm.* 9 suae potestatis *Sirm.* 12 quoniam *B*, qūo *VL*, quando *C et Sirm.* 13 recalescit et *Hartel*, recalesceret *libri* uincitur et fidelis *LTC* (*V* et *sup. lin. man.* 2) 15 se] see *B*[a] pasca *B* 19 antestitis *B* romane gressum *B*[a] 20 orbis *B*[a] trepudia *B* attonito *V* 23 evocabatur] et uocabatur *Sirm.* 24 at] ad *B* 25 uisitationis *B* 30 q̃d elegatione *V*[1]*L* 33 culmina culmina *B*[1] 34 uitam *B*[a] 36 antistis *BVC*, antis.. tis *L* 37 sacerdus *B* 38 elemosinis *BTC*, aelymosinis *VL* 39 sulius *B* 41 saltem *V* 42 panae *B*

79 Defuncto tunc Ricemere vel Anthemio successit Olybrius, qui in ipsis exordiis [anno 472]
diem clausit extremum. post hunc Glycerius ad regnum ascitus est, apud quem quanta p. 381
pro salute multorum gesserit, studio brevitatis incido. nam supplicante sancto viro
inlatam matri a dicionis suae hominibus concessit iniuriam, cum apud illum reverentia
80 praefati sacerdotis esset etiam decessore sublimior. post quem ad regnum Nepos
accessit. tunc inter eum et Tolosae alumnos Getas, quos ferrea Euricus rex domi- [anno 474]
natione gubernabat, orta dissensio est, dum illi Italici fines imperii, quos trans Galli-
canas Alpes porrexerat, novitatem spernentes non desinerent incessere, e diverso
Nepos, ne in usum praesumptio malesuada duceretur, districtius cuperet commissum
sibi a deo regnandi terminum vindicare. hinc utrimque litium coeperunt fomenta
consurgere, et dum neutrae partes conceptum tumorem vincendi studio deponunt, sic
exuperabat causa discordiae.
81 Adtigerat iam beatissimus vir octavum in sacerdotio annum, cum repente Nepotis
animum submovendae dissensionis amor infudit, ut repulso simultatis veneno servaret
inter reges caritas quod tueri arma vix poterant. evocantur ad consilium Liguriae
lumina, viri maturitatis, quorum possit deliberatione labans reipublicae status reviviscere
et in antiquum columen soliditas desperata restitui, tantique ad tractatum coiere ex
82 iusso principis, quanti poterant esse rectores. seritur de ordinanda legatione sermo.
in beatissimum virum Epifanium mentes omnium et oculi diriguntur. fiunt cunctorum p. 382
sententiae, quasi unius et ore proferrentur et pectore. quid pluribus? cum laetitia
Christi miles occasionem laboris amplectitur et spe effectum praecipit, de negotii
aestimatione confidens agendi speciem melioraturus inquirit, actionem paene con-
clamatam et valde difficilem caelestis potentiae praesidio percontatus est suscepit
83 inplevit. cuius itineris molestias necessitatesque non valeam per ordinem digerere,
nec si mihi centum linguarum fluminibus per meatus inriguos verba fundantur. nam
egressus de Ticinensi oppido, donec ad destinata loca pertingeret, tali viae suae fati-
gationem arte geminavit, ut si temperius iumentorum defectum considerantes in futurae
mansionis diversoria successerunt, praeter psalmorum continuationem, praeter lectionis
perseverantiam, quorum nihil nisi stando faciebat, eligebat secessum nemorea fronde
84 conclusum. ubi conexis arborum brachiis nox domestica texeretur, quod solum refugus
per umbracula opaca sol nesciret, et torum viridanti cespite gratia naturalis sterneret,
ibi profusus in oratione continuis fletibus exortem pluviarum terram oculorum imbribus
inrigabat. reddebantur arva illa fecunda orationum copia, quae frugum esse non
poterant.
85 Tali exercitio se macerans Tolosanam, in qua Euricus tunc rex degebat, urbem
ingressus est, quem iam praevia opinio Gallorum auribus, qualis esset, intimaverat, p. 383
sacerdotibus praecipue eiusdem regionis, quos adtonitos de advenientibus inquisitio
profunda sollicitat. erat praeterea ea tempestate consiliorum principis et moderator
et arbiter Leo nomine, quem per eloquentiae meritum non una iam declamationum
palma susceperat. qui cum summo gaudio adventum pontificis indicavit notitiae publicae.

---

2 glicerius *BV* regnum] regimen *Sirm.* ascitus *Boll.*, accitus *libri; p. 96, 31* quante *V*[a] 4 reuerentiam *B* 5 nepus *B* 7 gallicana salpes *B*[1] 9 nepus *B* praesumpitio *B*[a] malasuada *V*[a] 13 attigerat *V* 17 disperata *B* coiere *C*, coire *BVLT* 18 iussu *Schott et Sirm.* 20 quid plura *Sirm.* 21 occansionem *B* praecipit *C*, praecepit *ceteri* 22 inquiret *B* conclamatum *B* 25 meatum inriguus *B* 26 de *om. Sirm.* 28 successerant *Schott* 29 elegebat *B* nemorosa *Sirm.* 31 uiridante *B* 32 flexibus *B* 33 cupia *B*[1] 37 attonitos *V* 38 et *om. B* 40 susciperat *B*

---

6 *Paul. hist. XV 5 (XVI 6 Eyss.):* eo tempore cum apud Tolosam Wisegothorum populis Euricus regnaret ac pro Italiae Galliaeque finibus inter Nepotem et Euricum litium fomenta crevissent bellumque a diverso utrique praepararent, interveniente Epiphanio, de quo praemissum est, Ticinensi episcopo, foederis inter eos iura firmata sunt.

evocatur ex tempore regi praesentandus antistes, ad quem ilico ut ingressus, vidit 86
salutavit adgressus est: 'quamvis te, stupende terrarum princeps, multorum auribus
reddat virtutis fama terribilem, et gladii, quibus finitimos continua vastitate premis,
segetem quandam inimici germinis metant, nullam tibi tamen superni gratiam numinis
dira bellandi praestat ambitio nec ferrum fines tuetur imperii, si caelestis dominus
offendatur. regem te habere memento, cui oportet considerare quid placeat, qui cum 87
susceptum hominem portaret ad caelum, pro inmensae hereditatis munere pacem
discipulis iterata saepius admonitione commendat, cuius nos praecepti necesse est esse
custodes, praecipue cum noverimus virum fortem dici non posse quem vicerit indignatio.
deinde perpendere nos convenit, quod nemo diligentius propria tuetur quam qui aliena
non adpetit. quocirca Nepos, cui regimen Italiae ordinatio divina commisit, ad haec 88
p. 384 nos impetranda destinavit, ut reductis ad fidem mentibus terrae sibi convenae dilectionis
iure socientur. qui licet certamina non formidet, concordiam primus exoptat. nostis
in commune, quo sit dominiorum antiquitas limitata confinio, qua sustinuerint partes
istae illarum rectores famulandi patientia. sufficiat, quod elegit aut certe patitur
amicus dici, qui meruit dominus appellari'. haec vir insignissimus Epifanius.

At Euricus, gentile nescio quod murmur infringens, mollitum se adhortationibus 89
eius vultus sui serenitate significat. Leo vero nominatus superius tanto adlocutionis
ipsius tenebatur miraculo, ut crederet verbis huiuscemodi expugnari posse mentes, si
fas est dici, etiam si contra iustitiam postularet. taliter tamen fertur ad interpretem 90
rex locutus: 'licet pectus meum lorica vix deserat et adsidue manum orbis aeratus
includat necnon et latus muniat ferri praesidium, inveni tamen hominem, qui me
armatum possit expugnare sermonibus. fallunt qui dicunt Romanos in linguis scutum
vel spicula non habere. norunt enim et illa quae nos miserimus verba repellere et
quae a se diriguntur ad cordis penetralia destinare. facio ergo, venerande papa, quae 91
poscis, quia grandior est apud me legati persona quam potentia destinantis. accipe
nunc fidem et pro Nepote pollicere, quod servet intemeratam concordiam, quoniam te
promisisse iurasse est'. his dictis inito etiam pactionis vinculo verendus pontifex vale
p. 385 dicto discessit. ad quem statim precatorum turba dirigitur, ut secuturo die regis epulis 92
interesset, quem ille iam conpererat iugiter per sacerdotes suos polluta habere convivia.
cui excusavit dixitque sibi non esse in more positum alienis aliquando prandiis vesci,
perendie se magis velle proficisci. quod constitutum maturavit implere et Tolosam
tantis comitantibus egressus est, ut paene deserta urbs discedente nostro pontifice
cerneretur. tantos enim in brevi devinxerat sibi caritate sincera, ut captivitatem
flerent quos apud patriam remanere necessitas constringebat. inde tamen regrediens 93
singula sanctarum habitationum loca visitavit: medianas insulas, Stoechadas Lerum
ipsamque nutricem summorum montium planam Lerinum adiit, unde singulos vitae Apoll. Sid. carm. 18, 110.
flosculos decerpsit ex omnibus, quos in se boni germinis fomes insereret et ad maturi-
tatis tempus gravida pomis caelestibus arbor adduceret. interea expectatum Italis 94
lumen redditur et revertente singulari sacerdote per sudum rutilans iubar aperitur.

---

1 antistis *B* 3 praemis (s *del.*) *B* 4 nominis *codices* 11 adpitet $B^1$, appetit *V* nepus *B* regimen • *B* (*eras.* i) 13 primus] prius *Sirm.* 14 in commune *scripsi*, in communi *libri* dominorum $BVLT^1C$, dominiorum $T^2$, *man. rec. in B*, *Schott* dominiorum antiquitus uicinitas limitata *Hartel* 15 eligit *B* 16 metuit *B* 17 mumur *B* infringes $B^1$ se] sed $B^1$ 18 serinitate $B^1$ allocutionis *V* 20 etiam contra (*sup. lin.* si *man. 2*) *B* 21 lurica $B^1$ 25 cordis] caedis *Sirm.* penitralia *B* uenerandae *B*, ueneranda *VL* 27 quoniam *B*, qūo *VL*, qn̄ *T*, quomō *C* 28 promisse *B* his] hic $B^1$ 29 dicta *B* secutoro *B* 30 pulluta *B* conuia $BV^a$ 31 excussauit *B* uesci] ues *B* 34 deuincxerat *BVLC* 36 scantarum $B^1$ Stoechadas *coni. Sirm.*, cycladas *codices* 37 uitae *om.* $V^1$, uite *sup. lin.* $V^2$ 38 fomis *B*

Ticinum diu desideratus ingreditur, Nepoti effectum peractae legationis insinuat, et
crescente laudum cumulo humilitas in eo pariter sentibat augmentum.
95 Igitur dum talibus se disciplinis et laboribus Christi et dei nostri operarius
exerceret, ecce ille quietis nescius et scelerum patrator inimicus magna dolorum
incrementa conglutinat et inquirit, quibus virum integerrimum passionibus lacesseret.
exercitum adversus Orestem patricium erigit et discordiae crimina clandestinus supplan- p. 386
tator interserit. spe novarum rerum perditorum animos inquietat, Odovacrem ad
regnandi ambitum extollit et, ut haec pernicies in Ticinensi civitate contingeret,
96 Orestem ad eam fiducia munitionis invitat. episcopus cum omnibus ad se pertinentibus
praesens invenitur. fit maximus in urbe concursus, praedandi rabies inardescit: ubique
Verg. Aen. 2, 368. luctus, pavor ubique et mortis imago plurima. discurrebat ille sollicitus; poscebatur
ad poenam, cuius substantiam notiorem fecerat amicitiarum fides antiquior. alii flammas
ruituris aedibus subponebant, alii ad exitium poscebant dominum, pro cuius convenerat
97 salute pugnari. currunt ad ecclesiae domum, totis direptionis incendiis aestuantes,
dum quem videbant erogare plurima, perinmensa suspicabantur abscondere. pro nefas!
thesauros cruda barbaries quaerebat in terra, quos ille ad caelestia secreta transmiserat.
diripitur etiam sancta eius germana et seorsum ab eo captivitatis sorte deducitur.
omnes nobilium a suis familiae sequestrantur. Luminosa gloriosissima femina parili
98 necessitatis condicione constringitur. o dolor! utraeque ecclesiae flammis hostilibus
concremantur, tota civitas quasi rogus effulgurat. cunctorum voces sacerdotem requi-
rentium audiuntur. nemo periculi sui meminerat, dum maior ab illis salutis portio
divideretur. cui quamvis confusa in singulorum exitium turba fremeret, honor tamen p. 387
99 et inter gladios inpendebatur. nam ilico non fuerunt quos potuit videre captivos:
venerabilem germanam suam, priusquam in vesperam diei illius lux funesta laberetur,
eripuit; plurimos etiam civium absolvit precatu suo, antequam durissimae condicionis
vincla sentirent, matres familias praecipue, quas inmanior in hac necessitate poterat
100 manere commoratio. postremo status civitatis, quem multitudo barbarica succidebat,
unius fortissimae columnae sustentatus resurgebat auxilio, nec tantum ad delendum
sufficiebat exercitus, quantum ad reparandum unius persona pontificis. sublato tamen
Oreste et propter Placentinam urbem extincto depraedationis impetus conquievit.
101 Post quem adscitus in regnum Odovacris tanto cultu insignem virum coepit
honorare, ut omnium decessorum suorum circa eum officia praecederet. interea ne
diu favillis domicilia divina premerentur, ante gloriosus antistes reaedificandi sumpsit
animum quam expensas aut substantiam praeparandi. ingentis pretii fabricas sine
nummorum adtollere condito non expavit, apostolicae admonitionis haud inscius, quod
caelestia regna quaerentibus indeficiens iugiter census exuberet et de pleno semper
102 inpertiat, quem non opprimit in largiendi voluntate paupertas. dicebat enim: 'vix est,

2 sentibat *scripsi cum Hart.*, sentiuat *B*, sentiebat *ceteri* 3 et *inclusit Hart.* dei] domini *Schott et Boll.* 5 inquiret *B* inter gerrimum *B* lacesseret *edit.* 6 eriget *B* crimina] germina *vel* semina *conicio* 7 perditorem *B* 10 praedandi] praedumdi $B^a V^a$ inardescet *B* 12 amiciarum *B* 13 supponebant *V* 14 ec ‖ ecclesiae *B* 15 perinmensae *B* 16 thensauros *B* 19 necessitatesis (is *del. et* i *sup. scr.*) *B* 20 effulgurat $B^1$, effulgorat $B^2 V$ 21 periculi — singulorum *om. C* 24 die *B* 25 eripuet $B^1$ 26 uincula *TCb* 27 ciuitastis $B^a$ succedebat *B* 33 antistis *BVL* 35 attollere *V* 37 opprimet *B*

9 *Paul. hist. XV 9 (XVI 10 Eyss.):* ingresso ergo Italiam Odovacre statim ei apud Liguriae terminos Orestes patricius occurrit, qui adversus fortissimam multitudinem nihil se praevalere conspiciens, maxime cum eum iam quidam suorum deseruissent, metu trepidus intra Ticinum se munitionis fiducia concludit.

30 *Chron. Cuspin. ad an. 476:* occisus est Orestes patricius Placentia; *cf. Paul. hist. l. c.*

ut animum divitem possibilitas deserat, et difficillimum, ut sequatur abundantia hominem
p. 388 mente mendicum'. iam iamque tamen fastigia perfectionis maioris ecclesiae opus
adtigerat aedificio et dedicationis insignibus adornato, extemplo alterius ecclesiae cum
columnatus repente paries inpulsu callidi serpentis eiectus est. voluit experiri, si
multiplici eius posset vexatione subverti. at ille violentior, ne malis eius cederet, 103
adsurgebat et continuo sine alicuius passionis indicio ad reparationem ipsius plena se
aviditate succinxit. nimio tamen universitas tenebatur miraculo, quod ab ipso templi
tholo artifices cum ingenti machina corruerunt, nullus tamen eorum aut crure debilis
factus est aut aliqua membrorum parte truncatus. quod orationibus episcopi contigisse
cunctorum sensibus patuit, ut molem propriam ruina sustineret et a casu suo lapides
suspenderentur. stupendo tamen ordinationis eius cursu supra dicti operis perfectionem 104
labor accepit. nam cônsummato maioris ecclesiae reparationem orditur. raptim ad
fastigia priscae incolumitatis surrexisse conspexit domum dei, qui necdum conpererat
inchoatam. quibus tamen ab eo celeriter exactis mox se in illum divinus favor
ostendit. nam in eiusdem anni curriculo summa daemonum turba de obsessis coeperunt 105
clamare corporibus, flagris se et cruciatibus nimiis, ut fugerent, sacerdote Epifanio
imperante conpelli. quos ille modica cum fletu oratione profusa ad extima terrarum
confinia transmittebat ac diversis vocibus heiulantes meritorum suorum urguebat
p. 389 imperio. sed cum talia per Christi gratiam iugiter faceret, nihil sibi de praesumptio-
num flatibus adsumebat. tollit enim illis boni meriti potentiam, quibus supercilium
fiducia benignitatis adtulerit.

Interea ne solis civitatem templorum aedibus videretur ornasse, fessis eiusdem 106
urbis habitatoribus remediorum utilitate prospexit. nam directa legatione ad Odovacrem
quinquennii vacationem fiscalium tributorum impetravit, ad quae beneficia per singulos
dispertienda tanta se castitate continuit, ut nemo ex his minus acciperet quam is, quo
fuerant inpetrante concessa. dum haec tamen gererentur, in perniciem Liguriae 107
possessorum Pelagi, qui ea tempestate praetorio praefectus erat, repositus malitiae
ardor efferbuit. nam coemptionum enormitate gravissima tributa duplicabat reddebat-
que onus geminum, quod simplex sustineri non poterat. unde mox ad sanctum virum
oppressorum turba confluxit. qui laetus succurrendi occasiones amplectitur et pro
cunctorum necessitate alacer ambulavit poposcit obtinuit. — sed quid frustra gestio 108
singulorum species laborum eius vel formas eloqui, dum quod non explicat possibilitas,
praesumit adfectus datque terminum latiora opinantibus sermonis angustia? fuerunt
tamen ista sacratissimi vatis desideria, ut cum innumerabilia faceret, optaret de
laudibus suis aut nulla aut pauca perstringi. unde si quid minus lingua pauper aperui,
p. 390 audientum et legentum sensibus derelinquo.

Post multas tamen quas apud Odovacrem regem legationes violentia supplicationis 109
exegit, dispositione caelestis imperii ad Italiam Theodericus rex cum inmensa roboris
sui multitudine commeavit; ad quem vir integerrimus, dum Mediolani iam positus

---

1 deferat *B* 2 maioris] iuris $V^a$ 3 attigerat *V* cum] tum *Sirm.* 5 posset *scripsi*, possit *libri* at] ad *B* 6 passiones $B^1$ 7 succincxit *B* 8 tolo *codices* machena $B^1$ 10 ruinam *B* 11 stupenda $V^1$ 12 consummato] *intellege* consummato supra dicto (minoris ecclesiae) opere reparationem *B*, preparationem *ceteri* ecclesiae (opere) reparationem *Hartel* orditur *scripsi*, orditus *libri* 15 coepit *T* 16 flabris *B* 18 urguebat $BV^1$, urgebat $V^2LTC$ 19 praesumptione $V^a$ 20 tollet *B* 21 attulerit *VLTC*, adtulerat *B* 24 quinqueni *B* at] ad *B* benificia *V* 25 is] his *B* 27 ea] ae $B^a$ 28 efferuit *B* inormitate *B* 29 sustineri *B*, sustinere *ceteri* 31 optinuit *V* 33 praesumet *B* 34 sacratissima *B* 35 une *sup. lin.* d *B* 36 audiendum $B^a$ audientium et legentium *TC* 39 multitudinem *B*

---

39 *Paul. hist. XV 16 (XVI 19 Eyss.):* Theodericus a Verona digrediens Mediolanium *[autumno anni 489; cf. anonym. Vales. 51]* pervenit, ubi dum consisteret, magna ad eum multitudo militum

esset, excurrit. quem cum ille regum praestantissimus cordis oculis inspexisset et
solita iudicii sui sacerdotem nostrum libra pensaret, invenit in eo pondus omnium
constare virtutum, cuius integritatem velut fabrilibus lineis ad perpendiculum mentis
110 emensus est; quique tali apud suos de illo sermone usus est: 'ecce hominem, cui
totus oriens similem non habet, quem vidisse praemium est, cum quo habitare
securitas. fortissimo muro Ticinensis civitas incolumi isto vallatur, quos inpugnantum
nulla vis possit obruere, quos nequaquam Balearis fundae transcendat excursus. si
qua necessitas inter undas certaminum adcesserit, tutum est apud istum matrem
familiasque deponere et expeditum excursibus militare bellorum'.
111 Interea perduelles animos dediticii exercitus mutationum incendit ambitio, quorum
caput Tufa fuit, homo in perfugarum infamio notitia veteri pollutus: qui concepit
mente ingenti ut se desperatis partibus cum multitudine redderet. quod cum Theo-
dericus rex principali sollicitudine cognovisset, continuo omnem illam, quam totus
oriens vix sustinuit, contraxit manum atque ad Ticinensis civitatis se angustiam p. 391
112 contulit. videres urbem familiarum coetibus scatentem, domorum inmanium culmina
in angustissimis resecata tuguriis. cerneres a fundamentis aedificia inmensa migrare
113 nec ad recipiendam habitantium densitatem solum ipsum posse sufficere. inter haec
ille in bonis vir exercitatissimus, in quo animorum amplitudo cunctis pandebat adcessum,
oportunum sibi coniciens tempus offerri, quo benignitatis suae pleno austro vela laxaret
et portum gloriae per variarum notitiam gentium et actuum celebritatem secunda
navigatione pertingeret: primore in loco, quod nullae chartae veterum, nulli librorum
de quocumque locuntur annales, quod cum stupore relator adfirmet vel cum admiratione
lector admittat, ut cum sagacissima gente habitans et quam nulla suspicionum aura
praetervolat, in rebus dubiis, quando metus periculi etiam mitia contra quoslibet corda
sollicitat, sic illis fidelissimus extitit, ut inimicos eorum toto devinctos teneret affectu
114 et inter dissidentes principes solus esset qui pace frueretur amborum. adplicabat
enim ad conpendium unius quicquid praestabatur ab altero, et reverentia personae
suae atque dulcedine sic largientis temperabat animum, ut nullatenus accenderetur,
si aliquid a se beneficii per episcopum et inimicus acciperet. ille fuit, circa quem
115 concordiam et pugnantes servarent et cuius quietem bella non laederent. iam si ad
illud veniamus, quod cotidiana et ipsos pascebat humanitate raptores et illis intra p. 392
civitatem sumptuum necessaria ministrabat, qui foris praedia illius continua vastitate
deleverant. nam tot milia hominum uno eodemque tempore, cum diversa poscerent,
reficiebat blanditiis, humiliabat adloquio, pascebat muneribus. si cuius liberi uxorque
inimicis a qualibet parte fuissent intercipientibus occupati, ilico supplicationis illius
116 pretio reddebantur suis, quos auri redimere non potuisset effusio. regi aptissimus et
prae sanctis omnibus venerabilis existebat, ut quoscumque Romanorum bellandi licentia

---

1 inspexisset] inspexit set $B^a$ 2 libera *B* eo] eum *B; cf. 102, 25* 3 lines *B* 4 qui tali *Sirm.* 6 cinensis *sup. lin.* ti *B* incolomi *VL* incolumitati $B^a$ *ut vid.*, tati *del. et* isto *sup. scr. m. 1* 7 transcendant *L et Sirm.* 8 accesserit *V* 9 familias *om.* que *Sirm.* 12 mente ingenti uasedisperatis *B*, ingenti *hic om. et* cum ingenti multitudine *exhibent VLTC* portibus $V^a$ quod dum *Sirm.* 13 illum $B^a$ 14 se *om. Sirm.* 15 scantentem $B^1$ 16 reserata *Boll.* plena *malim* 20 suecunda *B* 24 praeteruolae *B* 26 de | sidentes *B* applicabat *V* 29 acceperet *B* 34 alloquio *V* 36 potuissit $B^1$

---

pluresque Italiae populi convenere. sed paucis interiectis diebus rursus dediticius exercitus Tuffa quodam nomine instigante Odovacris se partibus reddidit. ea res Theodericum in tantum perterruit, ut se suumque exercitum apud Ticinensem urbem muniret.

8 *Paul. l. c. 17:* Theodericus aliquamdiu intra munitiones exercitum retinens demum relictis ibi matre sororibus universi vulgi multitudine nihil plane dubius de Epiphanii viri sanctissimi fide cum expeditis armatorum cuneis ad Odovacris obsidionem Ravennam perrexit.

hominum eius fecisset esse captivos, mox illi restitueret, quem sola intellegebat aliorum
libertate ditari. deinde enumerare nequeam, quanta ille subiugatorum agmina solo
proprio reddidit, quanta ne vexarentur inposuit. iam si illa retexam, quas inimicorum 117
sustinuit insolentias, quibus laboravit inmissionibus, quali procellas pessimorum virtute
contempsit: ad haec enarranda lingua non sufficiet. iuvat enim certa quaeque decerpere,
ubi sunt omnia admiranda quae referas. sub tali cruce triennium duxit, soli deo
dolorum suorum secreta manifestans, a quo ministrari sibi clandestinum poscebat
auxilium.

Post hinc digressis Gothis civitas Ticinensis Rugis est tradita, hominibus omni 118
feritate immanibus, quos atrox et acerba vis animorum ad cotidiana scelera sollicitabat.
p. 393 diem putabant perisse, qui illos sine facinore casu aliquo interveniente fugisset. quos
tamen beatissimus antistes sermonum suorum melle delenibat, ut effera corda auctoritati submitterent sacerdotis et amare discerent, quorum pectora odiis semper fuisse
dedicata cognovimus. mutata est per meritum illius perversitas naturalis, dum inhonoris 119
mentibus radix peregrinae apud illos affectionis inseritur. qui sine grandi stupore
credat dilexisse et timuisse Rugos episcopum et catholicum et Romanum, qui parere
regibus vix dignantur? cum quibus tamen integrum paene biennium exegit taliter,
ut ab eo flentes discederent etiam ad parentes et familias regressuri.

Postquam vero perfuncta res est misero exitialique bello et vicit is, cuius post 120
triumphum spoliatum vagina gladium nullus aspexit, qui praesumptionem exercitus
sui cum proelio terminavit, ilico adgressus est venerandus pontifex de urbis suae
reparatione tractare, quam ut primum dignis conpleret habitatoribus, spiritalis prospexit
deliberatione consilii. et licet eam precatu illius faciente nullus in vastitatem tem- 121
poralis procellae turbo dispulerat, parum tamen credebat posse sufficere, si post ruinam
omnium Liguriae civitatum Ticinus suis tantum contenta indigenis exultaret. coepit
p. 394 finitimarum urbium certos quosque de civibus flosculos legere atque ad suos hortos
cultor diligens plantaria iam probata portare, de quibus frugi et idoneus aptissima
carperet poma possessor.

Interea subita animum praestantissimi regis Theoderici deliberatio occupavit, ut 122
illis tantum Romanae libertatis ius tribueret, quos partibus ipsius fides examinata
iunxisset; illos vero, quos aliqua necessitas diviserat, ab omni iussit et testandi et
ordinationum suarum ac voluntatum licentia submoveri. qua sententia promulgata et
legibus circa plurimos tali lege calcatis universa Italia lamentabili iustitio subiacebat.
itur rursus ad illum, qui manu medica publicis consueverat subvenire vulneribus, cuius 123
fonte aerumnarum saepe fuerat ardor extinctus. qui dum se diceret solum ad tantam
sarcinam sustinendam non posse sufficere, rogatur pariter venerabilis Laurentius

2 numerare *B* 3 illam *V1*, illas *TC* 4 uirtutem *B* 5 sufficit *B* iubat *B* 6 soli] suli *Ba* 9 gotis *codices* 10 acerba] acerlia *V1* cotidianas celera *B1* 12 antistis *B* delenibat *scripsi*, delinebat *B*, delinibat *ceteri* auctoritatis *B*, auctoritate *VLT1C*, auctoritati se *T2 et Hartel; cf. p. 91, 3* 13 discerens *Ba* 15 qui *B*, quis *ceteri* 16 rogos *VLTC* chatholicum *B* parcere *Sirm.* 17 exiget *B* 18 et] sed *B1* 20 nullas *Va* praesumptionum *B* 21 pontifix *B* 25 Ticinus] Ticinensis *exspectatur* indegenis *B* coepit uicinarum urbium finitimos quosque *Sirm.* 26 flusculos *B* ad *om. B*, in *Schott et Boll.* 27 diligenter *Sirm.* frugi e *B1*, fruge et *B2* 28 carperet *scripsi*, caperet *libri; cf. p. 8, 3 37, 5* poma *T2C*, pompa *BVLT1* 31 iuncxisset *B* 34 itur] igitur *B* publica *Va*

9 *ibid. 18:* egressis denique a Ticinensi urbe post triennium Gothis eandem mox urbem Rugi invasere cuncta per circuitum loca simulque et civitatem per continuum biennium populatione vastantes, cum adhuc beatissimus Epiphanius superesset, cuius in tantis periculis sanctitate cives replebantur afflicti.

Mediolanensis episcopus. qui profecti una Ravennam etiam pariter pervenerunt,
124 suscepti reverenter. postquam illis agendi aditus reclusus est, beatus Laurentius
necessarium duxit illi potissimum perorandi copiam dari, cuius vestigia frequentium
legationum laboriosus callis adtriverat et per tramitem huiuscemodi itineris cursitantem
non semel hispidum castrensis pulvis effecerat. qui tali publicas petitiones est orditus
125 eloquio: 'quantus, invictissime princeps, per innumerabiles successus felicitatem tuam
favor divinus evexerit, si per ordinem relegam, agnoscis te votorum parcum maiora p. 395
semper a deo nostro beneficia accepisse quam optasse memineris. sufficit tamen horum
unum narrare sed maximum, quod apud te principem ibi servorum tuorum causas
126 agimus, ubi solebat inimicus tuus huius solii possessione gaudere. habes plurimum
Christo redemptori nostro quod debeas: pro quibus rogamus, ipse largitus est. cavendum
nobis est, ne offendatur auctor muneris, si quod praestitit non amemus. diu suspendo
fiduciam meam: placet ire per singula, quae fando conperi quaeque perspexi accessisse
127 tibi divinitatis auxilio. scis quae te pollicebaris acturum, quando confertissimis inimi-
corum cuneis urguebaris et circa muros Ticinensis civitatulae hostilis litui clangor
streperet, quando armis numero adversarii praestantiores subsistere sola tecum dimi-
cante caelitus invisibili virtute non poterant. audebat te adgredi, qui exercitus tuos
nuda aestimatione pensabat: solaciorum tuorum pondus omnis bellandi apparatus
128 sustinere non valuit. quotiens utilitatibus tuis aer ipse servierit, si recenses, tibi caeli
serena militarunt, tibi convexa pluvias pro voto fuderunt. quis resistere dexterae tuae
ausus fuit et cum gratia superna pugnanti? quotiens inimici tui ceciderunt mucronibus
129 sodalium suorum? quotiens tibi vicit qui pro hostium tuorum utilitate certabat? his
ergo donis caelestibus vicissitudinem inpensa circa homines pietate restitue. mysticae
oblationis holocausta sunt supplicantum lacrimas non sperni. illud certe perpende, p. 396
qualibus in regno successeris. quos si, ut liquet, malitia expulit, casus illorum necesse
Symm. rel. 3, 6. est ut sequentes informet. ruina praecedentium posteros docet: cautio est semper in
reliquum lapsus anterior. non sine exemplo militat qui respicit, qua causa decessor
130 eiectus est. his freta Liguria vestra nobiscum profusa supplicat, ut legum vestrarum
beneficia sic tribuatis innocentibus, ut noxios absolvatis. exigua est apud deum nostrum
misericordia, si illos tantum laesio non sequatur, qui reatu carent: culpas dimittere
caeleste est, vindicare terrenum'. post haec siluit.

131 At eminentissimus rex infit, quo loquente adtonita de voluntate eius corda pavor
artabat: 'quamvis te, venerabilis episcope, pro meritorum tuorum luce suspiciam et
multa apud me confusionis tempore reposuisses beneficia, quibus frui te convenit
tranquillitate revocata, regnandi tamen necessitas qua concludimur misericordiae quam
suades non ubique pandit accessum, et inter res duras nascentis imperii pietatis dulce-
132 dinem censurae pellit utilitas. exemplorum caelestium testimonio assertio mea nititur.
offendisse legimus principem, qui caelitus destinatum neci inimicum subduxit exitio.
poenam meruit lenitas, quam potuit intulisse districtio. ultionem suscipit qui detractat
inferre: vim divini iudicii aut adtenuat aut contemnit qui hosti suo, cum potitur,
133 indulget. iustitia coercendi sunt, quos constat gratiam non secutos. vitia transmittit p. 397

---

3 cupiam *B*[1] dare *T et Schott* 4 attriuerat *V* 5 hispedum *B* efficerat *BL* talis *B* 6 eloquia *B*[1] 7 evexerit] exuerit *B*, extulerit *man. rec. in B, Schott et Boll.* agnosces *Boll.* 8 suffice *B* horum] hoc *Sirm.* 9 uarrere *BV*[a] 10 solii• (ii *in lit.*) *B* 14 auxilia *Sirm.* te *sup. lin. B*[1] 15 cuneus *B* urguebaris] urgebaris *V*[2] ciuitatulae ticinensis *V*[1]*L*[1] hostilis litui *B*, hostilis tui *ceteri*, hostis tuis *Sirm.* 20 militauerunt *L et Sirm.* conexa *sup. lin.* u *V* dextrae *Sirm.* 23 uicessitudinem *B* restituae *B*, restituere *V*[1]*LT*[1] 25 quos] quot *B*[a] 26 praecedentum *Sirm.* 32 at] ad *B* emenentissimus *B*[1] attonita *V* 33 uenerabiles (a *in lit.*) *B*[1] *post* epe̅ *(alt.* e *in lit.) aliquantum spatii relinquit B* suscipiam *V*[a] 34 reposuissis *B* 36 suadis *B* duras *B*, duas *ceteri* 37 assertio *V*, affectio *Sirm.* 38 distinatum *B* neci *Boll.*, uec *libri* 39 suscipit *Hartel*, suscepit *libri* 40 attenuat *V* hoste *B et Boll.* 41 indulgit *B* secutus *BV*[1]*L*[1] transmittitet *B (ultim.* t *add. man. 2)*

ad posteros qui praesentibus culpis ignoscit. nam quod de redemptoris nostri patientia
loqueris, illos vere amplectitur lac gratiae, quos austeritas legis informat. nunquam
a medico ad plenissimam curationem aeger adductus est, nisi ab illo, qui primum
putria ferro membra desecuit et latentem penitus e sinu viscerum produxit inluviem.
qui criminosos patitur inpune transire, ad crimina hortatur insontes. tamen quia 134
precibus vestris, quibus superna assentiunt, obsistere terrena non possunt, omnibus
generaliter errorem dimittemus. nullius caput noxa prosternet, quoniam potestis et
apud deum nostrum agere, ut sceleratae mentes a propositi sui perversitate discedant.
paucos tamen, quos malorum incentores fuisse cognovi, locorum suorum tantummodo
habitatione privabo, ne forte exurgens necessitas vicinos inveniat nutritores et malorum
adiuta successibus bella consurgant.' his praecellentissimus rex dictis virum inlu- 135
strissimum Vrbicum acciri iubet, qui universa palatii eius onera sustentans Ciceronem
eloquentia, Catonem aequitate praecesserat: cui praecepit ut generalis indulgentiae
pragmaticum promulgaret; quod ille ad omnem benignitatem paratissimus ilico tanta
brevitate et luce contexuit, ut et illa culparum genera cognoscerentur abolita, quae
p. 398 putabantur fuisse reservata.

Interea secretius rex praestantissimus sacerdotem venerandum Epifanium imperat 136
evocari, quem tali conpellat affatu: 'iudicii nostri ex ipsa sententia, gloriose antistes,
pondus intellege, ut, cum tot in regni nostri circulo pontifices esse videantur, tu
potissimum in tanta re quasi unicus eligaris. nec enervata per meritum tuum huius-
modi aestimatores inludit opinio. solus esse iuste crederis, cuius splendore tamquam 137
globis lunaribus minorum siderum lumen obtunditur et modicae lucis radii praefulgida
conscientiae suae luce fuscantur. quis quaerat noctis lampadam, ubi solis iubar
effulgurat? quis candelae praesidium, ubi caminis indesinentibus fidei pyra succenditur?
postremo talem a me oportet dirigi, qualem suscipiens libenter auscultet. vides uni- 138
versa Italiae loca originariis viduata cultoribus. in tristitiam meam segetum ferax
spinas atque iniussa plantaria campus adportat, et illa mater humanae messis Liguria,
cui numerosa agricolarum solebat constare progenies, orbata atque sterilis ieiunum
cespitem nostris monstrat obtutibus. interpellat me terra, quocumque respicio uberem
vinetis faciem, cum aratris inpexa contristat. o dolor! nullus umor illorum labris 139
infunditur, quos a vini copia Oenotrios vocavit antiquitas. haec quamvis Burgundio
inmitis exercuit, nos tamen, si non emendamus, admisimus. populatae patriae ces-
p. 399 samus succurrere, et aurum apud nos habetur in conditis? quid interest, pecuniis an
ferro adversariorum animos inclinemus? obtulisse quod mentes capiat hosti vicisse
est, occuluisse superari. suscipe ergo Christo adiuvante huius laboris sarcinam, ex 140
qua communem habeamus in caelesti repromissione mercedem, quia novus iste pro-
priis insignibus titulus laudis adcrescit, per manus tuas de oppugnatoribus nostris sine
sanguine triumphare. princeps eorum Gundobadus est, cui reverentiam tui vetustas
inseruit, quem videndi te nimia cupido stimulat. mihi crede, pretium captivitatis 141

---

1 praesentes — *spatium* — culpis ignoscitur *B* 2 austeritus $B^a$, — as $B^b$, — us $B^c$ numquam *V* 3 a *om. B* plinissimam $B^1$ 4 putrida *Schott et Boll.* 5 inpunire $V^1L$, impunite *Sirm.* quia *sup. lin.* $B^2$ 6 sentiunt *B et Schott*, assentiuntur *Baronius* 7 dimittimus $T^1$ *et Schott* prosternit *B et Schott* quoniam] qnīn *V*, qm̄ *LC* 8 nostrum] non $B^1$, *exp. et* nrm *superscr.* $B^2$ propositis uispere nersitate $B^1$ 9 tantum hab. *Sirm.* 10 pribabo *B* exsurgens *V* 13 generaliter *Sirm.* 14 pracmaticum *B* 18 affatum *B* antistis *B* 19 intellegi *B* nostri $T^2C$, ·ñ· $BVT^1$, *om. L et Sirm.* 20 elegaris *B* ineruata *B* 21 crederes *B* 23 concientiae *sup. lin.* s *B* suae *B*, tuae *ceteri* 24 effulgurat $B^1$, effulgorat $B^2VLT$ suscenditur *B* 26 orienariis *B* 27 apportat *V* illa $V^a$ 28 agricularum *B* ieiunium *B* 29 nostri $V^a$ 31 cupia $B^a$ enoetrios *BVL* 32 admisemus $B^a$ 34 hostis *Schott* 37 oppugnationibus *Sirm.* 38 gondouadus *BV*, gundouadus *LT* uestustas *vel* uertustas $B^1$

Italicae erit vester aspectus. redemptos putabo esse quos cupio, si ad terras illas
talis redemptor accesserit. quam magno suffragio vincuntur oculi, quibus te offerimus!
Lucan. 1, 29. sed quid demoror manus arva poscentia? polliceor tibi redivivum statum Liguriae,
polliceor soli laetitiam et post Transalpinam peregrinationem reducem fecunditatem.
ex accidenti aurum tibi commodatur pro qua talis legatus acturus est.'
142 Ad haec episcoporum lux Epifanius respondit: 'quanto, venerabilis princeps,
pectus meum tripudio repleveris, si sermone posset ambiri, pro divitiis meritorum
tuorum inmeditata et continua verba profunderem. sed quam sermoni meo interceptus
denegetur successus, monstrant lacrimae gaudiorum, quas dolorum alumnas nunc
143 parturit exultatio. proinde intellege, ad referendas optimo regi tam pro nobis quam
Verg. Aen. 11, 126. pro se ipso gratias plus me sentire posse quam eloqui. iustitia prius an bellorum p. 400
exercitatione an, quod his praestantius est, omnes retro imperatores te pietate supe-
rasse commemorem? habes unde gentis nostrae rectores accuses: tu redimis, quos illi
144 persaepe aut permiserunt fieri aut fecerunt ipsi captivos. David legimus pro sin-
gularis laudationis exemplo idcirco maxime caelorum proximitates indeptum, quod
oblato manibus suis Sauli pepercit inimico et in testimonio concessae potestatis
exuviarum eius particulam rapuit, per quam et licentiam probaret et votum. deus
bone, in quanta remuneratione huius factum suscipis pro tot milium oppressorum
145 libertate tractantis, qui illum pro unius servati hominis sanguine sublimasti! perage
ergo coepta festinus et felicitatis tuae oblationem laetus adporta meque, quamvis sim
paratus, stimula, ne in offerendo tam odorato sacrificio tarditatis obice refreneris.
Christi redemptoris nostri erit concedere, sicut ex operibus futurum conicimus, ut
146 vere holocausta tua per meas manus possis offerre. precor tamen, ut indultu clementiae
tuae Victor, Taurinatis urbis episcopus, comes mihi et particeps huius itineris adiun-
gatur, in quo clarum est epitomam omnium constare virtutum. quo socio adhibito
de deo nostro securus spondeo, nullum effectum propriis petitionibus abnegandum.'
147 Quibus auditis rex eminentissimus adnuit. at tremendus pontifex dicto vale
discessit. ex tempore portandae pro redemptione pecuniae destinantur, suscipiuntur: p. 401
egreditur, Ticinum inpiger venit. et quamvis adhuc hiemali torpore Martius mensis
glaciales fluminibus frenos inponeret et cana nivibus iuga Alpium transituris minarentur
exitium, sed mortiferum frigus et concretas algore glebas fidei ardor exuperat. num-
148 quam in gelu labitur, cuius fundamentum petra solidavit. ordinato ergo itineris sui
viatico profectus est. diceres quod universa inpelleret quae poterat retinere necessitas,
nec cibi ipsius capiendi mora sustinebatur; et cum singulos cum ipso positos ille
plenus discriminibus callis turbaret, solus inter pericula timere non noverat quem
149 spes vitae certa comitabatur. interea illa quae itineris eius fuit semper praevia et in
apparatu diligens praecessit fama et tanta Gallos insignium eius relatione conplevit,
ut quasi superni numinis adventu aut praesentia turbarentur. concurrebat omnis aetas
et sexus, et quos a vicinitate viae ipsius longa intervalla seiunxerant, ardor animi

---

1 esse putabo *Sirm.* 3 re•diuiuum *B*, rediuum *sup. lin.* ui *V* 5 accedenti *B* tibi *suspectum, rei vel simile aliquod verbum supposuerim* est] es *Schott in mg., Boll., Hartel* 6 respondit *om. Sirm.* 7 repleberis *B* possit *codices* 9 suscessus *B* 10 perinde *codices*, proinde *Schott et Sirm.* optimo *om. Sirm.*, episcopo *C* 13 habis (i *corruptum*) *B* gentes *B* redemes *B* 15 proximitate $B^{1}$ quod (d *in lit.*) *B* 16 testimonio *B*, testimonium *ceteri*, testem *Sirm.* 18 milium *Hartel*, milibus *libri* 21 stimulo $B^{2}$ *et Schott* adorato $B^{1}$ 22 conicemus *B* 23 manus meas *Baronius* 24 comis *B* 25 epithoma *codices*, epitomam *Schott* constare *om. Sirm.* uirtutum constare *Hartel* adhibeto *B* 26 nostro] ñ. $BVT^{1}$, non *LC* spondeo *B*, respondeo *ceteri* obnegandum *B* 27 at] ad *B* pontifix $B^{1}$ dicta *B* 28 distenatur *B* 29 torpore] tempore *Schott et Sirm.* 31 exsuperat *V* 32 ergo] igitur *Schott* 33 diceris $B^{1}$ 34 necibi *B* sustenebatur *B* 36 comittabatur *B* 38 aut *B*, *om. ceteri* 39 seiuncxerant *BVL*

proximabat. quicquid habuit quisque pretiosum obtulit et, si non habuit, aliunde
mercatus est: patria ubique, ubique opulenta diffusio. inemptis dapibus mensae 150
cumulabantur peregrinorum et illis, quas nisi conparatas incolae habere non poterant, Verg. georg. 4, 133.
escis sine pretio utebantur externi. tunc quoscumque indigentum repperit, illis quae
erant donata dispersit. domi forisque pascebat miseros, neque fieri potuit, ut quod
p. 402 ad ipsum delatum est, pauperum usibus subtraheretur.

Hoc ordine mira celeritate Lugdunum ingressus est, ubi Rusticius tunc episco- 151
palem cathedram possidebat, homo qui et in saecularis tituli praefiguratione sacerdotem
semper exhibuit et sub praetexta fori gubernatorem gessit ecclesiae. qui trans
Rhodanum fluvium adventui ipsius spiritalis laetitiae copia repletus occurrit, causam
commeationis inquirit, quae essent astutiae regis edocuit. quem ne inopinantem
obiectionum aut responsionis calliditas inveniret, intra penetrale pectoris certaminum
se prolusione firmabat. quem postquam Gundobadus terrae illius dominus venisse 152
cognovit, 'ite' inquit ad suos 'et videte hominem quem et meritis et vultu semper
ego Laurenti martyris personae coniunxi. qui quando nos videre velit inquirite et
cum iusserit invitate'. mox ad eum omnis Christianorum principi adsistentium turba
confluxit, qui affatim admiratione capiebantur, quod illa tot linguarum fama tam
minorem se in isto, quamvis esset ampla, monstraret, cui numquam sufficeret pauper-
tate sermonum, quamvis ditior iusto esset in reliquis. constitutus ergo videndi regem 153
dies: ad quem cum ingressus est, salutavit, et sua utrique visione laetati sunt. dedit
summo viro Victori licentiam, si iuberet ipse, principium legationis ordiri. qui ad illum
omne pondus rettulit, ut fuit ad cunctam humilitatem paratissimus.

p. 403 E vestigio decus Italiae antistes noster talibus verbis regem coepit adfari: 'inexplica- 154
bilis mihi dudum, probatissime princeps, vestri amor inposuit per iter istud contra naturam
et tempus bella suscipere et crustati montis pericula non timere, quibus dum in
metallum aquas artaverit coagulatum ex liquore minatur exitium. transcendi alienis
mensibus ninguidos saltus, posui gressus quos in suis locis vis frigoris obligabat,
postremo mortem non timui, ut tibi celer praemium aeternae lucis adferrem. inter 155
duos optimos reges testimonium in caelestibus dicturus adhibeor, si quod ille miseri-
corditer postulat, tu clementer adcommodes. munus repromissionis dominicae aequa
lance dividite, et cum ambo amplius habueritis, damna nemo lugebit. certate, duces
invictissimi, et alterutrum vos exequendo praecepta mystica superate. in qua con-
flictatione sic bravium victor accipiet, ut victus praemium non amittat. sequimini
consilium meum, et ambo superiores, ambo pares extabitis. redimere cupit ille 156

---

1 proximabatur *B* 2 patri *B* ubique *om. LTC et Sirm.* inemtis *BV*[1] 3 cumolabantur *B* conparatus *VLT*[1] 4 indegentum *B*, indigentium *TC* reperit *TC* 8 qui *sup. lin. V*[1] saecularis] saeculum *B*[1] 9 gubernationem *T et Schott* 10 rodanum *codices* cupia *B*[a] 11 inquiret *B* astutitiae *B* 12 penitrale *B* 13 formabat *Sirm.* gondobabus *VLC* 14 inquid *B* meritis — Laurenti *om. C* 15 laurentii *V* coniuncxi *B* uidere uellit *B*, uelit uidere *ceteri* 16 inuitate] inuidete *Sirm.* omni *V*[1] principi *Schott*, principis *libri* 19 constituto *B*[a] 20 uterque *Sirm.* 21 iuberet] uiueret *B* 22 retulit *V* 23 antistis *B* coepit regem *C et Schott* 24 mihi iam dudum *Sirm.* 25 montes *V*[1] 26 coagolatum *B* 27 ninguido *VLC* 30 accommodes *V* repromisionis *VLTC* 31 dividite] diuite *B (corr. m. rec., ut hic saepius)* 32 conflectatione *B*[a] 33 sic] si *sup. lin.* c *V* 34 pares] patres *V*[1] redemere *V*

---

7 *Gelasii papae epist. ad Rusticum (Thiel. epist. pontif. p. 359):* frater noster Epiphanius, qui ad gentis suae relevandos et redimendos captivos ad partes vestras destinatur, fraternitatem tuam certiorem faciet, quantam ob impiissimi Acacii causam persecutionem sustinemus . . . . . . Adiuva fratrem nostrum Epiphanium et sentiat, quia me amas, et cum redierit ad propria, scribat dilectio tua tam quae sibi quam quae fratribus nostris et coepiscopis per Gallias constitutis circa impiissimi Acacii causam videbuntur. Deus te praestet incolumem, frater carissime. Datum VIII Kalendas Februarias Asterio et Praesidio vv. cc. consulibus *[i. e. an. 494]*.

captivos, tu sine pretio redde genitalibus glebis. mihi credite, nemo uberius in hac
causa, nemo maius accipiet quam qui nihil acceperit. defrudabitur praemium partis
illius atque ad tua conpendia lucrum transit alterius, si quos et vendere gloriosum
est donare disponas. pro quantum dispendii de pollicitatione divina offerenti aurum
in hoc negotio, si remittatur, infligit vel quantam pauperiem, si suscipiatur, adportat!
157 divites exercitus tuos faciet contempta pecunia, adquisita mendicos. audi Italorum
supplicum voces et de te praesumentium preces serenus admitte. audi Italiam num- p. 404
quam a te divisam et multum de animi tui clementia confidentem, quae si una voce
uteretur, haec diceret: quotiens pro me, si reminisceris, ferratum pectus hostibus
obtulisti? quotiens pugnasti consilio, ne bella subriperent, ne aliquis meorum duceretur
158 in quacumque orbis parte captivus? quos nunc detines, tu nutristi. dolose mihi virtus
tua beneficium praestitit, si quos ab extraneis tutatus est custos invasit. quis catenarum
nexibus inpeditus durae sorti non uberiores lacrimas exhiberet, cum se ad con-
dicionem liberator inpelleret? quis se subduceret, cum armorum tuorum crepitus
audiretur, in quo in necessitatibus tutissimum habuere perfugium? elisis collo
159 manibus matrona sublimis cum traheretur ad vincula, promisit sibi vindicem
te futurum. virgo ab stupratoris insidiis pudorem suum tibi credebat displicere posse
si perderet. in summam, capti sunt, quos nemo fugientes invenit. agricolarum
(Hor. c. III 6, 37.) laboriosae stirpes et duris exercitatae ligonibus suboles, quos per terram suam pascit
infabricata simplicitas, cum loris colla necterentur et palmas vinciret arta conexio,
160 nihil pro defensione sua aliud clamitabant: scimus et evidenter agnoscimus, nonne
vos estis Burgundiones nostri? videte, ne ante pium regem quae facitis excusetis et
illa urbanorum consuetudine crimina subprimatis. quotiens istae, quas ligare prae-
sumitis, manus domino communi tributa solverunt? novimus quia ille fieri ista non
161 iussit. hac auctoritate miseri pro solaciis utebantur. multos tamen integritatis tuae
fiducia fecit interimi, dum capti superbius responderunt. redde ergo residuos patriae, p. 405
redde origini, redde gloriae tuae. antiquus dominus provinciam dilige, quam et
modernus amplectitur. remitte quamvis ad alienam dicionem, qui se et ibi positi
162 tuos esse cognoscant. parum enim gratiae inpendimus illius imperio, cuius miseri-
cordiae nil debemus. vacua sentibus illam quam bene nosti Liguriam et reple culturis.
quantum muneribus tuis obnoxia sit intelleget, si faciem suam aliquando cognoverit.
domesticum tibi semper est indulgere supplicibus, sicut superbos obprimere. sic in
utroque fortissimus, ibi per gladium, hic per temperantiam triumphos adquires. nostris
163 nostrorumque movere fletibus. sic in successione regni istius legitimus tibi heres
adcrescat, et per spem adultae progenies ad Burgundionum gubernacula reviviscas.
et licet hoc deo tribuas, adice et illud, quod nec hominibus externis istud inpendis.
iam tibi Italiae dominus etiam necessitudinis adfinitate coniungitur. sit fili tui
sponsalicia largitas absolutio captivorum, offerat pactae suae munus quod et
164 Christus accipiat.' haec cum dixisset, commonito sancto collega Victore surrexit,

---

2 acciperit *B* 3 ad] at *B* transiet *fort.* uendere *TC*, uindere *BVL* 5 infligit *Hartel*, infliget *libri* 6 medicos *sup. lin.* n *V* 7 praesumentum *C et Sirm.* 8 confitentem *B* 9 reminisceres *B* 10 subreperent *Boll.* eorum *Sirm.* 11 nutristi] nri *B*, nosti *Schott* 12 custus *B* 13 ad hanc condicionem *fort.* 15 perfugium] praesidium *Sirm.* 19 soboles *V* 20 uinciret *ante lin. add.* $V^1$ 22 burgundionis *B* facites excusites $B^a$ 23 orbanorum *B* subprematas $B^a$, — tis $B^b$, supprimates $V^a$ legare *B* praesumites $B^a V^a$ 26 redde origini — quam *om. C* 27 dilige *codices*, diligit *Sirm.* 30 nihil *Sirm.* 31 obnoxia sit muneribus tuis *Sirm.* intellegit (intelligit $B^a$) *libri*, intelleget *Schott* 32 superbus $B^a$ opprimere *V* 33 fortissimus *Hartel*, fortissimos *libri* 34 nostrorum commouere *Sirm.* 37 etiam] et *Sirm.* necessitudine affinitatis *Baron.* filii *V* 38 sponsalicia] sponsa lacia *codices*, sponsa Latia *edit.*, *egregie em. Boll. et* $T^2$

et usque ad pectus regium lacrimantes et cum omnibus propter adstantibus capita submiserunt.

Tunc rex probatissimus, ut erat fando locuples et ex eloquentiae dives opibus
p. 406 et facundus adsertor, verbis taliter verba reposuit: 'belli iura pacis suasor ignoras et 165
condiciones gladio decisas concordiae auctor evisceras. lex est certantium quem
putas errorem. frenum nesciunt inimicitiae, quem tu, Christianae lucis iubar, ostendis.
proeliis temperantiam nullus adnectit, quae oris tui nitore, egregie moderator, adtollitur. statuta sunt dimicantium, quicquid non licet tunc licere. ista sibi forte quies 166
vindicet quae narrasti: hostem suum qui non laesit adiuvit. paulatim adversarius a
regni sui mole succiditur, cuius imperii radices vicibus amputantur. reposui regi
partium illarum contumeliam, quam putas inlatam. ludificatus specie foederis nihil
egi studiosius, nisi ut, quod est cautelae, apertos inimicos agnoscerem. concedat 167
tamen divinitatis adsensus, ut solidatum inter nos foedus longa aetate servetur.
invenient partes illae constantem in amicitia, quem senserunt perniciosum sibi fuisse
dum litigat. vos tamen, sancti viri, ad domos, in quibus manetis, sine tribulatione
discedite, dum ego animae meae et regni utilitate discussa, quae me conveniat praestare, pronuntiem.' his auditis pontifices abscesserunt.

At ille vocato Laconio, cui et rerum et verborum fides ab illo semper tute 168
mandata est, quem et praerogativa natalium et avorum curules per magistrae probitatis insignia sublimarunt, cum quo confert quotiens et pia et religiosa meditatur —
et sicut non est cum vitiis sociata nobilitas nec adstringitur ad inlecebras lux naturae,
p. 407 si quid ille benigne facere voluerit, duplicari iste hortatur adhibitus. cui princeps 169
'vade' inquit 'Laconi, et tota votorum tuorum vela suspende. et sacerdos a nobis et
beatus Epifanius libenter auditus est, cuius te precibus fuisse permotum, cum apud
nos verba faceret, animorum indices lacrimae testabantur. vade et pleno pectore
dicta sententias, per quas pactionis illius durissimae nexus inrumpas. liceat omnibus 170
Italis, quoscumque Burgundionum nostrorum metus captivitatis fecit esse captivos,
quos famis necessitas, quos periculorum timor advexit, postremo quoscumque concessit aut addixit consensus principis sui, noster absolvat. at paucos quos quasi
ardore proeliandi tunc ab adversariorum suorum dominatione rapuerunt, pro illis
pretii quantulumcumque percipiant, ne detestabiles apud illos fiant certaminum casus,
quorum cum discrimina sustinuerint, lucra non sentiant.'

Post praeceptum venerandi regis inpiger ille verborum saltibus indulgentiae 171
species aut formas exposuit et chartas ad insignem antistitem detulit. quas ille cum expectatissima devotione suscepit et portitorem tanti doni ambienter amplexus est. qui postquam rumor innotuit, tanta istius iam liberae multitudinis frequentia subito adstitit, ut desolata crederes esse etiam incolis rura Gallorum. nam testis huius rei ego sum, per cuius manus pictacia ad clusuras iussio sacerdotis elicuit, quadringentos homines die una de sola Lugdunensi civitate redituros ad Italiam fuisse dimissos.

---

3 et ex *om. T*, ex *om. C et Schott* 4 bella iuris $B^{a}$ 5 conditionis *B* 6 potas $B^{1}$ cristiane *B* 7 adnectet *B* attollitur *V* 8 Sstatuta *(sic) B* sunt (s *exp.*) *B* sibi *om. Sirm.* 9 adiuuet *B*, adiuuat *ceteri* 10 succidetur *B* uicibus] uiribus *Schott et Sirm.*, uicebus $B^{a}$ 11 contumiliam *B* 14 sibi perniciosum *Sirm.* 15 litigatur *VLT* 17 ponfices *sup. lin.* ti *V* 18 at] ad *B* tutae *B*, tuto *Schott* 19 perrogatiua (er *exp. et* re *superscr. m.* 2) *B* curulis *codices, em. Sirm.* 20 sublimauere *Sirm.* 21 adstringetur *B* 22 adhibetus *B* 23 uade inquit *in mg. add. manu eadem aut certe eiusdem aetatis V* inquid *B* sacerdus *B* 25 et *om. Sirm.* 26 partionis $B^{a}$ nexos *B* liceat] ilicet *Hartel*, liqueat *fort.* 27 Italis omnibus *Sirm.* 29 addixit] adduxit *B et Boll.* at] ad *B* 34 carthas *B*, cartas *V* antististitem $B^{1}$ 35 expectatissima] *intellege* spectatissima 36 rumori notuit *B* 37 adstitet *B* 38 pectacia *B*, pittacia $L^{b}$ quadrigentos $BV^{1}T$

172 identidem per singulas urbes Sapaudiae vel aliarum provinciarum factum indubitanter p. 408
agnovimus, ita ut istorum, quos solae preces beatissimi viri liberarunt, plus quam sex
milia animarum terris patriis redderentur. eorum vero, qui redempti auro sunt,
numerum ad liquidum cognovisse non potui, quia inter eos etiam multos fuga eripuit.
sic factum est, ut tunc ad liberationem omnium subiugatorum transeundi occasio con-
173 cessa sufficeret. postquam tamen pecuniarum ille cumulus effusus est, continuo ad
expensas redemptionis suggessit necessaria illa, quae ibi est thesaurus ecclesiae,
Syagria, cuius prolixam quaerit vita narrationem; sufficit tamen ut ex operibus
agnoscatur quae verba transcendunt. dedit etiam praestantissimus inter Gallos Avitus
Viennensis episcopus, in quo se peritia velut in divorsorio lucidae domus inclusit.
174 quid pluribus? auro illorum ex maxima parte actum est, ne Gallis diutius servitum
pubes Ligurum duceretur. nec in uno loco summus vir in illa se regione continuit,
ne forsitan in longinquo degentes dominorum feritas inpediret. fuit Genavae, ubi
Godigisclus germanus regis larem statuerat, qui formam fraternae deliberationis secutus
175 bonis operibus eius se socium dedit. brevi tamen tantae liberatorum falangės remissae
sunt, ut videres longe lateque agminibus ferventia itinera cum laude dei nostri, tum
etiam splendidissimi sacerdotis Epifani, cuius ministerio atque labore erepti fuerant,
redeuntium. et ne tanti lux nostra tropheo muneris privaretur atque ab oculis p. 409
ipsius pulcherrimum spectaculum tolleretur, ipse cum his remeavit. videres duci in
triumphis caelestibus vulgus liberum et pro mactandorum sanguine terram madefieri
lacrimis exultantum, cum Heliae currum istarum cohortium ductor scanderet et qua-
176 driiugum ad caelestia pro merito suo raperetur excursu. non sic Pelleus princeps
Alexander, quem pacatorem orbis vocavit vana laudatio, captum gentium duxit examen,
ut iste revocavit. ecce tunc conperimus armatorum mentes sanctitate superatas et
cessisse precibus electi principem, qui obvium semper lanceis petus ingessit. quantum
cf. pag. 44 v. 131 ss. acutior fuit verborum quam ferri lammina, hinc lector agnosce: expugnavit sermo cui
177 se gladii subduxerunt. dum ergo tertio mense cum tali tropheo Ticinum remearet
antistes, ut Tarantasiam venit (sic enim vocitatur oppidum Alpibus vicinum), ibi
quaedam mulier gravi inmundi spiritus vexatione laborabat; quae continuo percepta
benedictione absoluta discessit. ipse tamen suis inopinatus nec suspicantium oculis
adstitit. visus est subito, de quo vix credebatur aliqui posse rumor audiri.
178 Mox tamen ut rediit, curis ex more animum fatigat, ne forte quibus absolutionem
deus noster per illum dederat, proprii census possessione turbarentur, praecipue ob
nobilium considerationem personarum, quibus inmanior apud suos poterat constare p. 410
calamitas, si vitam inopem reduces sustinerent et de peregrinationis incommodis sola
179 misericordiae solacia perdidissent. ad regem invictissimum Theodericum per se mox
ire noluit, ne forte laboris sui vicissitudinem in relatione gratiarum aut in exhibitione
munerum coram positus videretur exigere. flagitat enim quasi debitam retributionem,

---

3 patriis] propriis *Sirm.* 4 agnouisse *Sirm.* 6 comulus *B* 7 thensaurus *B* 8 siagria *B* quaeret uitam narratione *B* sufficet *B*[1] 9 quae (*scil.* opera) *scripsi*, quam *libri* 10 uienensis *B* peritiam *B* 12 una *B* regione se *Sirm.* 13 genaue *codices* 14 formam] famam *Sirm.* 15 emissae *Sirm.* 16 uideris *B* nostri] ñ. *B (in lit.), VL, om. Sirm.* 17 splendedissimi *B*[1] epifanii *V* 19 ipsorum *Sirm.* expectaculum *B* uideris *B* 20 et *om. Sirm.* 21 exultantium *L*[1]*C* 22 rapueretur *VL* 23 urbi suo cauit *B (corr. man. rec.)*, orbi suo canit *Schott*, orbis canit *Boll.* 24 tunc] hinc *Sirm.* 25 electi legati principem *Schott* 26 fuit acutior *Sirm.* 27 se (e *in lit.*) *B* subduxerant *Sirm.*, subduxēr *V (ut saepius)* 28 antistis *B* 29 laborauat *B* 31 aliquis *TC* 33 noster] ñ. *BVLT*, non *C, om. Sirm.* 36 perdedissent *B* 38 retributionem] remunerationem *Schott et Boll.*

---

3 *Paul. hist. XV 18 (XVI 21 Eyss.):* (Epiphanius) a Theoderico Gallias ad Gundubadum pro captivis redimendis directus excepta innumera multitudine, pro quibus pretium tribuit, sex milia captivorum ob solam sanctitatis suae reverentiam concessa secum reduxit.

qui profligatis principum iussionibus ipse quid actum sit actor adnuntiat. hoc ergo
ille totius acuminis vir prospiciens declinare gestiebat. scripsit tamen et quae gesta 180
sint loqui commisit epistulis, ne aut tacendo contemptor aut occurrendo per adrogantiam pronuntiaretur intemperans. quantum tunc, admirande pontifex, tua plus egit absentia, quantum imperavit humilitas deprehensa, dicant illi, quos de exulibus
ditissimos reddidisti. igitur omnia, quae a piissimo rege pro miseris per paginam 181
petiit singularis antistes, incunctanter obtinuit. serenus praestitit copiam supplicanti, cui pro conpensatione laboris sui hoc credebatur posse sufficere, quicquid per illum beneficii redemptus et pauper acciperet.

Postquam tamen omnes qui revocati fuerant indultu praeferendi principis iure 182
suo donati sunt, perfunctam molestiarum suarum molem admirabilis censebat episcopus, cum necdum biennio exacto a deliberatae quietis gremio tamquam a portu cumba velis inlata tempestate propellitur. nam infirmis Ligurum et labantibus umeris vix
ferenda tributorum sarcina mandabatur. rursus ad te, adflictorum consolator, adcurritur. 183
doceris frustra reddidisse patriae cives, si illis in solo avito periclitantibus non adesses.
p. 411 et quia apud te nunquam fatigatus est qui rogavit, suscepisti causas infelicium et te protinus ad recidiva onera praeparasti. Ravennam pro nobis regem rogaturus excurris, quam, ne te ibi quisquam post Gallicana insignia laudaret, effugeras. minas caeli procellarumque discrimina, adhuc quasi aevi integer aut valentia corporis munitus,
exuperas. nunquam tibi ad officium animorum se membra quamvis invalida sub- 184
duxerunt. frigus, pluviae, Padus, ieiunia, navigatio, periculum, tonitrua, sine tecto mansio, in ripis fluminis incerti paene sine terra portus, virtuti tuae dulcia fuerunt et grata successui. contristatus est de praesentia tui et ille eminentissimus rex, qui te videre ambienter optabat. exposuisti necessitates nostras adventu tuo, antequam diceres, et quales tecum habitantium lacrimae te conpulerint, docuerunt superata discrimina.

Ast ubi ad principem tamen ingressus est, ita loqui coepit: 'solita, rex venerabilis, 185
mentis tranquillitate famulorum preces intellege. et me ad postulanda necessaria et vos ad tribuenda usus informat. lex tua est, ductor invicte, misereri iugiter. tu semper nutristi spem intercessionum in posterum, dum praesentibus non resistis. viam supplicationi nostrae patefecit ad reliqua semper apud vos beneficii fides im-
petrati. Liguribus tuis largire quod proferas, tribue quod reponas. futurorum quaestus 186
est temporalis indulgentia. boni principis mos est cum virtutibus amare famam et
p. 412 regnum ita ordinare, tamquam ad stirpis suae posteros transiturum. nutantes domini
haec tantum quae accipiunt diligunt, firmissimi illa potius quae dimittunt. sic terris 187
semina parva committimus, ut multiplicata capiamus: fenus sine crimine fit triplicatum. boni imperatoris est possessoris opulentia. concede immunitatem anni praesentis Liguriae, qui eos ab externis, qui supplicant, reduxisti. quam uberem praesentem nativitatem habuerimus, clementia vestra adstantes interroget. nemo illi mentitur,
cui serviunt qui convincant.' ad haec princeps: 'licet nos inmanium expensarum 188
pondus inlicitet et pro ipsorum quiete legatis indesinenter munera largiamur, tamen vis meritorum tuorum tractatibus nostris reverenter intervenit. opus est fieri quicquid

---

1 auctor *Baron.* ad adnuntiat *B*[1] 3 sunt *Sirm.* arrogantiam *V* 5 absentiam *B* impetrauit *Boll.*, *falso* 6 reddedisti *B* quae a apiissimo *B*[1] promis seris *B* 7 antistis *B* cupiam *B* 12 oportu *B*, e portu *Schott* cymba *V* 13 velis *scripsi*, aliis *libri*, altius *prop. Hartel* 14 afflictorum *V* 15 doceris *B*, doceres *ceteri* frustra reddidisse] frustraret | dedisse *B*[a] ciues si — rogaturus excurris *man. 2 T* adessis *B* 16 numquam *V* 17 excurres *B* 18 gallicanam *B* lauderet *B* effugeres *V*[a] 20 exsuperas *V* numquam *V* menbra *B* 21 pericula tonitruum *Schott* tecto] lecto *Sirm.* 23 tui] tus *B*[a] 27 rex *sup. lin.* *B*[1] 30 intercessionis *Sirm.* resistes *B* 34 nutantis *B* 37 boni (i *sup. lin.*) *B* 38 ab *om.* *Sirm.* 41 inlecitet *B*, inplicitet *prop. Hartel*, sollicitet *fort.* 42 vis] ius *Sirm.*

iniunxeris, iuvat omne quod praecipis. aestimamus enim conpendiis nostris adici illud,
189 quod ipse decerpseris. nihil tu quasi ex accidenti depreceris, qui habes a nobis
plurima quae reposcas. duas tamen praesentis indictionis fiscalis calculi partes
cedemus, tertiam tantummodo suscepturi, ne aut aerarii nostri angustia Romanis
pariat maiora dispendia aut supplicatio tua expectata patriae gaudia non reportet.'
taliter praefato regi egit gratias summus antistes, a quo vale dicens abscessit.

190 Heu dolor atque gemitus! omnibus quasi supremi officii vel ultimae visitationis
studio inpiger occurrebat. et cum domus ipsius Christianae multitudinis turbas
evomeret, ipse tamen omnium penetralia adibat. nullum humanae mentis crassitudine
hebetatum tangebat tam funesta suspicio, quod instaret transitus eius, quem ille
191 spiritus revelatione cernebat. ninguido aere et quali solent homines ad tecta con- p. 413
fugere Ravennam egressus est et per omnes Aemiliae civitates celer venit, tamquam
ad sepulchri receptaculum properans: omnibus sacerdotibus in itinere positis munificus
communis adfabilis et quasi exagellam relinquens se ipso praestantior. ut Parmam
tamen eiusdem viae ingressus est civitatem, continuo eum coagulatus in vitalibus
umor infudit, quem catarrhum medici vocant, qui se medullitus inserens in ruinam
192 publicam saeviebat. sed quid formidas, oratio? quid velut navifragos scopulos per-
horrescis? velis nolis: cuius vita etsi strictim dicta est, narrandus est obitus, quoniam
nulla protensione libelli, nullis dilationibus promulgatae laudis transitus ipsius poterit
occultari. et quamvis velut Scylleos canes et patulas Carybdis fauces fragoso
discrimina murmure minitantes velificans carina diffugiat, obitus eius naufragium non
omittit. quid fletus narrare metuo, quos continua semper necesse est ut monstret
193 effusio? ergo dum se oppido Ticinensi nunc misero propinquavit, quasi alacer et
sanus apparuit. quod licet cum omnium exultationibus ob reditum suum introisset,
ilico gaudia vertit in lacrimas, aegrum se esse die ipsa significans, altera graviorem.
et cum grandior per dies singulos appareret infirmitas, adiuta est inperitia medicorum.
stabant mussitantes et adtoniti populi, casum in uno homine totius provinciae con- p. 414
siderantes et funus mundi metuentes. septimo tamen die inopinatum scelus, ineffabilis
194 calamitas, inexplicabilis luctus accessit. sed cum beatissimus cerneret pontifex sarcina
carnis abiecta maturius se ad purum aetheris evolare fulgorem, cuius vox semper illa fuit
Phil. 1, 21. 'mihi vivere Christus est et mori lucrum', laeto animo ac vultu sereno illos versiculos Davi-
Psalm. 88, 2. ticos saepius repetebat: 'misericordias tuas, domine, in aeternum cantabo: in generatione
Psalm. 30, 6. et progenie adnuntiabo veritatem tuam in ore meo', et illud: 'in manus tuas, domine,
195 commendo spiritum meum.' nec non adiciebat de perfectione securus: 'confirmatum
I Reg. 2, 1. est cor meum in domino et exaltatum est cornu meum in deo salutari meo', ut hymnis
et canticis et in morte resonans ad sedem suam caelestis anima remearet, quae quin-
quagesimum octavum aetatis annum duxit ad tumulum, triginta in hac sacerdotali,
qualem etsi excerptim lector adtendis scalptam, conversatione exemit.

196 Illud namque silentio praeterire non debeo, quod eius sanctae reliquiae usque
in diem tertium, quo cum summa veneratione reconditae dinoscuntur, tanto lumine

---

1 iniuncxeris *B* precepis *B* illud *om. Sirm.* 2 accedenti *B* 4 cedimus *Schott* errarii *B* 6 antistis *B* 7 suppraemi *B* 8 multitunis *B* 9 penetrabilia *VL* 10 hebitatum *B* 11 preuelatione $V^aC$ ininguido $V^a$ 13 muneficus *B* 14 affabilis *V* exagelliam *B*, exagellium *Boll.* 15 eum] autem *B*, *del. et* eum *superscr. man.* 2 coagolatus *B* 16 catharum *B*, catharrum *ceteri* 17 seuiebat *B*, seruiebat *Sirm.* uelud *B* naue fragos *B*, nauis fragos *VLC*, nauis fragosos *T*, nauta nauifragos *Hartel* 18 etsi strictim cuius uita *VLTC* 19 nullis] nullus *B* dilatationibus *Sirm.* 20 squilleos *B* fragosa *Sirm.* 22 ut lacrimarum monstret *C* 24 omnium *B*, omnibus *ceteri* 25 ipsa die *Sirm.* 27 musitantes *V* attoniti *V* 28 die.. *B* 29 sarcina (r *ex* c *corr.*) *B* 30 sed ad $B^1$ illa semper *Sirm.* 32 in generatione et progeniae adnunciabo *suppl. inter lineas* $B^2$ 38 attendis *V*

ac decore vestitae cunctorum visae sunt oculis, ut splendorem vitae vultus signaret
defuncti et depositam gloriam iam nunc percepisse gloriosum vas crederetur, in quo
vere fuit thesaurus magni regis inclusus. quae ibi fuerunt flumina lacrimarum, quanti 197
p. 415 planctus, silebo, ne post annosa curricula novellum dolorem scriptor incutiam. quae-
cumque ibi mater venit, liberatum clamavit ab illo filium: quaecumque uxor, maritum:
quaecumque soror, fratrem: qui caelebs, se ipsum. postremo in illa tanta hominum
multitudine et conventu, ut audenter dicam, totius orbis nemo fuit qui beneficiis illius
aliquid non deberet.

Sed quaeso iam temperemus a luctibus, contractam tristitia resolvamus frontem. 198
excelsa cum deo possidet, ob cuius obitum maeremus in terris. sed quid faciam,
quod remediatoris vestri singultus verba dissiciunt, lacrimae ora perfundunt, mugitum
resonat omne quod loquor? et intellego quod numquam ad flentem flens bene veniat
consolator. haec sancto patri et doctori peritissimo idoneus affectu, non scientia,
inpendi, ut aliquos de conversatione illius flosculos relegerem, ut est longum iter Symm. in Val. I 14.
agentibus in usu positum, qui non omnes obvios consalutant. tu mihi, anima apud 199
redemptorem nostrum praepotens, tribue, ut cura vacuus et pectore liber munda tibi
sicut debentur praeconia mundus exsolvam. de cetero habentem in te post deum
fiduciam non relinquas et, quem religionis titulis insignisti, religiosorum in divinam
repromissionem redde participem.

## LXXXI (OPUSC. 10).

## BENEDICTIO CEREI.

Dignum et iustum est, vere dignum et iustum est, ut principe loco fores beatae 1
noctis adhibito praesenti ministerio digna quasi clave reserentur, ut nobilis nuntius
vitae testetur adventum, ut praeconis merito secutura ponderentur, sacris fidem mysteriis
venerandus praecessor adcommodet. iustum est ut proximitatem salutaris aquae flamma
manifestet, elementorum diversitas in peregrina pace conveniat, lymfarum in promptu
esse remedia sacer ignis ostendat, agnoscatur non esse naturae sed redemptionis, quod
concordat unda cum lumine. laetetur in operibus suis fabricator ille caelestis, cum 2
benedicit ipse quod tribuit, cum illud, quod secreti sui producit origine, nobilitat
sacramento. intellegat linguae nostrae ministerio pecualem quam nobis concessit
distantiam. mancipetur laudibus eius, quicquid a ceteris animalibus iussit in homine
esse praestantius, quia optimi conditoris aperta sunt beneficia et ira a pietate non
discrepat, quando et arte nos supplicandi docuit et suis muneribus vult placari. ipse 3
enim hominem sibi templi vice daedala provisione formavit, ipse penetralia cordis nostri
sancto eruderata pandit introitu, nisi per propositum libertatis foedo obstruantur interna

---

2 percipisse *B* 3 thensaurus *B* 4 annosa *BC*, annos ac *VLT* 6 celeps *codices* 7 multitudinem *B* 9 contractum *VL* 11 dissitiunt *BV* ora per go quod numquam $B^1$, fundunt ..... intelle *suppl. in mg. inf.* $B^2$ 12 loquor *B*, eloquor *ceteri* 13 sanctos *VL* 15 obuius *B* consalutent *Sirm.* 16 nostrum] ñ. *BVL*$T^1$ 18 tituli *B*, titulo *Schott et Boll.* 19 repromisionem *V* participem . finit *BVL*

[LXXXI] *Deest hoc opusculum una cum ceteris quae sequuntur usque ad LXXXVIII in editione Basileensi et Schotti* 20 incipit benedictio cerei *BVL* 21 ut] et $V^a$ 22 quãsi *B* reserentur (entur *in lit.*) *B* 24 adcommodit *B*, accommodet *V* 25 manifestit $B^1$ promtu *V*, prumto *B* 27 com luminae $B^1$ 28 pruducet *B* 29 pecoalem *B*, specialem *ceteri* 30 mancipitur $B^1$, mancipatur $B^2$ 32 arte *B*, artem *ceteri* nos] nus $B^a$ 33 penetrabilia $V^1L^1$

contagio. quare universis rerum liquet arcanis, vitalem per sapientiam factoris
machinam nisi per suum studium non perire, qui nos et ad meliora formavit et quibus
4 itineribus salus peteretur ostendit. cum enim ex humo hominem fingeret, cum terra
victuram migraret in formam, cum putre solum novam transiret in faciem, cum in-
sufflatione spiritus suis moverentur arva vestigiis et tellus respiceret possessorem ex
propriis abstractum sinibus inopina dote praestantem, habentem quod ipsa quae mater
putabatur esse non dederat, cum referret gloriam nobilitata per subolem: inperfectio
5 erat, si actuum callem non suo iure disponeret. cotidianus tamen, domine, beneficiorum
tuorum successus munera seniora transcendit et aestimatione sequentium vetusta
superantur. ille enim perpetuam destinatus ad vitam, ille de parente limo caeli civis
effectus, ad originem voluntario errore detrusus est. et quia, dum liceret, noluit
sectari meliora, sublimitatem perdidit quam feliciter degenerans dono conditoris
6 acceperat, et ad prosapiem duce culpa revocatus exilium flevit. hunc nisi omni-
potentia tua, domine, regeneraret perditum, parum posset prodesse quod feceras et,
nisi opem ferret et numero et prosperitate secunda nativitas, prima, in qua mortem
error peperit, non iuvaret. postremo nihil esset quod ad fabricam nostram materiam
humus praebuit, nisi unda succurreret. unicum nobis sacramenti huius solacium con-
7 tulisti, quod aquae diluunt peccata telluris. ergo iam typus recedat et, qui imaginibus
adnuntiaverunt sequentia, conticiscant. in veritate tenemus quicquid colorata legis
umbra promiserat. tempus est, quo corpora nostra vel animae redemptori Christo
feriato mucrone dedicentur, quo salus per vulnera non quaeratur, quo sacerdotis
dextera lanistae opus abiuret, quo consecrationem impleat fides lympha signaculum,
8 quo humanum genus unde decidit fons reducat. in huius ergo suspiciendae noctis
officio venerandis compactam elementis facem tibi, domine, mancipamus, in qua trium
copula munerum primum de inpare numero conplacebit, quae quod gratis deo veniat
auctoribus, non habetur incertum: unum, quod de fetibus fluminum adcedunt nutrimenta
flammarum: aliud quod apum tribuit intemerata fecunditas, in quarum partubus nulla
9 patitur damna virginitas: ignis etiam caelo infusus adhibetur. redemptor enim proprio
aquas dedicavit baptismate. integritatem diligit quam et nascendo in matre servavit.
ut a profeta posset inspici, innocui corpus suscepit incendii, cum frondibus in rubo
crepitantibus nulla frutex detrimenta sentiret, cum arida pabulum flammis dum lam-
berentur ligna non fierent. ergo proprium tibi est, domine, quicquid in hoc cereo
10 servorum tuorum praeparavit obsequium. serenis in isto respice oculis, quod contulit
caelum fluenta pudicitia. tu ad tribuendam benedictionem evocatus ministerio humani
sermonis inlabere. tu resurrectionis tuae tempore, quo vernat anni reviviscentis infantia,
sumptam ex hoc contra procellas vel omnes incursus fac dimicare particulam, ut
sacerdotis nostri votiva omnibus vel totius cleri eius incolumitate concessa ubertatem
terrarum cum actuum innocentia et prosperitate concedas.

---

1 liquit *B* archanis *V* factores *B* 3 ostendet *B* 4 uicturam (ui *in lit.*) *V* 5 suis *B*, sui *ceteri* uistigiis *B* 6 dotem *VLTC* 7 potabatur *B* sobolem $B^2V$ 13 acciperat *B* 18 deluunt $BV^1LC$ 19 conticescant *V* 20 redemptoris $V^1L$ 21 sacerdotes *B* 23 quod humanum *B* decedit *B* 24 elimenti *sup. lin.* s *B* 25 inpare *B*, inpari *ceteri* complacebat $V^a$ 26 accedunt *V* 28 dampna *V* 30 profita $B^1$, propheta *V* possit *B* robo $B^a$ 31 frotix $B^1$ laberentur *B* 33 serinis *B* 34 tua | adtribuendum *B* 35 uirnat $B^1$ 36 omnis $BVLT^1$, amnis *prop. Hartel* 37 incolomitate *B* 38 concedas. finit *codices*

## LXXXII (EPIST. 3, 13).

## ENNODIVS APOLLINARI.

Quantum cura mea, quae affectui vestro per necessitudinem militat, in dies 1
suggerit!*** nulla commeantium essem damna contentus, nisi ad illud unicum solamen absentium, quod in litteris invenit providentia superna, concurrerem. sed quid faciam, quando tanta est venientum confusio, ut nescias qui potissimum deligendus sit, cui reddenda sanctae conscientiae vestrae possint scripta committi? trahunt enim in 2
occasionem conpendii sui viliores, quicquid nos praestamus affectui; et grave est ut serviat cupiditati, quod exigit vis amoris. idcirco animum usque ad domestici perlatoris oportunitatem ab scriptione suspendi, ne diligentiae ratio sparsa per inmeritos perlatores aliena inportunitate ranciscat et ad me culpa redeat, quae a me non sumpsit exordium. necessitatem ergo procurati silentii breviter explicans ad usum me paginalem 3
converto, per quod magnitudinis vestrae mihi praesentiam secretis animorum itineribus expectata per paginas verba concedunt. vale ergo, mi domine, et illa quam debes generi serenitate frequentibus amantem fove conloquiis, quia nullum est tam venerabile munus sollicito, quam si saepe vos agnoscam vestram nuntiare, meam quaerere sospitatem.

## LXXXIII (EPIST. 3, 14).

## ENNODIVS PROMOTO.

Frequentia et necessitudini et amori exhiberet conloquia pectus obnoxium, nisi 1
desideriis remedia sua subduceret discretarum consideratio sine medella terrarum. quicquid enim caritate iunctum est, quicquid sanguinis catena sociatur, hoc distractum vix respirat per intervalla regionum. quae enim possit habere subsidia, cui frequens denegatur copia et paginalis alloquii? muta inter absentes diligentia quo teste pan- 2
datur? aut enim oportunitas commeantium expectata subtrahitur aut inveniuntur tales, quibus non possint reddenda caris scripta conmitti. vix tamen usque ad domesticum perlatorem diu anxia vota suspendi, per quem honorem salutati exhibens optata vobis patefaciam meae prosperitatis indicia et litterarum mihi spondeam promulgatione responsum, quibus, si in portu est sanitas vestra, amplectendis reseretur affatibus.

## LXXXIV (EPIST. 3, 15).

## ENNODIVS EVPREPIAE.

Rarum est ut necessitati amor fultus necessitudine colla summittat; vix contingit 1
ut serviat qui imperator est: semper et suo iure dominatur affectus. quo umquam

[LXXXII] 1 apollenari *BVL* 2 nicessitudinem *B* 3 suggerit *VL²TC*, suggesserit *L¹*, suggere *B* essem] essent *Sirm.*, esse in *potius quam* essem *B* contemptus *TC et Sirm.*, commentus *Hartel* si nulla c. essent damna, contentus ad illud ... *conicio* illud] aliud *L¹C* unicum illud *Sirm.* 4 concurrerent *Sirm.* 5 uenientium *VLTC* delegendus *codices, em. Sirm.* 6 possint//// *B* comitti *B¹* 8 cupitati *Vᵃ* exegit *B* 9 inmeritus *B¹* 10 inoportunitate *B¹* reddeat *B* 11 paginale *BVL*, pagine *C* ad munus me paginale *Hartel, ut ipse conieceram* 13 pagina *B¹VL*, paginam *C* mi//// *B* 14 uenerabilem | unus *B¹* 15 sollecito *B* suspitatem *B¹*

[LXXXIII] 17 necessitudinem *B* 18 sua *om. Sirm.* subducerent *VLT* descretarum *B* medilla *B*, medelam (m *del.*) *V* 20 posset *B* 21 cupia *B* muta inter] mutanter *Vᵃ*, mutinter *Lᵃ* 22 subtrahetur *B* 23 possent *B*

[LXXXIV] 27 eupraepiae *B*

regium diligentiae nomen inpeditur obstaculo? cui libera caritas mancipatur obsequio?
excusationem de aliquo timore non adhibet, nisi qui animum devinctionis abiecit. mens
2 quae pietati militat, etsi sint dura, principum iussa non metuit. nulla sunt tam barbara
iura populorum, quae non reddi filio debita materna patiantur. quicquid in orbe
gentium est, ab humanitate non discrepat; quicquid in mundana luce gignitur, fructus
uteri requirit et seminis. sola nobis cum cunctis animalibus causa et sollicitudo com-
munis est. cuius aestimabitur esse mens illa feritatis, quae erga curam subolis
3 posterior ab inrationabilibus invenitur? germanitatem tuam respicit praefata con-
cinnatio. tu unici oblita pignoris et miserationem orbati et felicitatem eius, cui mater
superest, abstulisti. vere fateor sub libertate propositi, modo maxime quando ei a te
et conloquia denegantur pace deo propitio inter regionum nostrarum dominos omni
4 radice solidata, tigridem te inmanitate superasse. quando inveniri potuit, aut quod
plus amare possis a filio aut propter filium quod timere? facultatum cura debuit
posthaberi, quia nunquam bene hereditas quaesita est herede contempto. ecce dico:
ni deus per sollicitudinem meam, servi sui, malivolis obstitisset, omnis generis tui fuerat
planta succisa. leaenae catulos tutis silvarum aut heremi commendant penetralibus,
5 ne partus earum praeda sit hominum. dicas forsitan, quod haec exprobratio graviter
me ferre inpactam de adulescente sarcinam monstret. novit dominus hoc solum me
acerbe perpeti, quod et praesentia tua careo et totius te per silentium inmemorem
affectionis esse cognosco. benificio tamen dei paterna puero nostro non denegatur
6 instantia. inbuendus liberalibus disciplinis limen nobilitatis ingressus est. ipsam
quoque ad te dictionem, qua commendatus est, destinavi, in qua non eloquentiam sed
vota cognoscas. vale ergo, mi domina, et si fieri potest, nostris te cum dei ordi-
natione redde conspectibus.

## LXXXV (DICT. 9).

## PRAEFATIO QVANDO ARATOR AVDITORIVM INGRESSVS EST.

1 Notum cunctis bene mortalibus, quod dicendi laborem negotiorum feriae pariant
et eliminatis curarum procellis orationum serena plus rutilent. diem suum ingenia
nisi occupationum nebulis fuscata non perdunt. sententiarum iubar cura vacuos respicit et
expeditos animos declamationum pompa commendat. qui caeca remis temerarius freta
proscindit, nudum sollicitudine gubernaculis pectus adcommodat et clavi regimen sola
2 qua magistrum navis convenit inquisitione perpendit. tunc stuppea in ventos ex voto
frena laxantur, tunc rudentum vinculis diu libera maria vinciuntur et inperiosis un-
darum cumulis homo dominaturus ingreditur, viarum incerta astris recludentibus
agniturus. tunc Phosphoron Pleadas Cynosuram et quicquid iter monstrat inspiciens,
ad caeli ductum callis hominis ordinatur, si tamen mens nullo extraneae occupationis

---

1 diligentiae *B*, diligentia *ceteri* 2 adhibit *B* 3 piaetati *B*, pietate *ceteri* barbara iussa *Sirm.* 5 gentium] genitum *Sirm.* 6 requiret/////// (et *ex* it) *B* ea causa *coniecit Hartel* 7 mens esse *VLC* (*sup. lin. add.* esse) *T* feritates *B* sobolis *V* 9 meserationem *B*[1] 11 dominus *B* 12 inmanitatem *B* 14 numquam *V* 15 malibolis obstetisset *B* 16 catolus *B* penitralibus *B* 18 adoliscente *B* dominus] deus *Sirm.* 20 benefitio *V* denegatur] derogatur *Sirm.* 24 conspectibus. finit *codices*

[LXXXV] 27 eliminatis *B*[2]*C*, elimentis *B*[1]*VL*, elementis *T* 28 occopationum *B* uacuus *B* 29 expeditos animos *scripsi*, expeditus animus *libri* pompa *B*, pompam *ceteri* 30 poscendit *B* accommodat *V* 31 uentus *B* 33 comolis *B* 34 Phosphorum *Sirm.*, bosforon *codices* pleadas *B*, pleiadas *ceteri* Cynosuram] quinusuram *B* 35 ordinator *B* extranea *B*

mordeatur ambiguo nec peregrinantem notitiam magister inertiae maeror adfligat.
quodsi aut pigro torpore hebetatus animus dormiat aut diversis excitatus stimulis 3
per devia distrahatur, nescit ad propositum suum totus occurrere, cuius membra pru-
dentiae lanista animarum cura discerpit. inefficax semper est et a molis suae valitudine
dissociatus ostenditur, qui non potest quantus est una tractatuum forma monstrare.
est tamen boni doctoris expendere origine serpentis rivuli, qui scalpente ad ipsum 4
terram ungue perducitur, quid sit eius in unum collectus alveus, quid sit ubi nascitur
aestimare, et vires fluminis non de his, quae accepit, sed de illis, quae potuit accepisse,
colligere. quorsum, venerabilis magister, libertatis index, boni testimonium sanguinis, 5
ingeniorum lima, fabricator sensuum, haec verba praemiserim, si requiras: me me
locutus sum, fateor, me digessi, quem inter inscitiae dormientis infantiam occupationes
variae et tristitia fortis inperitiae mater obpressit, cui non datur duris solvere colla
laboribus, ut studiorum lupatis ora decorentur. meus sermo quod scaber est et nullo
splendescens dictionis adtritu, intellegentiae est et exercitii, quod dedisco. te inter 6
palestra tua originaria linguae palma sollicitat, te inter cives, mei inmemor, superba
Delus adnumerat, tu Castalii gurgitis lautus possessor incedis: at ego vix arentibus
labiis stillantem guttam marcidi liquoris infundo. te sudore continuo nulla diversitate
interpellante utpote colonum suum doctrinae messis amplificat: at mihi vix de mag-
norum horreis pauper faseli esca porrigitur. tu in sustentationem ruiturae libertatis
felix dextera subrogaris: me ecclesiae angulus etiam bona metuentem saeculi prae-
sentis includit. quid, rogo, visum est dudum insigni eloquentiae tuae in me tam 7
longe positum oculos destinare? fuerunt magis alii, quos dictionis tuae ornamenta
conponerent, quibus verborum falerae per Latiares elegantias adquisitae victurum et
apud posteros nomen offerrent. me tacito teneri tantum convenit affectu dictis in-
parem et officiis sequestratum. quid erigeres animos, quos alter iam sibi vitae ordo 8
subdiderat? quid ad te revocares per longa itinerum intervalla distantem hominem,
apud quem sicut nefas est non meruisse laudari, ita crimen fuisse laudatum? tua sunt,
tua, ne dubita, aut eorum, si tamen inveniri poterunt qui secuntur.

Ad adulescentulum tamen, quem praesentis diei auditoriis tuis auspicia dedi- 9
carunt, cum quo mihi parili infantia convenit, si venia me donatis, verba converto.
cuius primordia quamvis infabricato sermone conmendem, imperiis amoris excusor.
sub iugum mittimur dilectionis necessitate constricti et, dum caris prospicimus, quid
nos deceat non videmus. hunc licet paterna debuisset oratio prosequi, non est tamen
a patre aliena quam porrigo. debuit tibi, macte, et mea orationem professio. felix 10
istud nominis apud doctos auspicium! ditandus scientiae frugibus laborem circa studia
necessarium promittit et nomine. finde, adulescens egregie, pinguium dorsa terrarum,
inprime dentem vomeris novella adhuc incude formatum, exerce in studiorum solo
quicquid optimum convenit aratorem. si excrutatus penitus fueris latentium secreta 11

---

1 mordeator *B* affligat *V* 2 pegro *B*[1] diuersus *VL* 3 prodentiae *B*[a] 6 originem *BTC*, originenem (*exp.* nem) *V* riuoli *B* ipsam *Sirm.* 7 collictus *B*[1] nascetur *B* 8 aestimare *Sirm.*, extimare *B*, existimare *ceteri* 9 quursum *V*[a], cursum *B* indix *B* 11 degessi *B* occupationis *codices*, *emend.* *T*[2] *et Sirm.* 14 attritu *V* didisco *B* 15 palistra *B* 16 at] ad *B*[1], et *Sirm.* 17 licoris *B* aduersitate *Hartel prop.* 18 utpute *B* at] ad *B* 19 fasili *B* 20 angolus *B* 21 insigni aeloquentiae *B*, insignia eloquentiae *ceteri* me tam] meam (*sup. lin.* t) *B* 22 oculus *B*[1] distinare *B* 23 falerae] fallere *B* latiaris *codices*, *emend.* *T*[2] *et Sirm.* 25 erigeres *Hartel*, eregeris *B*, erigeris *VLT*[1]*C*, erigis *T*[2], *fort.* erigere (*scil.* visum est) quos] quod *B* 26 subdederat *B* reuocares *Hartel*, reuocaris *libri*, revocare *fort.* itinerum *C*, iteuerum *B*, iterum *VLT* 28 poterunt *B*, potuerunt *VLTC*, potuerint *Sirm.* sequuntur *V* 29 ad *om.* *B* adoliscentulum *B* 30 donates *B* 34 orationem professio et mea *VLTC* 35 doctus *B* ditandus *B*, ditando *VLC*, ditandos *T* 36 adoliscens *B* 37 inpreme *B* 38 excrutatus *B*, scrutatus *ceteri*

camporum, invenies illic Deuterium, qui ubertate linguarum germina tibi multiplicatis
seminibus et sudorem remuneretur inpensum. disce iam nunc verborum luxuriem
artis falce truncare, ut novellus cespes sub ferri disciplina proficiat. resecetur quicquid infecunda palmitum umbra transmiserit; ad solam uvarum spem vites tuae ramos
12 extendant. talis ad genium tuum redeas necesse est, talis ad vota nostra respicias:
et cum te gravidis scientiae culmis ornaveris, tunc te Magnum dici conveniet Aratorem.
quocirca spes in te praemii nutriat laudis ardorem. legi quia non est fortunae lusus,
si quando inter feculentos, quorum ego primus sum, inperitorum greges profecerit
13 litteratus. non metuas pressuram, qua gravantur instructi: plus laudis habet iacens
Isid. Anacl. ep. § 6. peritia quam culmina rusticantum. erigit doctos conscientia sua, et si quando incertis
temporum flatibus opponuntur, sustinent mala, quae saeculis magis sunt adscribenda
quam meritis.

14 Prosecutionem meam, quam vere rusticam in Aratoris conmendatione contexui.
felici tantum dicunt aliqui personae blanditam, cui favorem de patris potestate conciliet dilectionem mentita necessitas, in cuius laudis ministerio vivis et praesentibus
tantum serviens temporalem exhibeat lingua famulatum, quae quotiens in aliquorum
praeconio fucatis verborum imaginibus ludit, fortiori studio conceptum mentis abscondit.
15 non nunquam enim doctis tribuit stilus profundiorem cogitationum latebram, si dulcibus
aures non bene merentum fomentis inlexerit. sed sequestrentur a nostro talia instituta proposito. nos et scire haec convenit et odisse. cautius enim a prudentibus
nota quam inopinata fugiuntur. mihi ad laudationes amicorum nisi amor verba transmiserit, quae in penetralibus conscientiae caritate magistra dictantur, inter relationum
16 vias sub fasce suscepti operis palpitabo. ergo classico meo, cui proprium sine fraude
servivit ingenium, indices animi mei dictiones attuli, quia sine adulationis suspicione
est inter aequales amicitia personas, et tunc fida diligentum sinceritas adprobatur,
quotiens non venit a potestate quod metuas. mihi classicus non meretur inperiis
17 quicquid non inponit obsequio. ferunt tamen aliqui, orbo parentibus fideli auspicato
gymnasia litterarum personam religiosam debuisse magis verba praestare. orbum
parentibus dixi, cui per felicia naturae damna communis pater et episcopus factus
est proprius. ille afflictorum consolatio, ieiunorum cibus, caecorum oculus, pes claudorum, tot pietatis suae species, tot misericordiarum gradus ad huius convertit personae
18 profectum. et illud domni Laurenti quod mundi necessitatibus succurrit ingenium in
ministerio huius exercetur infantuli. cui talis non sit, ut vere dixerim, gratiosa calamitas? quem non iuvet amisisse patrem, sub lucrosa commutatione si talem conceditur
invenisse? tanti viri insignia, quae implere nequeo, per profana verba non temero.
19 ipse est, cuius est dulcis auctoritas aut horrida dulcedo, qui magistrum in ecclesia,
magistrum in domo, magistrum in convivio, magistrum inplet in iocis, qui numquam
facit quod sequentes nolit imitari, cuius ad unguem polita conversatio caeleste iter
discipulis, dum incedit, ostendit. minor enim laus est docere bene, nisi opere docenda

---

1 multiplicasti simenebus $B^a$ 2 luxoriem *B* 3 nobellus cispis *B* 4 uitaes *B*, uitis *VLT*[1] 5 extendet . necesse (*om.* talis . . . redeas) *B* 6 grauedis $B^a$ ornaberis *VLT* nonueniet (c *sup.* n) *B* aratorem | legi $B^1$, quocirca . . . . . . ardorem *in mg. inf. suppl.* $B^2$ 8 proficeret litteratos *B* 9 inst • rusti (-cti *corr. m. 1*) *B* plus *B*, *om. VL*, magis *TC et Sirm.* 10 eriget doctus *B* 11 saeculi $B^1$ 13 *inde ab verbis* prosecutionem . . . . *novam orationis partem incipi in omnibus codicibus litteris uncialibus significatur* 16 exhibet *Sirm.* 17 fugatis $V^a$ 18 nonnumquam *V* profundiorum *Sirm.* 19 merentium *Sirm.* sequestrantur $V^a$ 20 cautus *B* 22 penetrabilibus *codices* 23 operis] oneris *Sirm.* palpetabo $B^a$ 24 indeces *B* 25 aequalis *B* adprobator *B*, approbatur *V* 27 inponet *B* 28 gemnasia *B*, gimnasia *V* praestare *B*, presentare *ceteri* 29 filicia *B* | damna conmunis; *omisit cetera omnia B vacuis relictis et eiusdem paginae (fol. 81a) quattuor amplius lineis et tota pagina aversa . Folium 82 incipit ab epistula sequenti ad Laconium data* 32 laurentii *libri* 34 amisisse *VL* lucrusa $V^a$ 39 incedit $T^2C$, incidit $VLT^1$

monstraveris. huius viri suscepto adulescenti quid mea praestitisset oratio, quem eventus dexter de institutoris meritis manet et de orbitatis prosperitate perfectio? huic sufficiunt patroni preces, per quas merebitur institutis optimis imbutus degenerare sublimiter.

## LXXXVI (EPIST. 3, 16).

## ENNODIVS LACONIO.

Diu est quod animus meus illa, qua solebat relevari, expectatione torquetur. 1
in longum traxistis silentia, nulla necessitate conpulsi. non fui huius imitator neglegentiae, ut neque ego scripta prorogarem, sed ad dies conticui superventuri spe inlusus alloquii. nunc tamen vicit deliberationem meam iam matura amplitudinis vestrae taciturnitas. debet evelli silentium, quod duriter in quadam radice convaluit.
geminis ergo prospiciunt scripta nostra conpendiis: et perlatorem, bene natum hominem 2
propter fugaces suos venientem, commendo et desideriorum bona non differo. ergo vale, mi domine, et pro voto tuo circa me geri prospera cognoscens paribus me * adcelerare* sermonibus, quatenus et perlator de beneficio gaudeat et ego sublever de responso.

## LXXXVII (EPIST. 3, 17).

## STEFANO EPISCOPO ENNODIVS.

Postquam meritis vestris dignitas restituta est et honor quem exegit vita con- 1
latus, nulla beatitudinis vestrae pro peccatis meis scripta suscepi. aliena est a proposito vel a moribus vestris circa supplices quae in me servatur oblivio. temeritatem meam pontificalis non accuset auctoritas. vix est ut diligentia quid iuris possit habere respiciat. numquam se metitur quem stimulat caritatis imperium. additur quod 2
perlatori praesentium obvias manus adhibere non potui, nisi ut bene natum hominem Gallias pro certis negotiis expetentem ad coronae vestrae notitiam mei perducerem sermonis officio. quem tota humilitate commendans rogo, ut per eum vicariis relevari procurer alloquiis. domine mi, salutationis servitutem tota devotione persolvens spero 3
principe loco, ut precum vestrarum serenitas meae quoque mentionem non omittat facere, cum divinitati subplicat sine intermissione, personae.

---

[LXXXVI] 6 qua] quae *B*[1] torquitur *B* 7 silentia silentia *(alt. del.) B* 8 neque] mea *Sirm.* ego *in lit. B* 11 nos propter *B*[1], tra conpendiis .... hominem *intra lin. suppl. B*[2] bene natum *(ut VLTC) scripsi*, Benenatum *edit.; cf. CCCCX al.* 14 adcelerare *B*, accelerare *VL*, accelera releuare (releuare *in lit. man. 2) T, quam coniecturam probavit Hartel*, attolle *C et Sirm.;* fac relevari *conicio* quatinus *V*

[LXXXVII] 16 Ennodius Stephano episcopo *Sirm.* 17 uestris dignitas uestra restituta *Sirm.* exegit *B*, exigit *ceteri* 19 suplices *B* temeritatem] Meritatem *V*[a], te *ante lin. add. V*[b] 20 accusat *B* 21 addetur *B* 22 beninatum *B*[a] 25 procurer *post. lin. suppl. B*[2] mi] mihi *VL* seruitatem *B*[a] 27 supplicat *V*

## LXXXVIII (EPIST. 3, 18).

### ENNODIVS EPISCOPO EVLALIO.

1 Ad quantum me fastigium perduxerit donum spiritalis alloquii, angustia testaretur, si sermone valeret ambiri, ad quod enarrandum idonea non est mentis exilitas nec sufficit oris egestas. vos enim mei memores extitisse quid aliud computabo quam peccata superari? memoria vestri omne quod actuum obscenitas potuit
2 ministrare iam depulit et per sudum respicere supernum munus indulsit. domine mi, salutationis obsequia decenter inpertiens deum rogo, ut circa parvitatem meam illa anima, in qua omne quod deus mandat exuberat, dignationem pollicitam sine aliqua procuret inminutione servare. quam rem ex arbitrio mihi contingere frequentium declarate testimonio litterarum.

## LXXXIX (EPIST. 3, 19).

### ENNODIVS FAVSTO.

Deo gratias, qui iuxta desideria mea, ne aliquando ab scriptione temperem, negotiosa facit esse conloquia. potest enim et utilitati prodesse quod exigit vis amoris. proinde, domine, indicia meae valitudinis faciens fugacem puerum vestrum Germanum vocabulo, qui ante triennium lapsus est, me suspicor invenisse: de quo indiculum destinavi. qui si vere vester est, mature sequenda cognoscam.

## XC (EPIST. 3, 20).

### ENNODIVS FAVSTO.

1 Multiplicibus veneratoris vestri adfinis mei Iuliani negotium Marcellini laborat insidiis, qui ad querellam tantummodo paratus de iudicii integritate diffidit: vitat quae optat examina. nam postquam nescio quod praeceptum ad Gevicam exhibuisse perhibetur, praedictus supplex vester ad Mediolanensis fori audientiam mox cucurrit et per triginta aut quadraginta dies praesentiam suam publico, sicut oportebat, ingessit
2 iudicis. contestatus est ipsum Gevicam, qui ordinatus adserebatur inpulsor: ut susceptum suum ad iudicia destinaret, admonuit. domnum quoque Trasemundum, sicut ex litteris ipsius poteritis agnoscere, fecit scire. sed nihil apud eum profuit, cui solae latebrae in causa misera possunt esse remedio. pro quo rogo, quamquam apud vos precibus opus non est, ubicumque veritas innotescit, quia omnia huius rei instrumenta transmisit, ut ordinatione vestra ab huiusmodi molestiis efficiatur alienus.

---

[LXXXVIII] 1 Eulalio episcopo *Sirm.* 2 angustiam *B*, angustia mea *fort.* 4 extetisse *B* 6 mi] mihi *BVL* 7 salutationes $VL^1T^1$ meam *sup. lin. B* 9 immutatione $V^a$, imitatione *B* contingere (c *in lit.*) *B*

[LXXXIX] 12 mea *om. Sirm.* ne *om. B* ab] ad *B* 13 colloquia *V* exegit *B* vis] ius *Pb* 15 indicolum *B* 16 sequanda *B*

[XC] 17 Fausto Eunodius *Sirm.* 18 ueneratoris (s *in lit.*) *B* 19 querelam *V* 21 concurrit *CPb* 22 XXX. aut XL. dies *B* 23 iudici *malim* adseribatur *B* 24 dominum *B* 25 sicutix $V^a$, sicuti ex *L* scire *in lit. B*, tygre $V^a$, *del. et* scire *superscr.* $V^b$ 26 quanquam *V* 27 innotiscit *B*

domine, salutationis obsequia deferens spero, ut et a praedicto inquietudinem removeri 3
qua soletis cura faciatis et meam sollicitudinem de prosperitatis vestrae statu litteris sublevetis.

## XCI (EPIST. 3, 21).

## ENNODIVS FAVSTO.

Paucis adserendus est, quem et notitia senior et opinionis bonae lingua com- 1
mendat. non indiget prolixitate sermonum, qui suis apud magnitudinem vestram dotibus adiuvatur. sublimem virum Vitalem loquitur praefata concinnatio, quem os vestrum fecit sacri consortio gaudere collegii. ergo extraneis munietur epistulis, qui orationis vestrae beneficio curiam non ut peregrinus ingreditur? et cui reserastis
libertatis penetralia, illi pectoris arcana claudentur? ego autem gaudeo scriptione 2
multiplici, quia etsi parum tribuam perlatori, nulla proprii desiderii damna sustineo. domine, salutationem restituens quam debeo precor, ut et circa praefatum gratia se culminis vestri propius manifestet et mihi prospiciat restitutione conloquii.

## XCII (EPIST. 3, 22).

## ENNODIVS FAVSTO.

Inludit mihi spes quae exegit frequentiam litterarum. hac enim fretus ineffi- 1
cacibus animum pasco conloquiis. diu est quod sine intermissione scripta prorogans silentium ⟨quod⟩ expugnatum esse credidi, sed confirmatur. quid faciam, quando vix ad consilium reducitur pio amore pectus obsessum? putat remedia et quae conperit
nihil iuvisse. salutati ergo obsequium reverentia exhibens consueta commendo prae- 2
sentium perlatorem ipsum Constantinum, cui suffragium honestas et pudor est, cui quamvis plura per affectum debeam, maiora tamen coactus solvo per iudicium.

## XCIII (EPIST. 3, 23).

## ENNODIVS MARCELLIANO.

Apud amantes et honore pollentes beneficiorum affectus in promptu est nec 1
ulla preces, cui praestandi mos est, tarditate depretiat. Virgilius sublimis vir, tam sanguine quam honestate praecipuus, inponi sibi ab inlustri viro sacrarum comite Ravennam excurrendi necessitatem plurimum deflet, cuius si hoc haberent desideria,
obvias manus aetas adferret. qui apud vos me precatore utitur, ut ab eo huiusmodi 2
sarcina fiat aliena, quia relationibus frequenter quid egerit instructam praedicti suggerit potestatem. domine, honorem salutati exhibens precor, ut consideratione mei in testimonium diligentiae postulatis detur effectus.

---

1 et *sup. lin. B, om. b* 2 soletis] solens $B^a$

[XCI] 9 ut *om. CPb* ingredhtur (h *vel* b *man.* 2) *B* 10 archana *B* scribtione *B* 11 quia *B*, qui *ceteri* 12 debebo *BVL* 13 alloquii *Sirm.*

[XCII] 15 exigit *VLTC* 16 colloquiis *V* scribta *B* 17 quod *delendum aut* quidem *scribendum* sed confirmatur *B*, confirmatur . sed *ceteri* quando $BT^2$, quomodo $VLT^1$, *om. C* 19 nihil *B*, nil *ceteri* iubisse *B* reuerentiam *B*

[XCIII] 23 effectus $B^a$ pruimptu *B*, promtu *VLT* 24 ulla] illa *Sirm.* 27 praecatore *B*, peccatore *VL* 28 instructam *CPb*, structam *BVLT* 29 domini . Honorem $VLTP^1$ exhibens *prius* e *in lit. B* salutandi *b*

## XCIV (DICT. 10).

## GRATIARVM ACTIO GRAMMATICO QVANDO PARTENIVS BENE RECITAVIT.

1 Quando debitas beneficiis reddimus gratias, credo quod abiuramus iactantiam
necessariis obsequendo. nullo enim adrogantiae tumor honestatis velatur indu-
mento, cum non gloriae militant verba, sed sanguini. aliud est enim ut
lauderis dicere, aliud dicere ne carparis. ibi mens avara famae est subiecta
iactantiae, hic servata ratione iure in locum gloriae redigit quod ex dictionis
2 sudore contigerit. iustis namque et superfluis declamationibus etsi pari favor ser-
mone, discretis tamen mentibus exhibetur. uno quidem tyranni laudationes et bonorum
principum ore celebrantur, nec est aliqua inter eius qui meretur praeconia diversitas
3 et illius qui usurpat. quod nisi gravia iudicantum ingenia dicendi causas expenderent,
nullum daret haec, quae etiam indignis contingit, adclamantum aura discrimen.
susceptarum secreta dictionum ab audientibus non examinantur lingua, sed pectore.
in summa, aliud est recitantem blande et libenter audire, aliud affectum quo recites
4 adprobare. sed iam omissis thematis commendationibus rem potius mediocritatis
nostrae eloquatur infantia. Partenium quondam ad studia tua properantem, optime
magister, sub oratiunculae meae insinuatione perduxi. tunc cum liberalium disci-
plinarum limen intraret, cum incertum esset, utrum prosapiae nitorem eruditione
loqueretur — nullo enim teste nobilitatis utitur cuius sanguinem non prodit instructio —,
5 tunc ergo praedictum prosecuti sumus eloquio, quando fas non erat sermone nostro,
qualis esset natus, ostendi; quia bonorum semper meritorum labes est habere lucem
sanguinis et nocte rusticitatis includi, prodi stemmatum vocibus et imperitia fuscante
6 delitiscere. aurum nihil est, nisi manu conponatur artificis et fulvo pretium metallo
lima fabricante iungatur. cessante industria exigua est claritas quae venerit a natura.
fabrilibus debet studiis quod in partu suo terra laudatur. fornacis beneficio de
latentium fetibus venarum quod in solidi transit speciem ferro dominatur et effera
7 hominum corda domitrice adfectione captivat. victum, nisi exercerentur, terga mor-
talibus non praeberent. artis est, quod liquidum maris elementum homo securus
ingreditur, et parvo discrimine per ingenia iter mortis exuperat. magistra agricolarum
simplicitas telluris faciem dum brachiis distinguit, vineta conponit et de prole arborum
liquorem, quo salus nutriatur, extorquet. multis manifestatur indiciis, operantum
8 diligentia aut infundi quod origo non tribuit aut quod bona tribuit custodiri. et si
talis est rerum universa condicio, quanto, doctor eruditissime, sollicitudo tua est ele-
vanda praeconio, per cuius dexteram libertas iam iamque ruitura relevatur? per cuius
peritiam aut instituuntur novella aut servantur decora maiorum? vere fateor, nisi
9 esses, brevi succumberet quicquid monstrat ingenium. sed quid obligor maximis
qui sustinere parva non valeo, et generalem facio gratiarum relationem qui vix pro

---

[XCIV] 3 iacantiam *B* 4 arrogantiae *V* uelator *B* 5 aliud] ut liud *B*[a] 8 superfluuis *VL* 9 exhiuetur *B*[a] 11 usurpet *B* grauia *BCP*, graui *VLT* causas animis (— us *b*) expenderent (— ret *b*) *Cb* 12 adclamantium *VL* 14 summa (a *in lit.*) *B* 15 approbare *V* mediocritas *T*[2]*C* 16 infantia *B*, *om. ceteri* 17 perduxit *B* 18 limen (m *in lit.*) *B* intraret tunc cum *VLTCP* 21 esset] esse *B* est semper *Cb* 22 stimmatum *B* imperitia *ex* imperante *corr. B*[2] 24 cassante *B* 26 fetibus *B*, fecibus *ceteri* transit *B*, traxit *ceteri* domatur *Schott et Hartel* 27 captiua *Sirm.* terga *om. Sirm.* 28 elimentum *B* 29 agricultarum *B* 31 operantium *b* 34 libertas *om. B; haud scio an conicias* ruitura relevantur, *sed cf. p. 113, 19*

persona sufficio? uberes tibi coram multis, emendatissime hominum, grates refero,
qui agnosci a me Partenium institutione fecisti. tu de eius pectore scientiae sarculo
paliuros et lolium submovisti, tu triticeam messem, qua propinquos pascat, elevasti,
felici in eo eventu per familiarum dissonantiam unum quod sequeretur et aliud quod
fugeret demonstrando! o laudanda supra hominem tui virtus ingenii! in una eademque 10
persona qua arte, quod utrumque descendebat a sanguine, quid disceret et quid
dedisceret, indicasti! laeto deus gaudia nostra disponat eventu, procul sit quodcumque
minabatur adversitas. plus in te laudandum est, quia discipulus tuus scit prosapiem
vitare, quam quod prosapiem certat imitari. ecce Partenium propinquitas sua ex 11
utroque generis calle descendens alia agnoscit feliciter, alia feliciter non agnoscit.
quam timui, ne praefata permixtio dum ipsa diversitate discordat, in deterioris iura
melior victa concederet et pro vilitate temporum facilius in ipso pars indocta regnaret!
sed ostendisti mihi, aetatis tuae ornamentum, quia plus in consanguineo optinui quam 12
poposci. caelestia imitatus es ubertate beneficii, quando inpensione multiplici con-
mendantis vota vicisti. ecce iam ex hiemali pectore et corde algido dictionum flosculi
vernant et ridentia verborum germina depingunt calathos exhibentes; ecce post gentile
murmur de ore eius, quae humanitatem significent, verba funduntur. his ergo mune- 13
ribus tuis nisi reddam vicissitudinem, praestitisse te aestimes non merenti. quisquis
enim feriata lingua successus meliores suscipit, ostendit se quod attulit prosperitas
non amare.

## XCV (EPIST. 3, 24).

## ENNODIVS MASCATORI.

Novo me genio infucata pectoris vestri ornavit diligentia. eliciti utor stili 1
testimonio, qui doctis supra inscitiam garrulitate displiceo. coactus sermo pretium,
quod non habet ex eloquentia, ab inpacta necessitate subripuit. nunquam fuit digna
ultione contumelia, quam iussus exhibuit; nemo oboedientem iuste condemnat. sibi
debet inlatas iniurias de eloquio rusticante, qui provocat imperitum. supercilium est 2
celsioribus non parere: maius, si quae noveris descendisse ab obsequente despicias.
inprobi desiderii putetur adsertio non amare quod exigis. adstipulatur iudicio suo,
qui censuram de obtemperante suspendit. male pertinax districtio est, quae meritum
in parente considerat. pudorem ab statione non expulit, qui quod loquitur debet
imperio. itaque in nobis quod sordet eloquentia commendatur obsequiis. vos videritis, 3
quale sit quod iussistis offerri: ego vos sine frontis meae dispendio meruisse aestimo,
quod desiderastis accipere. taceo inter ista, quae principe fuerant loco narranda,
ecclesiasticam humilitatem quod placere poterat abiurasse, orationum pompam qui
orationem diligit non secutum, propositi consideratione et illud me fugere quod ducit
ad gloriam, quasi vitium declinare quicquid attollit, culpam putare quod erigit aut

---

1 uberes] iuberis *B* tibi pro persona coram (*exp.* pro persona) *B* gratis *B* 3 paliuros *T*[2], paliurus *BVLT*[1]*CP*, paliurum *b* propinquus *B* 6 discendebat *B* discerit *BV*[a] 7 dediscerit *BVLT*[1]*C* 8 minabatur *scripsi*, minebatur *B*, minatur *ceteri* 9 ex utroque || ex utroque *B*[1] 10 discendens *B* 11 permixio *sup. lin.* t *B*, permistio *Pb* 12 melior — ostendisti mihi *om.* *C* uicta] uita *Sirm.* conciderit *B* 13 optenui *B* 15 dictionum (c *ex* s *corr.*) *B* 16 calatus *B* exhibentes *Hartel*, exhibentis *libri* 18 aestines *B*[1] 19 succensus *VL* melioris *B* suscipit *B*, suscepit *VLT*, susceperit *CPb* 20 amare . finit *VL*

[XCV] 22 eliceti *B* 24 numquam *V* 25 iusus *B* condempnat *V* 27 discendisse *B* dispicias *B* 28 putetur *B*, putatur *ceteri* exigit *CPb* 29 destrictio *VL* 30 ab] ob *B* stationi *VLT*[1] 33 narrandam *V*[1]

4 sublimat, perdere iustae laudationis meritum favoris affectu. excusationem veritatis coloratam peniculo non praetendam, dum replico, quod illud, quicquid studiorum dederat cura liberalium, iam reliqui, quod alveo quondam copiosi fluminis vix arentis gutta fundatur eloquii. taceo, quod linguam, quam usus mobilem fecerat, alter usus
5 hebetavit: esse pro facundia silentium, abiectionem a nobis diligi pro coturno. ad illud redeo, quia mihi non licuit intra verecundum penetrale delitiscere nec debilitatem ingenii tegere taciturnitatis indumento: hoc ad defensionem integram quod praetuli conputabo. sed amore provocatus epistulares terminos inconsiderata loquacitate transcendi. vale, mi domine, cui honorem exhibens salutantis probabo, quid de epistula mea sentias, aut taciturnitate aut scriptione multiplici.

## XCVI (CARM. 2, 8).

### VERSVS IN BASILICA SANCTI SYXTI FACTI ET SCRIPTI QVAM LAVRENTIVS EPISCOPVS FECIT.

Antistes genio pollens probitate pudore
Ornavit donum meritis, et lumina vitae
Ad pretium iungens operis haec templa locavit
Lapsa per incertos — non spargit fama — recessus.
Sed veteris facti vivit lex aucta per aevum,
Quam dexter capiat Laurenti munere Syxtus.
Sic manet officium, quod sanctis contigit olim.
Obtulit hic templum, veniens quod consecrat ille.

## XCVII (CARM. 2, 9).

### ITEM IN ALIO LOCO FACTOS IN BASILICA SS. QVIA ARSERANT AEDIFICIA QVAE PRIVS IBI FVERANT ET SIC FACTA EST.

Vilia tecta prius facibus cessere beatis,
Si splendor per damna venit, si culmina flammis
Consurgunt habitura deum, si perdita crescunt
Ignibus innocuis, si dant dispendia cultum.
Qualis erit reparans crepitantibus usta ruinis?
Laurenti, tua bella gerens incendia vince.
Sordida marcenti latuisset terra recessu,
Si status faciem tenuissent antra vetusti.
Sed postquam superi flammas misere secundas,
Ad lumen cineres traxerunt ista colendum.

---

3 cupiosi $B^a$ 4 funditur *prop. Hartel* 5 hebitauit *B* 8 epistularis *B*, epistolaris $VLT^1$ terminus *B*

[XCVI] *Inter epistulam modo relatam et hos versus in codicibus VLTCP praeter epitaphia Rusticae (Sirm. carm. II 5) et Melissae (II 6), quae B aliis locis inseruit (nr. CCCCLXII et CCCCLXV), duo carmina (Sirm. c. II 4 et 7) a nobis in pagina ultima posita, quae in B prorsus desunt, interponuntur; cf. codicum descriptionem in praef.* syxti *B*, sixti *T*, sisti *C*, xysti *VL* xysti episcopi $V^1$ v. 1 antistis *B* v. 2 meriti *B* v. 4 sparget *B* recessos *B* v. 5 uiuet *B* v. 6 quam] cum *Hartel* munere *Schott*, munera *codices* syxtus *B*, xystus *VL*, christus *TCPb*

[XCVII] v. 2 *et* 3 *pro* si *ter* sic $T^2CP^2b$ v. 3 deum *sup. lin.* $B^1$ si] se *B* v. 5 usta *scripsi (cf. Verg. G. I 85)*, aucta *libri*, hausta *Petschenig* v. 8 uetusti *B*, uetusta *ceteri*

Huc oculos converte pios, qui cuncta vapore
Praedicis mundanda, pater, rebusque docendos
Instrue, ne verbis titubet mens nescia recti.

## XCVIII (DICT. 2).

## DICTIO MISSA HONORATO EPISCOPO NOVARIENSI IN DEDICATIONE BASILICAE APOSTOLORVM VBI TEMPLVM FVIT IDOLORVM.

Credo ego vos, fratres carissimi, tota mentis cura venerari, quod in loco hoc 1 Cic. Rosc. 1, 1.
manente templi nomine vetus perierit pro religione cultura, quod delubri reverentia
fugatis instituatur libaminibus, quod sacrarium adpelletur merito, postquam seniores
hostias abiuravit, et in adolendi mutatione sacrificii divinae aedis nomen adsumpserit,
postremo quod in alium statum inconcussis migraverint fundamenta culminibus et, cum
ad structuram parum humanus sudor adiecerit, quaecumque fuerunt innovata sint,
dum persistunt. in summa, cuius aestimandum est esse miraculi, ubi dum modum 2
teneat machina, adhuc non desistit ascendere et in antiquis constituta vestigiis adtollitur
incremento? requirendum sane, quis huius operis, quis innovationis auctor extiterit:
prodecessor nempe parvitatis meae venerabilis Victor antistes, cui futurae adnuntiatrix
innocentiae divinitas nomen inposuit. nam quid de his quae suscipiuntur adversus
vitia mundana certaminibus praedicto eventus accesserit! cum vocabulum didiceris,
gesta cognoscis. iste per spiritalem dimicationem, ut victorem decuit, de criminibus 3
triumfavit, et quicquid portio sinistra mortalibus ingerit, de eo casum non requiras,
cum nominatum intellegas fuisse quod dictus est. cuius merita orationis campum
postulant, si me ad latiora progredi aut ingenii macies pateretur aut meriti. quaedam
enim actuum nobilitas est dignum inveniri laude magnorum. hunc mediocritas nostra 4
in aedificationis cura dum sequitur, ad consummationem deo auspice vota perduxit.
nemo aestimet adrogantiae esse quod dixi. fas est cum eo vota iungere, cui par esse
nequeas actione, quia adsertio conscientiae est meliorem in quacumque parte sectari.
numquam tenebrosum callem, sicut aestimamus, incurrit, si eum, quem novit praetendere vitae lumen, insequitur. luculentius tamen gestarum fidem rerum sermonis 5
pandamus officio. hic ante fallacibus dedicata praestigiis et turpi pecudum cruore
perfusa veteres simulacra coluerunt, hic in divinitatis iniuria per altare infaustis
cumulatum muneribus res caelo debitas daemoniis obtulerunt, hic iunicum exta semivivis palpitantia motibus misero inquisitori futura cecinerunt, hinc fumus sordidis aerem
ipsum polluit sparsus per multa contagiis, ad ultima hinc mactata per lanistas hostiarum
multitudo quicquid deus est effugavit, dum farra sanguis tura verbenae idolis exhibentur,
dum ritum simplicem aetas Christo inimica non recipit et multifariis censu laborante
oblationibus supernam mercatur offensam. liberet ire per singula et funestorum 6

v. 13 necessaria $B^1$, *expunxit et* nescia *superscr.* $B^2$

[XCVIII] 4 uetus] aetas *B* perieret *B* relegione *B* 5 appelletur *V* postquam *sup. lin.* $B^2$ 6 abiurauet $B^1$ assumpserit *V* 7 migrauerunt *b* 8 sint *Sirm.*, sunt *codices* 9 esse *B*, *om. ceteri* 10 machinae *B* attollitur *V* 11 extiterit et prodecessor *B*, et *eiciendum aut* est *scribendum* 12 prodecessor *BVL*, praedecessor *rel.* nempe meus paruitatis $V^1$, nem paruitatis *L* uenerabilis *om. Sirm.* antistis *B* cui *B et in mg.* $T^2$, *om.* $VLT^1CP$ 13 quid *B*, qui *ceteri* 14 accesserit (it *in lit.*) *B* 16 triumphauit *V* 20 aedificationes $V^1$ 21 arrogantiae *V*, adrogantia *B* coniungere *b* 22 assertio *V* 23 si *B*, qui *ceteri* 28 palpantia *sup. lin.* it *B* 30 quicq | quid $B^1$ uerbenae *Schott*, uerbinae $B^1$, berbinae $B^2$, ueruinae *ceteri* 31 ritum si//////plicem *B*, simplicem ritum *VLTCP* censu *B*, censura *ceteri; cf. p. 63, 22* laboranti *VLTCP* 32 mercantur *B*

secreta factorum linguae clave reserare, ni merito aestimemus oris iniuriam narrare
sordentia, et quod illos actione perculit nos loquella contaminet. explicemus interim,
7 quibus sint ista mutata successibus, quanto praeventa splendore nox fugerit. ubi sunt
sigilla numinum votis imaginata facientum, quorum facies in potestate pependit artificis,
quibus pretium aut sollicitudo operantis peperit aut metallum? ubi sunt dii, quibus
potentiam dederunt homines fulgore gemmarum? en video, omnia ista fugerunt, ut
8 credo Christus ingressus est: respiciamus quibus fultus auxiliis. venerunt cum eo
caelorum radii, apostolorum diademata, Petrus et Paulus. qui enim in restaurationem
aedis essent necessarii nisi architectus et petra, nisi lapis et superaedificans, nisi
fundamentum et opifex? quid trepidatis pericla mortalium? quid anxio fugam paratis
excursu? ille est cui nullus versutiam vestram lapsus abscondit, qui cum loco non
9 moveatur, quocumque abieritis insequitur. veni ergo, piissime domine, et ad con-
secrationem operis tui plenus inlabere. vice humani per baptisma pectoris purgentur
haec templa turpi hactenus dedicata patrocinio. institue, domine, vertendo sacrificia
et, dum puris cumulamus altaria sancta donariis, praesentiam tuae maiestatis intersere,
evocatus sanctorum merito sacerdotum, electi seorsum praesentis patris nostri Laurenti
10 conscientia, qui tot plenus dotibus ad ecclesiae fastigia crevit, quot fecissent summum
singula quaeque pontificem, in quo vernat princeps boni operis et mater honestatis
verecundia, religionis sanctae nutrix patientia, deum semper placatura pietas, qui
ecclesiasticis membris non sermone vitae instituta tribuit sed exemplis, qui omnem
callem, quo ad deum itur, dum praevius incedit, ostendit, adiuvante se domino nostro
Iesu Christo cum patre regnante in saecula saeculorum. amen.

## IC (CARM. 2, 10).

### VERSVS IN DOMO MEDIOLANI SCRIPTI.

Aedibus ad genium duo sunt concessa per aevum,
Si niteant crustis aut domini merito.
Herbida pasturam simulantia saxa virentem
Iniciant oculos, nobiliore dolo
Pellat opus, tamen arte regat natura figuras,
Viscera dum lapidum fingit imaginibus,
Candorem roseo perfundat docta rubore,
Depingat sparsis congrua membra notis:
Aurum culmen ebur tabulas laquearia gemmas
Non datur humanis plus rutilare bonis.
In pretio cautis fors et sine lege iocatur:
Moribus ut constes, crede, laboris erit.

---

1 factorum *B*, *om. ceteri* lingua *B* 2 loquela *V* contaminaret *Sirm.* 3 nox splendore *VLTCP* 4 nominum $B^{a}$ 5 peperit operantis *VLTCP* 6 homino $V^{a}$ ut credo fugerunt *VLTCP* 7 quibus] cuius *B* cum eo aux. celorum (aux *exp.*) *B* 8 restaurationem *B*, restauratione *ceteri* 10 pericula *CPb* quod anxio $B^{a}$ 11 nullas $V^{a}$, nullam *CPb* cum (*sup.* c *lit.*) *B* 15 presentiam | tuam tuae *B* 16 electis *B* laurentii *TCb* 17 do•tibus *B* quot $T^{2}$ *et Sirm.*, quod *ceteri* 19 relegionis *B* semper *om. B* 20 tribuit *B*, tribuet *ceteri*

[IC] v. 2 crustis] cristis $B^{a}$ v. 5 pellat *scil.* oculos, fallat *Hartel* v. 7 docta rubore *scripsi*, docta robore *B*, doctor arbore *L*, doctor ab ore *rel.* v. 12 erit] eret $B^{1}$

## C (carm. 2, 11).

Ecce nitet templum, quod *ibidem* sorduit ante,
  Cui faciem veterem lux nova conposuit.
Perdidit antiquum quis religione sacellum,
  Numinibus pulsis quod bene numen habet?
Di, quibus hoc patuit, possessas linquite sedes.
  Quod fecit Victor, victor ubique tenet.
Addidit ad cultum merito successor et actis,
  Qui morum nomen hinc, Honorate, geris.
Nubila viperei qui gestat corda veneni,
  Non datur ut faciat culmina pulcra deo.

## CI (carm. 2, 12).

Accipe de cuius biberit domus arta fluentis,
  Atria quod superet porticibus modicis.
Pontificis summi studio constructa renidet,
  Laurenti proprium possidet ista diem.
Splendida per census consurgunt tecta ruinam,
  Occasum nescit quod venit a domino.
Vix caries senium comitata hoc deterit umquam,
  Gloria factoris quod bene condiderit.
Fabula de magnis numquam tacitura reservat,
  Quod vincens aevum nomen ad astra ferat.

## CII (carm. 2, 13).

Ille fuit rigidi semper servator honesti, Lucan. 2, 389.
  Terribilis culpis supplicibusque pius,
Quem numquam flexit vitium, miseratio semper,
  Iudicium facie certus ubique dedit.
Crimina corripuit vultu, conpuncta refovit,
  Conscia secreti detulit oratui.
Hunc utero genetrix caelestem fudit in aulam,
  Vbera subducens tradidit uberibus.
Cana venerandum stupuerunt saecula vatem:
  Moribus ante fuit quod gerit officio.

---

[C] uersus ibidem *inscr. BVLT, falso nimirum; nam ut recte inscripsit Sirmond* in basilica apostolorum Nouariae, *ad ecclesiam Novariensem, non ad Mediolanensem versus spectant. hoc epigramma antecedenti praeponendum esse, in codice V nota quadam recte indicari videtur* v. 1 ibidem *ex inscriptione recepi*, ecce nitet templum quod sorduit ante *BVLT*, uetustum *subnexuit C*, lauacrum *cod. Fabri et Cheltenhamensis* antiquum ecce . . . . . *Pb* v. 5 dii *B*

[CI] item in domo Mediolani *inscr. Sirm., crucis signum singulis, quae sequuntur, carminibus praeposuit B* v. 1 aspice *Sirm.* biberet *B* v. 2 superet *B*, superat *ceteri* v. 3 summo $V^a$ renitet $B^a$ v. 7 deteret *coni. Hartel* v. 8 condideret *B*

[CII] v. 5 refouet *B* v. 6 oratui *scripsi, invito videlicet metro (p. 99, 6)*, ora tui *libri*, ora reis *Schenkl*, ora suis *Hartel* v. 7 utero] ut ergo *B* v. 10 geret *B*

## CIII (CARM. 2, 14).

Qui possessa diu felix habitacula liquit?
Quae crevit domino sic viduata domus?
Aulica suscipiens moderamina raptus inemptum
Quod pretio mentis quaeritur obtinuit.
Nunc locus inriguo retinet quod sorbuit haustu,
Prospera custodiens faucibus acta semel.
Extemplo quisquis successit mansor et heres,
Ingresso dextrum contulit ista pedem.
Quid praestet consors ad vitam discite sanctam,
Si reddunt mundos tecta dicata viros.

## CIV (CARM. 2, 15).

Da, pater omnipotens, per saecula longa, precamur,
Spes ut certa piis hospitibus veniat,
Candida ne meritis fuscentur stamina nostris,
Neu metis sistat palma parata meis.
Surgat qui propriae genetricis fotus in alvo
Ad gustum vitae per tua dona venit.
Tu mea vel tenui perfundis corda sapore,
Tu testem linguam sanguinis esse facis.
Celsa tenebroso frondescunt arbuta luxu,
Quae nullis strinxit falcibus agricola.

## CV (CARM. 2, 16).

Eloquium certus naturae constitit index,
Perfecti fontem quaerere qui sitiat.
Libertas semper studiis reseratur honestis,
Infabricata latet nobilitas tenebris.
Captivum venis servasset terra metallum,
Ni daret inventor quod vocat in medium.
Lucan. 4, 298. Scrutator fulvum concessit pallidus aurum:
Qui polit ingenium, sic facit esse suum.
Hactenus Ionium perlustrans remige pauco,
Ad portum cumbam flecte, Thalia, meam.

---

[CIII] v. 1 liquid *B* v. 2 creuet *B* v. 3 suspiciens $B^a$ inemtum *B* v. 6 acta] aucta $V^a$*CP*, hausta *Hartel* v. 9 quod *B* ad sanctam d. uitam *Sirm.*

[CIV] v. 2 ut] et *Sirm.* hispitibus $B^1$ v. 6 uenet *B* v. 7 perfundes *B* v. 9 frondiscunt *B* v. 10 agricula *B*

[CV] *Primum huius carminis distichon et ultimum antecedentis inter se transposita videntur esse* v. 1 indix *B* v. 4 tenebris] studiis *Sirm.* v. 5 reseruasset *VL* v. 8 ingenuum *Hartel* sic] hic *Huemer* v. 10 talia *codices*

## CVI (EPIST. 3, 25).

## EVGENETI ENNODIVS.

In statione non esse apud vos gratiam potest, qui fide claudus est, aestimare. 1
volo tamen ad diligentiae testimonium prorogari frequentiam litterarum, ne animus de
amantis prosperitate sollicitus, dum salus in valitudine est, suspicionibus ventiletur.
ecce habes, mi domine, unde serenitatem pectoris mei ex desiderii proditione cognoscas.
adesto partibus tuis et sicut me imperati muneris praerogativa sublimat, ita vos 2
exhibiti gratia sermonis attollat. ergo salutem debendam restituens precor, ut quid
promoveat in me desiderium tuum, sub cuiuscumque significationis nube dilucides. vale.

## CVII (EPIST. 3, 26).

## ENNODIVS AVIENO.

Adest magnitudo tua partibus suis et adserit splendorem sanguinis testimonio 1
puritatis. caritatem nesciunt pia corda deserere, religiosam diligentiam mens generosa
custodit. gemina ergo luce fulgentia scripta suscepi, dum quod pectus sanctum
repperit, dextera serena signavit. deum precor, ut piam in vobis indolem, si Romam 2
diligit, sub perennitate conservet et huiusmodi circa me studia sub ea qua promisistis
cura multiplicet. vale.

## CVIII (EPIST. 3, 27).

## AVIENO ENNODIVS.

Nescio utrum magnitudini vestrae grata sint crebra conloquia, ego tamen semper 1
quod expecto ab amantibus exhibebo. patior aliis aliud esse propositum: mihi meo
vivendum est more, ut amoris plenitudo reseretur clave sermonis; ego in affectione
cariosam subripere taciturnitatem usu fugiente non perfero. nunc si culmini tuo par 2
cura est, monstretur assiduitate conloquii, patescat frequentia litterarum; sin aliis
hactenus praeoccupatus studiis, in meam modo concesseris diligentia imperante sententiam. quantum de tuo iure submiseris, tantum de meis obsequiis possidebis. ergo vale, domine, et munusculum suscipe non vilitate sui sed taxatum pretio destinantis. vale.

## CIX (EPIST. 3, 28).

## ENNODIVS EVPREPIAE.

Quamvis caritatis vestrae paginam sollemnibus tantum accepissem muniis ob- 1
secutam nec affectui nec necessitudini congruentem, res tamen postulavit me vicariis

---

[CVI] 2 apud uos non esse *Sirm.* 6 impetrati *Sirm.* 8 delucides || *om.* uale *B*

[CVII] *Epistulam hanc et insequentem undique punctis circumdedit V, om. L* 9 auieno ennodius *V* 11 relegiosam diligentium *B* 12 suscipi *B* 15 uale *om. TCb*

[CVIII] 17 cebra (r *sup. lin.*) *B* 18 exhibeo *CPb* 19 reseretur (tur *in lit.*) *B* 20 subrepere *b* 21 sin] si in $T^2CPb$ alias $B^a$ 24 mi domine *Cb* uale *om. Cb*

[CIX] 26 accipissem muniis *B*, muniis accepissem muniis *VL*, muniis accepissem *TCPb*

per stili similitudinem peregrinante diligentia respondere conloquiis, ne subtracti sermonis officium non vestram innotuisse mihi astutiam, sed nostram revelaret infantiam.
2 nolo, soror Euprepia, quidquam de provinciarum malis vel, sicut dixisti, hominum inmissione causeris. quocumque abscesseris, quantum res docet, mentem male credulam non omittis. vitia nostra regionum mutatione non fugimus. circa propinquos tibi fuit tale propositum, ut nec benefacta ipsorum iusta interpretatione pensares nec excessus debita tantum reprehensione corriperes. sed quid opus est doloris epistulam
3 fieri longiorem? ingenium vestrum nulla eloquii poterit mutare affluentia. quod restat, vale, mi domina, et prout expedit ordinem vitae tuae animaeque conpone. me tamen Lupicino noveris non quod tibi debeo, sed quid animae meae conveniat inpensurum, quia sola est, quae maiorem a deo retributionem meretur, affectio, cum nullis hominum dotibus provocata conceditur.

## CX (EPIST. 3, 29).

## ENNODIVS EVGENETI.

1 Quotiens sensuum pignoribus verba famulantur, quasi in quodam speculo ita in paginis sermo sibi amicam pingit effigiem, cum qua viva vice conloquitur, et dulci simulacro desideriis obsequente gratulatur. nulla quidem conceptum foederati pectoris eloquitur oris affluentia, et cum sint faciliora verba beneficiis nec existat quod crescere
2 nequeat ambitione dicendi. ego in explicanda circa vos diligentia arentem testor infantiam. unianimitatem tamen vestram taciturnitatis incesso, quod gemina scriptione donatus nihil de vicaria relatione cogitasti. ecce iterum paginas mitto sciens tribuere quod expecto. vale, mi domine, et amantem tui adloquere nitore quo clarus es, fove integritate qua praevales.

## CXI (EPIST. 3, 30).

## ENNODIVS AVIENO.

1 Miror favis magnitudinis tuae iniucunda copulari et serenitatem conscientiae verborum austeritate maculatam, dum scribis imperare me potius paginas quam diligentia exactrice promereri. putas ullum genus dominandi esse sublimius quam illud quod amore nos subicit? nulla sunt, domne Aviene, culmina a iugo caritatis
2 inmunia; quidquid in orbe libertatis est, tali non subtrahitur servituti. ecce ego loco humilis, ignotus honoribus vestris fascibus sic iubebo, parili contentus ordine subiacere. nunc vale, et quantum tribui tibi senseris, tantum mihi sicut fidelis restitutor affectionis inpende.

---

2 mihi innotuisse *Sirm.* reuelatio $B^a$, atio *exp. et* ret *superscr.* $B^b$ 3 quicquam *V* 5 mutatione *(sup.* e *lit.)* *B* 7 corriperis *B* 8 afluentia *B* 9 tuae *om.* *VLTCP* animaeque *Bb*, animique *ceteri* 10 sed quid *BVLT*[1], sed quod *rel.* 12 concreditur *b*

[CX] 13 eugeniti *B* 14 uerba (u *in lit.*) *B* quadam $B^a$ 15 uice] uoce *TCPb* 18 inexemplicanda (m *del. et* x *sup. scr. m. 1*) *B* 19 unanimitatem *VLTCP* incessu *B* 21 alloquere *V*

[CXI] 24 iniocunda *BTCP* 26 promereri (-iri *corr. et rursus del.*) *B* putas *Hartel*, putans *libri*, putasne *vel* an putas *fort.* 27 amori *b* nullae *B* domne *B*, domine *ceteri* 28 quicquid *V*

## CXII (CARM. 2, 17).

### VERSVS SVPER REGIAM TRICLINII IN DOMO.

Navita per postes suspendit munera ponti,
  In foribus propriis flumine parta gerens.
Venator portis adponit missile ferrum,
  Vestibulum galea comitur armigeri.
Discitur in valvis ars virtus nomen origo.
  Nos frontis signo credimur esse dei.
Sic nostrum pande studium, dux littera recti,
  Vt domus ingenium non taceat domini.
Qui gestas Latium satiatus pectora rorem,
  Aspice serpentes hic Heliconis aquas.

## CXIII (EPIST. 3, 31).

### ENNODIVS AVIENO.

Quamvis epistularum qualitas pro ingeniis conponatur et saepe sollemnitati 1
militet, nonnumquam affectionis testetur indicia, quas aliquando dictat sinceritas, plerumque fuci similis concinnatio, quae candorem imaginata diligentiae urbanitate qua tegitur innotescit, dum fabricatis nudata tegminibus intra velamen aperitur: ego tamen 2
in paginis speculum puto esse conscientiae, per quas amicitiam discernere absentia vix praesumit; clarum est tamen, quid in illis simplex, quid artifex sermo deferat. scindit nubes eloquii mens dictationis interpres, cito ad intellectum pervenit falcibus suis verborum calle reserato. ergo his valde delector officiis, quibus panditur sinceritas nec occasio se interserit secura fallendi. gaudeo tamen mihi vel causas 3
scribendi vel perlatores accidere, ut sub hac frequentia meo voto satisfaciam et pudorem vestrum onerem, nisi a vobis suscepta redduntur. salve, mi domine, et in sententiam meam affectu imperante concede. vale.

## CXIV (EPIST. 3, 32).

### ENNODIVS PASSIVO.

Si ad eloquendam sufficeret sermo caritatem, si totum infantia explanaret 1
affectum, cui magis quam vobis paginarum frequentiam praestaremus? et nisi artaret meritum pectoris, nulli dignius sermonis militaret officium. alii affectum, quem mente nesciunt, ore testantur et pingunt inlecebrosis epistularum momenta commerciis,

---

[CXII] super regiam triclinii uersus in domo *B* v. 2 flamine *VLT* v. 3 adponet *B*, apponet *VL*, apportet *T*, apportat *CPb* v. 6 credimus *CPb* v. 7 sic nos triumphans studium *B* v. 10 serpentis *VLTCP* eliconis *codices*

[CXIII] 2 sollempnitati *V* 5 fabricatas $B^a$ 7 presumet *B* 10 fallendi *Bb*, felli *VLTC*, falli *P* causa *B* 11 uoto satisfaciam $BT^2b$, uotis faciam $VLT^1CP$ 12 uestram $V^a$ onerem $T^2CP$, honerem $VLT^1$, honorem *B* reddantur *CPb* mi *om.* *VLTCPb* 13 uale *om.* *B*

[CXIV] 15 eloquendam] eoquendam *VL*, exequendam *CP* 17 militaret sermonis *Sirm.* 18 commercia commentis *conicio*

quando feriatis penetralibus amor totus in lingua est nec aliud ad interiora perducitur,
2 nisi quantum in scriptione confertur. at meus erga vos animus eloquii pressus macie
et amicitiae ubertate conticuit. metuo enim, ne gratiae terminum ponat mendica con-
fabulatio, ne idem modus putetur esse sermonis et foederis. melius est plus aestima-
tioni per silentium dimittere quam monstrare diligentiae damna per litteras. ecce
rarioris conloquii causas adserui, credens apud vos a sinceritate debita facundiam
3 posthaberi. quod superest, salvete, mi domini, et divinis usi beneficiis procedente
vita in longum caelestia mandata conplete. invenit enim apud vos, cum a cumulo
coeperit benignitas, incrementum. vale.

## CXV (EPIST. 3, 33).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Proposito obsecuntur paginae, quibus commendatio praestatur afflictis. in his
enim clara est religionis integritas, quae nullo potentioribus fuco blanditae adserunt
lacrimas submissorum. sed hinc alias. cum perlatorem videritis, votum dictantis
agnoscetis. utinam illo apud magnitudinem vestram supplicationis eventu alleganda
conciliet, quo a me litteras impetravit. mulierem religiosam pauperem de bono negotio
2 praesumentem sermo praefatus insinuat. aestimate si fragilitati, si iustitiae oportuit
verba subduci, si convenit me vel officio deesse vel moribus. ecce ego reverentiam
salutationis inpendens quid partibus meis deberem contestatus sum, vobis quid
remansit adtendite, quia sicut personam meam pro supra dictae voluntate petitio, ita
vestram effectus aspiciet. vale.

## CXVI (EPIST. 3, 34).

## ENNODIVS SENARIO.

1 Nihil est equidem quod non a veritate in altum ambitioso tollatur eloquio. sed
ego ad diligentiam circa vos meam patior sermonis infantiam. numquam par fuit
lingua caritati, semper subiacuit oris officium bono conscientiae. ob hoc utor securi-
2 tate monitoris. non credidi tanto tempore amplitudinem tuam mei inmemorem sic
futuram, ut etiam sollemnibus conloquiis abstineres, ut illa, quae solent affectionem
imaginata fronte simulare, negarentur inter personas catenis foederis obligatas. haec
si sufficienter valerem narrare, poteram sustinere. ecce iterum scribo et, quae verbis
adsero sequenda, testor exemplis. vos videritis quale sit posthac desideria honesta
neglegere, ego dolori patientiam usu institutus adhibeo. vale.

---

1 penetrabilibus *B* 2 at] ad $B^a$ 3 et *om. b* 5 damna *sup. lin. suppl.* $B^2$, dampna *V* 7 saluite $B^1$, salue *Pb* domini *B*, domine *ceteri*

[CXV] 11 commendati operis *(spatium)* | afflictis *B* 12 relegionis *B* 13 summissorum *V* uiderit sis (ses $B^b$) uotum *B* 14 agnoscitis *B* alliganda $VLT^1$, | uallicanda *B* 15 relegiosam *B* 16 fragilitati si *BCPb*, fragilitatis *VLT* 18 salutationis *B*, salutis *V*, salutis *reliqui* contestatus/// *B* 19 remanserit *b* attendite *V* 20 affectus *Bb* uale *om. CPb*

[CXVI] 22 nihil] ninil *B* 23 patior meam *VLTCP* 24 caritatis *B* bonae *Sirm.* 28 sufficienter *om. VLTCP* • sustinere *B* 29 posthac *Bb*, posthaec (a *exp.* $V^1$) *VLTCP* 30 usui *B* exhibeo (*om.* uale) *Cb*

## CXVII (EPIST. 4, 1).

## SYMMACHO PAPAE ENNODIVS.

Boni imperatoris est probatam in acie militis animare virtutem, ut fortitudo 1
laudis pabulis invitata in secundis congressibus dediscat lucis affectum. cuius robur
ducis praeconio non nutritur? quibus se denegent etiam minus valida tironis membra
conflictibus, quando rectoris testimonio videt sibi non perire quod gesserit? sola via
est, qua ad proeliandum crescat intentio, quotiens bene gesta non delet oblivio.
utinam divinitas vestris mota precibus diabolicum certamen interimat! utinam devo- 2
tionem meam in pace manifestet, ut cuius studium resignavit adversitas, illius concordia
commendet obsequium! ad Marcellianum episcopum directa est a fratre vestro in-
structa legatio; sed quid promoverit ipse rescripsit. quod restat, porrectis salutationis 3
precor officiis, ut quidquid aegrum est medica oratione curetis et inter latentium secreta
morborum, qui in generalem necem servatur, ferro spiritali resecetis errorem. vale.

## CXVIII (EPIST. 4, 2).

## ENNODIVS ALICONI.

Venerabilis Amantius presbyter dum ad vos paginas exigit, rem devotionis 1
meae sui esse fecit imperii. felix necessitas, quae votis praestat obsequium; libera
praeminentis iussio, quae servit affectui. debet mihi coactor quod meae praestiti
voluntati. prospera est scriptio, quae testimonium tribuit bis amori, dum et novum
in ius diligentiae adtrahit et amici senioris pectus obligat. qui dum magnitudinis tuae
fidelis praeco est, prius vos per adstipulationem suam fecit eligi quam cognosci.
raro notitiam praecessit affectio. cui contigit ante placere quam inspici? quantum 2
apud me pondus est perlatoris advertite, ad cuius nutum iudicia nostra flectuntur:
videmus quem dicit, quem laudat amplectimur. saepe in solido constituta mens
propria amico cedit examini. merito ergo suspicimus quos probatus extollit. nunc 3
si ubertatem gratiae ingenii macies explicaret, si ad fontem foederis aridi sermonis
non lassaretur infantia, si epistularis qualitas, quae etiam copiosis eloquentia frenos
inponit, progredi me ad longiora permitteret, adsererem quantum nobilitas tua mihi
debeat, quod ad epistulare commercium primus adcessi, quod ianuam diligentiae reseravi
clave sermonis. baiolus tamen deprecor ut pro his quae tribuit redametur. ecclesiae 4
causas insinuo, quia quod spei meae inpenditur vobis crescit ad meritum. domine
mi, effusissimae munus salutationis inpendens quaeso, ut, si vobis cordi est oblationem
meam de libamine caritatis accipere, religionem amicae conscientiae reseretis allo-
quio. vale.

---

[CXVII] 1 Ennodius Symmacho papae *b* simmacho *B* 3 robor *BVL* 9 marcellinum *CPb* 11 quicquid *V* 12 uale *om. B*

[CXVIII] 14 prb͠t *B*, prb͠r *VL* 16 praeeminentis *b* meae] mae *B* praestitit *Cb* 18 attrahit *V* amci *sup. lin.* i *B* tuae *sup. lin. suppl.* $B^2$ 19 fideles $V^a$ adstipulationem (ip *in lit.*) *B* agnosci *CPb* 22 uidemus quem dicit *scripsi*, uidimus quem didicit *libri* 25 copiosis $B^a$, cupiosis $B^b$ frenus *B* 26 quanta *VLTCP* mihi debeat *om. VLTCP* 27 accessi *V* quod] et *b* 28 baiolus *B*, baiulus *ceteri* deprecor *B*, precor *ceteri* 30 mi] mihi *BVL* munus munus *(alt. del.) B* salutationis munus *b* 31 relegionem *B* 32 uale *om. CPb*

## CXIX (EPIST. 4, 3).

## EVLALIO EPISCOPO ENNODIVS.

1 Trinitati gratias deo nostro, qui fascem quo deprimor peccatorum fortis apud
se viri alacritate sustentat, qui memoriam mei in illo sancti pectoris tui templo, quo
gaudet Christus, subtilis fabricator interserit, ut quod propriae conversationis nube
fuscavi, splendida conscientiae vestrae serenitate detergeat. iam novi quia non inneffica-
2 citer funduntur lamenta peccantium. hoc mihi principe loco oratio mea, hoc lacrimae
contulerunt, ut robustus pro me precator exsurgeres, ut labantibus umeris caelesti
munitam auxilio dexteram subrogares. verum est quia sola apud deum desperatio
perdit errantem. ecce iam lolium nostrum spinae vel tribuli hordea triticum vineas
3 pollicentur. age, electe dei, pro me humili quod coepisti, et partibus tuis adesto, dum
precum in me adsiduitate diluis quod ego collegi ubertate culparum. frequentibus
etiam susceptum pasce conloquiis, ut insulsum pectus nec ulla virtutum stabilitate
subnixum admonitionis sale confortes. ad obsequia salutationis revertor et epistularem
transgressus terminum unum velut garrulus sed pro necessitatibus inportunus adiungo,
ut me sine cessatione tantum iuves precibus, quantum confirmas alloquiis. vale.

## CXX (EPIST. 4, 4).

## EXEMPLAR EPISTVLAE QVAM IPSE DICTAVIT. FRATRI SOROR.

1 Quamvis summatem gratiam aliqui debeant etiam malis in affectione pignoribus
nec illud, quod posteritati tribuitur, beneficium putetur esse sed debitum, cum malignus
interpres iudicium cordis naturae subdit inperiis, et tollens saporem diligentiae sola
Isid. Anacl. ep. § 8. vivendum putet obiectione pariendi, quando plus creditur fili vocabulum valere quam
obsequium, et non quaeritur quid in amoris lance promoveas sed quale ad praeiudicium
aestimanti nomen opponas, cum apud prudentes frustra subolem dicimus, nisi exhibet
2 quod vocatur. nam qui in prole censuram neglegit, conceptum magis designat sibi
placere quam meritum. facessat in posteris hoc solum nos cogitare quod libuit.
etenim fructus uteri, nisi honestate respondeat, plus in testimonio lasciviae videtur
evenisse quam gratiae. fas enim est germanitatis semper fidele consortium etiam
partubus anteferri. datur participem originis sic haberi, ut nec consideratio sanguinis
3 neglegatur et descendens a merito laudetur examen. et ideo ne sinuosis in longum
procedant verba praeloquiis et quod re angustum est crescat affatu: dono, in fraterni-
tatem tuam confero et iuri tuo perpetua libertate transfundo mancipium iuris mei
illud et cetera. vale.

---

[CXIX] 1 Ennodius Eul. ep. *b* 2 depremor *B* 3 sancto *b* 5 detergat *TCPb* 7 exsurgeris *B* libantibus *B*[1] 8 subrogaris *BVLCPb* disperatio *BVL* 10 cepisti *B* 11 precum *om. B* assiduitate *V* di • luis *B* 12 colloquiis *V* 13 sa | tionis *B*[1], lu *post lineam add. B*[2] 14 uelud *B* 15 uale *om. BT;* explič ·I· pars epłarum ennodij *T*

[CXX] 16 soror *om. b, del. man. rec. in B* 18 summatem *Iuretus in misc. Symm. p. 26,* summatim *libri* aliquid *B* 19 esse sed *Bb,* esse *VLC,* sed *T* 20 dilentiae (gi *superscr. m. 2*) *B* 21 uiuendum *V*[a]*TCP,* iuuendum *BV*[b]*L,* iubendum *Hartel* filii *CPb* 23 sobolem *V* 26 hone-stati *fort.* 29 discendens *B* 30 affatu] affectu *B* 31 liberalitate *VLTCP* 32 et cetera *om. TCPb*

## CXXI (EPIST. 4, 5).

### FAVSTO ENNODIVS.

Sublimis vir Dalmatius, animae meae portio non defrudata sed solida, cui ad 1
praerogativam sanguinis morum splendor accessit, hoc negotio suo credidit convenire, si meis apud culmen vestrum iuvaretur alloquiis. quod supersedendum eius conscius non putavi, faciens urbanitate quadam personae tribui quod vos novi debere iustitiae.
in Sicilia enim praedicti praedium bono hactenus iure possessum a consortibus per- 2
hibetur invasum. nunc ad iuvamen civilitatis inpenditur quidquid ego promovero supplicando. domine mi, salutationis obsequia plena humilitate persolvens deprecor, ut circa memorati nobilis viri conpendia pudorem leges ac reliqua quae per conscientiam vestram subsistunt reipublicae ornamenta muniatis. vale.

## CXXII (EPIST. 4, 6).

### AGAPITO ENNODIVS.

Credidi, postquam magnitudo vestra bonis est inpensa generalibus et otium 1
migravit in gloriam, postquam Ravennatibus excubiis occupati, dum quietem vestram neglegitis, nostram omni soliditate firmatis et privatus genius ad regni decora transivit, quando novam lucem de domesticis abstractam sinibus palatinus sibi fulgor adiecit et angustiorem fuisse regni sui pompam rerum dominus, cum vos non habuit, recte metitus est, pro vicinitate regionum crebris me relevandum esse conloquiis. sed inefficacibus 2
spei meae inluserunt peccata consiliis. nullas paginas ad diligentiae testimonium mens serena transmittit. grave est si amorem non merui, gravius si quem exegeram forte turbavi. scio tamen haec congruentibus veritati excusationum nubibus esse claudenda: in privatis inveniri munera litterarum, non recte ab occupatis ista disquiri. sed novi 3
firmam in affectione conscientiam inter quaevis pondera et adversa distractam debita sua gratiae non negare. nunc nolo esse prodigus in querellis. salutationis reverentiam solvens deprecor, ut suggestionem, quam apud vos deposuerit praesentium portitor, ad votivum perducatis effectum. vale.

## CXXIII (OPUSC. 8).

### PETITORIVM QVO ABSOLVTVS EST GERONTIVS PVER SVPRA SCRIPTI.

Deus arbiter universitatis et conditor illa res humanas lance dispensat, ut et 1
fideles praemium et poenam rebelles excipiant. lassis enim devotorum obsequiis valitudinem tribuit, dum muneris oblatione succurrit. perdit laboris memoriam mens Isid. Anacl. ep. § 8.

[CXXI] 1 Ennodius Fausto *b* 2 defraudata *B* 7 quicquid *V* 8 mi] mihi *B* 9 legis *B*[a] 10 minuatis *B*[a] uale *om. B*

[CXXII] 11 Ennodius Agapito *b* 14 negligites *B* firmates *B* 16 mentitus *V*[1]*L* 17 colloquiis *V* 18 inluserunt *B*, luserunt *ceteri* 19 exigeram *B* 20 turbaui forte *V*[1]*L* 22 districtam *LCP, quod equidem malim (cf. p. 23, 17)* 23 quaerillis *B*[1], querelis *V* 25 uale *om. CPb*

[CXXIII] 27 supra scripti] s̃si *Bb*, Agapiti *substituit Sirm.* 29 fidelis *BV*[a] rebellis *V*[a] accipiant *CPb*

terrenis obligata carceribus, quotiens illi vicissitudine subvenitur. in antiquum sudoris
iuveniscit affectum, qui necessitatem gratiae melle conmutat. sanctorum poenae, dum
corona quaeritur, abiurantur. cui dubium est, quod nec ad caelum sine fiducia
2 remunerationis adceditur? imitanda sunt mortalibus duce sapientia illa, quibus aeternus
ordo conponitur. secuturus est actibus animus, unde sumpsit originem, dum deo
devote famulantes quod praestolamur offerimus. a superna enim conversatione non
discrepat, qui talem obsequentibus inpendit dominum, qualem sibi vult esse salutis
3 auctorem. Gerontium itaque, cuius a me conperta fides pudor integritas et exigit
libertatem et suis dotibus innotescit, per praesens petitorium a beatitudine vestra
Romanae deprecor civitatis gaudere consortio, cuius ego absolutionis non tam largitor
4 quam testis existo: abiecta enim esset natura designati, nisi moribus vulgaretur. hunc
quidem sum dudum interveniente commutatione mercatus, sed quia nullum est maius
commodum quam illud quod serenum examen adsequitur, elegi palmam iudicii quam
de adquisito habere conpendium. ostendit mihi iusta praedicti servitus personam non
esse servilem. ergo nominato non tam cupio ingenuitatem tribui quam refundi. scio
5 quod recte vile nomen expulerit, qui ante ingenuus credi meruit quam vocari. remisso
ergo ab eo quod mihi debebatur obsequio, quam suam esse conversatione docuit, eidem
restituo libertatem, supplicans coronae vestrae, ut gestis ecclesiasticis ex omni obnoxie-
tate solvatur, ut perpetuo Romanae urbis possit exultare collegio, omni peculio suo
sine aliqua inminutione concesso; nec fas est ei de adquisitis quidquam minui, quem
polliceor donis etiam potioribus subsequendum.

## CXXIV (DICT. 11).

## DICTIO QVAE DICTA EST QVANDO EVSEBI FILIVS TRADITVS EST AD STVDIA.

1 Licet sicut novitas ita habeant intermissa formidinem et hoc sit, cum de
adtritu favoris publici frons refugit, quod fuit, antequam disceret, dum ad eluctatam
reducitur dicendi usu pereunte senectus infantiam. exercitus Olympicis certaminibus
de palma confidit eculeus et, si non otio debilitetur, in suo iure credit esse victoriam.
semper ei coronam blandimentis efficacibus spes promittit, nisi velocitati praemium
2 desidiae languor excutiat. artifex iaculandi de triumphis securus optat incerta: et cui
occurrit semper in acie gloria, longa pace superatur. poetarum hederas nobilioribus
corymbis et viridanti specie nutrix ingenii comit adsiduitas: cessante frequentia probati
ommutescunt ora causidici. educatus in puppibus aequor liquidum sine terrore nauta
perlustrat: qui si ad terrena vitam ducat officia, nec itinera astris nec ventos deprehendit
auspiciis. agricola si aliquando vomerem inlectus urbanitate contemnat, in devium
3 bubus, dum scribit terga, rapietur. ergo sicut artium in suo quaeque opere invenitur
Isid. Anacl. ep. § 8. mater instantia, ita noverca eruditionis est neglegentia. talis est nostrae, quam post
temporum intervalla producimus, condicio dictionis. non notum schema deferens, non

1 subuenitur *in lit.* *B* 2 iuuenescit *V* 4 acceditur *V* 5 animus actibus *VLTCP* 6 praestolamur] postulamur *CP* 7 se dominum *Cb* uult (t *sup. lin.*) *B* 13 eligi *B* 18 suplicans *B* 19 colligio *B* 20 ei] enim $CP^1b$ adquisistis *B* quicquam *V* 21 polliceor donis] pollice ordinis *B* subsequendum finit *B*

[CXXIV] 22 eusebii $L^1Tb$ 25 adtritu *B*, attrito *ceteri* faboris *B* 26 usu dicendi *VLTCP* olimpyci *sup. lin.* s *V*, olimpiaci *CP* certaminis $V^1CP$ 27 debelitetur (ur *in lit.*) $B^1$ 29 langor *B* 31 assiduitas *V* frequenti *Sirm.* probati ommutescunt *B*, probatione mutescunt *ceteri* 32 causedici *B* 33 terrenam *Sirm.* uentos *Hartel*, uentus *BVLT*, euentus *CPb* 34 agricula *B* uomerim *B* contempnat *V* 35 bobus *V* 36 negligentia *B* 37 scema *B*

pompam quam aetate mercari debuisset ostendit: totam fiduciam de auditorum benigni-
tate concipiens sufficere credit veniam pro favore, satis esse pia vota pro merito.
absiste procul, debilis timor; insinuandum orbitatis miseratio, orationem religiosum 4
commendat officium. quid faciat sermo peritiae splendore dotatus, ubi causa etiam
sine insinuatricis linguae placet officio? res inpetravit gratiam, sufficit ut verba
mereantur affectum: utraque secundis ad audientiam vestram ominibus convenerunt.
dicam sane quod restat, quia tantum defrudabo laudibus meis, quantum remanserit in
praesenti causa silentiis. huic Eusebius nobilissimus genitor, par moribus quam 5
natura, dum extremis pressus humanitatis sortem profuturo in longum vellet superare
consilio, dum vitalis animae vigore terreni carceris angusta calcaret ac se spiritalibus
habitaculis, cum a deo vocaretur, refunderet nihilque in mente eius esset de homine
residuum nisi inmaculata fili diligentia, nisi illud quod nec inter caelestia ulla delet
oblivio: hunc mihi quasi bene conscius fovendum, prout vires tribuunt, dereliquit.
confusa sunt supremis deponentis verba suspiriis. videro quid aliis reliquerit, mihi 6
sub dei obtestatione dimisit heredem. cui saporem vitae labris primoribus contingenti
gustum deprecor libertatis infundi, ut provocatus disciplinarum melle et favis scientiae
de domibus cereis ipse sibi liquentis elementi nectar adsumat. habet, doctor venerabilis, 7
laus tua per hunc ad cumulum perducta quod capiat. ex talium profectu meritorum
tuorum plenitudo non refutat augmenta, quia discipuli elegantia adsertio est sine labe
doctoris, eius maxime, cuius prosapiem splendidam tempus postulat scientiae te radiis
adornare, ut decus originis in diem serenissimum procedat, quando oris in ipso iubar
effulserit.

## CXXV (EPIST. 4, 7).

## ENNODIVS IVLIANO V. I. C. P.

Suscepi litteras gemino splendore radiantes, quibus purpura dictatoris vestrae 1
iuncta dignationi crevit in pretium, gratias omnipotenti deo restituens, qui votorum
maciem beneficii ubertate transgreditur, ut quando in desideriis meritorum conscii
sectamur angustiam, divitis indulgentiae copias non refrenat. credidi satis esse, si me 2
feceritis amplissima scriptione sublimem; sed vos non hoc tantum contenti praestare,
quod habet mendica postulatio, linguae idoneas et laude locupletes paginas destinastis
magni more fluminis, qui quotiens ab alveis, ut ariditatem finitimam temperet, ad
obliqua invitatur, optanti tenuem rivulum totus inlabitur et marcida profundo squalore
terga per ebrietatem undae salutaris infundit. fortium tamen servans consuetudinem 3
personarum magnitudo tua circa exiguitatem meam bene coepta non deserat, ut in
testimonio diligentiae cura paginalis habeatur et puri amoris adstipulationem deferant
blandimenta conloquii. occasum nesciat caritas, quam ante culmina promisistis. tantum
circa me crescat gratia, quantum vobis iuncta sunt fastigia dignitatum, ne amicitiam,
quam fovit mediocritas, credatur abiurasse potentia. nam qui fastum in sublimitate 4

5 inperauit (t *sup. lin. m. 1*) *B* ut iam uerba *TCb* 6 hominibus *V*[1]*L*, omnibus *B* 7 defrudabo *B*, defrudo *VL*, defraudo *rel.* 8 huic] hunc *fort.* 9 uellet *T*[2], uellit *B*, uelit *VLT*[1] 11 refunderit *BVLC* 12 filii *V* nisi *om. Sirm.* 13 dereliquid *B* 15 demisit *B* 16 libertatis *B*, ubertatis *ceteri* 17 elimenti *B* assumat *V* 19 aumenta *B*[1] eligantia *B* 20 te] tuae *CPb* 21 origenis *B* iuba* (*sup. lit.* r) efulserit finit *B*

[CXXV] 24 suscipi *B* spendore *sup. lin.* 1 *B* purpore *B* dictatoris] dictationis *C et Iuretus* 26 ut] et *Hartel* 27 cupias *B* refrenat (re *sup. lin. m. 1*) *V*, refrenet *T*[2] *et Sirm.* 28 facerites (— tis *B*[b]) *B* scribtione *B* 29 habet] avet *Petschenig* idoneas et *BCP*, indonei sed *VLT* destinastes *B*[1], destinatis *CPb* 31 riuolum *B* 32 infundet *B*[a] 35 colloquii *V* 36 quantum] quam *B*[1] iuncta] inuicta *Sirm.* 37 credatur *B*, uideatur *ceteri* potentia[illegible] *B*

castigat, docet se meruisse quod adeptus est. resignate per probitatem conscientiae, felicitatem submitti posse amoris inperiis. illa libera procerum colla, dum formam tributis, subiugate diligentiae. fas sit de vobis adsuesci, ut amplissimus in societate
5 retineat quem minor adquirit. ludit de illis casus, quibus oblivionem suorum indicet quod ad celsa perducit. apud scientem rerum relegere bona non est admonitionis necessitas, sed laudis occasio. novi fabricatam ad bona studia ingenii vestri tranquillitatem, quam ideo speciatim conmemoro, ut ostendam, ubi affectio solida est, honoribus
6 nil licere. sed epistolarem transcendi terminum, dum commendationi meae multus inhaereo. redeo ad officia paginalis alloquii et valere me nuntians prosperitatis vestrae actutum secunda disquiro.

## **CXXVI** (CARM. 2, 18).

### VERSVS IN MISSORIO QVOD HABET LORICATVM IVVENEM SVPER EQVVM TENENTEM VICTORIAM IN MANV.

Ecce tenet victrix pinnatum dextera numen.
Venit et ad reditum non habet arma viae.
Pugnacem gestans sonipes per terga minatur,
Advena cui terror ridet in arte bonus.
Discat Hyperboreis famosum germen in arvis
Naturae genium, cum simulacra videt.

## **CXXVII** (CARM. 2, 19).

### VERSVS DE LEONE MARMOREO QVI AQVAM MITTIT IN DOMO.

Aspice deposita blandum feritate leonem:
Ore vomit limfas pectoris obsequio.
Vnda fluit rostro, dens mortis pocula mandit,
Naturam perdens belua nos satiat.
Effera dum vitreos effundunt guttura fontes,
Dira salutiferis corda lavantur aquis.

## **CXXVIII** (CARM. 2, 20).

### VERSVS IN BAPTISTERIO VGELLO FACTOS VBI PICTI SVNT MARTYRES QVORVM RELIQVIAE CONDITAE SVNT IBI.

Conditor Armenius, supero qui dignus honore est,
Hic peperit fontem vivificantis aquae.

---

1 ad•eptus *B* 3 tribuites *B*$^a$ 4 adquirit *prop. Hartel,* adquiret *libri* 5 quod *scripsi,* quos *libri* admunitionis *B* 7 speciatom *B*$^a$ 8 multos *B* 10 disquiro. finit. *B*

[CXXVI] luricatum *VL* v. 1 tenit *B* pennatum *V* v. 2 habet (h *sup. lin. m. 1*) *B* v. 3 sonipis *B*$^a$ *vers. 4 in mg. inf. suppl. B*$^2$

[CXXVII] uersus *om. VLTCP* v. 2 uomet *B* linfas *B,* limphas *V* v. 3 fluet *B* nandit *L,* bandit (?) *V*$^1$ v. 6 saluteferis *B*$^1$ labantur *B*

[CXXVIII] baptesterio *B* ugello *B,* agello *ceteri (cf. CXXXXVII); an* Agello *aut* sacello?

Plena salutiferis gestemus viscera limfis:
Ne sitiat potans contulit unda semel.
Rapta sepulturis animavit corpora pictor:
Funera viva videns mors eat in tumulos.
Illorum tamen iste locus conplectitur artus,
Quos paries facie, mens tenet alma fide.

## **CXXIX** (CARM. 2, 21).

## EPIGRAMMA DE SCVTELLIS SEPTEM HABENTIBVS FERAS VEL DIANAM.

Delia cervus aper tigris leo bucula pardus
Adportant mensis fercula, docte, tuis.

## **CXXX** (CARM. 2, 22).

## EPIGRAMMA DE CONPOSTILE HABENTE SEPTEM GAVATAS.

Diversis dapibus confinia proxima servat,
Dum claudit variis fercula multa viis.
Limitibus certis quod iunctus dividit ordo,
Vnus in argento quam bene venter habet!

## **CXXXI** (CARM. 2, 23).

## VERSVS DE EO QVI VT FILIVM MATRI RECONCILIARET FVRTVM FECIT.

Quis rogo per facinus crimen conpescuit umquam?
Amplector sanctas, quae dant bona semina, fraudes,
Augmento rumpunt dum iurgia saeva perito.
Qui natum matris per culpam reddit amori,
Hunc odiis constat missurum semina pacis.
Ordine perverso fallax concordia pugna est,
Cum belli facies tribuat mentita quietem.

## **CXXXII** (CARM. 2, 24).

## VERSVS DE EO QVI DICEBATVR MERETRICIS FILIVS ET ASELLIONIS ESSE.

Di, prohibete minas, quas partus nuntiat horrens,
Quem lupa sordenti conceptum fudit asello.

---

v. 3 saluteferis *B* limphis *V* v. 5 animavet *B*[1]

[CXXIX] v. 1 tigres *B* bocula *V* v. 2 apportant *V*

[CXXX] guuates *B*[a], gauates *B*[b] v. 4 habet (h *sup. lin.*) *B*

[CXXXI] *Carm. CXXXI — CXXXIV*[b] *om. b* uersus *B*, *om. cet.* v. 1 cremen *B*[1] v. 3 aumento *B* v. 4 reddet *libri*, *em. Sirm.*

[CXXXII] uersus *B*, *om. ceteri* v. 1 di *B*[1], de *B*[2] prohibite *B*

Coniugis ille cibus satiavit viscera prole,
Edidit et pecori subolem fera prodiga legis.
Quid faciat rumpens naturam convena discors,
Vnde sequenda petat natus, quis dicere possit,
Quem stultum genitor, furem dedit inproba mater?
Nobile degenerans tenuisset culmen ab istis.
Sed vitiis proprium te norunt, crede, parentes,
Elinguem trepidum iactantem fraudibus aptum,
Gutturis inmensi, sorbentem quidquid ubique est,
Qui semel adsuetus humano sanguine fauces
Pandis et ad viles non vertis rostra iuvencos.

### CXXXIII (CARM. 2, 25).

## VERSVS DE CAVCO CVIVSDAM HABENTE PASIPHAE ET TAVRVM. EX TEMPORE.

Pasiphae, niveum linquis nec in arte iuvencum,
Diffusis collo manibus petis oscula supplex,
Pulcrior et certis inludis ficta puellis.
Candidus argentum superat bos luce coloris.
Vivit amor taurus mulier sine corpore vero.

### CXXXIV (CARM. 2, 26).

## VERSVS DE EO QVI ME NVMQVAM NISI IN DEPOSITIONE FILI PAVIT.

Praeparat in fletu qui fercula lauta vocatis,
Annua per lacrimas celebret sollemnia magnas.

### CXXXIV$^a$ (CARM. 2, 27).

## ALITER.

Numquam stante domo pascit, mihi credite, tantos,
Qui tumulos natis et mensas conplet amicis.

---

v. 3 ille cibus] ille quibus *T*, illicibus *Sirm.* v. 4 supolem *B*$^a$, sobolem *V* v. 7 stultom *B*$^a$ *vers. 11 in mg. inf. suppl.* *B*$^2$ qui • quid *B*, quicquid *V* v. 12 adsuetus *B*, adsuetas *ceteri* v. 13 pandis *scripsi*, pandit *libri* uertis *BVL*, uertit *rel.* rostra] terga *Sirm.*

[CXXXIII] uersus *B*, *om. cet.* gauco *B* pasiphae *VL*, pasifae *B*, pasiphe *TC*, pasiphen *P* v. 1 pasifae *B* linquis *scripsi*, linques *libri*, linquens *Hartel e cod. Escorial.* v. 2 petes *B*$^1$ v. 3 pulchrior *V* v. 4 camdidus *B*$^a$ bus *B*$^1$ v. 5 uiuit *Sirm.*, uiuet *codices*

[CXXXIV] me *B*, *om. cum ceteris etiam cod. Parisinus 8071 et Vindob. 9041, qui carm. CXXXIV exhibent (cf. Schenkl in studiis Vindobon. I 61)* fili *B*, filii *ceteri* pauet *B* v. 1 praeparat — magnas *et* ALITER *om.* *T* v. 2 solennia *Schenkl*

[CXXXIV$^a$] v. 1 stante (st *in lit.*) *B*

## CXXXIV[b] (CARM. 2, 28).

## ALITER.

Convivae miseri, luctus deposcite multos:
Prandia tot venient, funera quot fuerint.

## CXXXV (EPIST. 4, 8).

## ENNODIVS SYMMACHO PAPAE.

Vsque ad temeritatem me apostolica dignatione promovistis. fiducia concessa 1
extitit mater audaciae. sed qui me humilitatis putat ignarum, oboedientem probabit,
si iussa consideret. praesumptio est, si dominorum beneficia famuli non sequantur. Isid. Anacl. ep. § 8.
obsequium aestimandum puto quod pariturus inpendo. ecce causam scriptionis adserui,
quia veritus sum, ne post inperatam stili curam tacens praecepta respuerem. huc 2
adcessit quod in causa venerabilis memoriae Mari, dum apud urbem essem, spem meis
precibus vos dedistis, cuius negotium cum sancta ecclesia vestra legitima pactione
decisum est. sed heredes eius per annos plurimos debitos sibi fructus deflent fuisse
subtractos. pro quibus vestri conscius precator adcedo, quia cui mos est pia iugiter
facere, iusta non despiciet et, qui largitur proprium, aliena non subtrahet. errat qui 3
deo proximam conscientiam credit commodis invitari. detrimentum est sanctae voluntati
non exhibere benificium. sola putatis lucra, quae vobis de liberalitate nascuntur, qui
divitias dum tribuitis accipitis. avara est dispensatio sanctorum, quae nil reservando
universa proprium reducit ad meritum. nulla sunt potiora quam quae vobis eveniunt
de largitate conpendia. ergo securus conprehensi superius heredibus laboris promisi 4
vestra contemplatione iacturam. vos pollicitationem meam benigna dispensatione con-
plete et illos effectu, me relevate conloquio.

## CXXXVI (CARM. 2, 29).

## ITEM VERSVS DE CAVCO HABENTE PASIPHAE ET TAVRVM.

Blanditur mulier, sentit bos, membra moventur.
Attulit ars formas: quis dedit hic animas?

## CXXXVI[a] (CARM. 2, 30).

## ALITER.

Et fictus rigidam servat, Venus inproba, mentem
Taurus, ut admotis suspendat rostra labellis.

---

[LXXXIV[b]] v. 1 conuiuae (*supra* o) *ed. Schenkl l. c.* deponite *cod. Salmasii (cf. anthol. lat. ed. Meyer n. 264)* v. 2 quod *B et Paris.*

[CXXXV] 1 symacho *B* 2 temperitatem *B* 5 scribtionis *B* 7 accessit *V* marii *V* 9 fructos *B* 10 consciis *VL* accedo *V* 11 dispicet *B; despicit et* subtrahit *conicio* priprium *B* qui deo] qui ideo *VL[2]T[1]* 12 in commodis *CPb* 13 beneficium *V* quae *sup. lin. B* noscuntur *B* 14 diuias *sup. lin.* ti *B* accipistis *B* scanctorum *B* reseruandu *B[a]* 16 conprehensis *malim ut Petschenig* 17 dispensatione *B,* dispositione *ceteri* 18 effectum releuate *B* colloquio *V* conloquio finit *B*

[CXXXVI] gauco *(sup.* c *lit.) B* pasifae *B,* pasiphen *TP* v. 1 bus *B[1]* v. 2 hic] his *Hartel*

[CXXXVI[a]] v. 2 admotis] admortis *B,* admonitis *b*

## CXXXVI[b] (CARM. 2, 31).

## ALITER.

Si tibi sunt animae, pictor, quibus inseris artem,
Mollior in tauro claudatur spiritus, oro,
Fortia si miserae non dantur corda puellae.

## CXXXVII (EPIST. 4, 9).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Solet epistolaris concinnatio, quando favore rapitur, iudicia non amare et
copiosius facere beneficium, dum attollit inmeritos. ille enim debet amplius adserenti,
qui quod moribus non exigit, gratia scriptoris suffragante consequitur: quia nullis
2 adiutus conscientiae dotibus iure ad allegantem reportat, si quid adipiscitur. aliud est
in eo, qui conmendatur, tamquam nobile germen ita peregrinantia bona verbis inserere,
aliud innata vulgare: quemadmodum si rusticum pecus Tyria confirmes purpura sponte
vestiri et virus generosum, quod vellus aeno inebriante non sorbuit, dicas rura diffun-
dere. tinguant alii linguae murice, quae nullus ad regalem usum fucus exhibuit. et
discreti maris ignota cocleis lana solam lucem bibit eloquii; redditur dignum prin-
3 cipalibus indumentis, quidquid in vili munere relatorum verba coloraverint. sed ab
huiusmodi urbanitate vires me pariter et vota subducunt. nulla clarioris suci stamina
Isid. Anacl. ep. § 8. per me splendore rutilabunt, nemo dictum de aliquo inveniet quod in eius actibus non
agnoscat. hinc pudori meo vel proposito manum porrigo, quod illi praevium inpendo
4 oris officium, qui ad notitiam vestram rebus bene gestis occurrit. Venantium v. c.
loquor idcirco a me paginale inpetrasse obsequium, ut in se oculos vestrae magni-
tudinis invitaret, ne eum inter curarum moles contingeret ignorari. sunt illi suffragia
sua, per quae inter susceptos vestros mereatur adscribi. exhibuit vobis modestiam
religionem innocentiam, quibus penetralia serenae mentis comitibus introiret. exuberant,
mihi credite, apud eum insignia quae fovetis. non laudatorem me continuo in eo
5 probabitis fuisse sed testem. vos, mi domine, perlatori dignationem principe loco
tribuite, ne vir bonus novitate turbetur. liquido aderit partibus suis et vitae opibus
pensabit damna verborum.

## CXXXVIII (EPIST. 4, 10).

## TRASIMVNDO V. I. ENNODIVS.

1 Non temeritas me ad paginale duxit officium, quando ad omnem communionem subditum suum regiae stirpis germen invitat. est enim haec claritas dominorum inserta natalibus, ut culmina sua dignatione subliment. vultis quasi aequales tractare

---

[CXXXVI[b]] v. 1 inseres *B* v. 2 tauri *b* ore *b*

[CXXXVII] 2 epistolares *B* 3 cupiosius *B* 4 scribtoris *B* 5 quid] quis *B* 6 germin *B*[a] 7 confirmis *B* 8 sorboit *B*[a] 9 tinguant] tingant *TCPb*, tingunt *Sirm.* 11 quicquid *V* 12 me urbanitate uires *VLTCP* uotata *B*[1] nulla clari *in lit.* *B* 15 u. c.] uero *T*, nunc *CPb* 18 ascribi *V* 19 penitralia *B* 20 credit *sup. lin.* e *B* fouetes *B*[1] 23 pensauit *B* uerborum | finit *B*

[CXXXVIII] 24 Ennodius Tras. *b*

famulos, ut ab ipsa vobis per amorem condicione plus debeant. unde, piissime domine, 2
obsequium exhibens cum generalitate solvendum significo me ad aliqua suggerenda
perlatorem praesentium destinasse. vos effectu donate supplicem, quia spe fultus
precator accessi.

## **CXXXIX** (EPIST. 4, 11).

## ENNODIVS LVMINOSO.

Qui amicam conscientiam manifestis pandit indiciis, tollit otium, quibus gratiae 1
praestiterit dignitatem. vix enim feriata sunt ora eius, qui consuevit audiri; quia
magnum dispendium pudoris est verborum retinere benificium, ut dum linguae parcimus,
honestatis prodiga frons laboret. vos me garrulum fecistis, qui preces meas consuestis
admittere. sed ne praestanda circumloquar et epistulae prolixitate inpetranda suspen-
dam, ad rem redeo. sublimis vir Laurentius reditus sibi debitos, quos ecclesia Romana 2
facta cum auctore eius est pactione pollicita, a domno papa adserit sub nescio qua
oppositione denegari. in quo negotio favorem per me vestrae defensionis inplorat, ut
rem, quam debetis legibus, videamini exhibere diligentiae et illud crescat affectui,
quod denegari non licet aequitati. vos hanc rem iuxta desideria mea tribuite, ut
quantum nominato viro commoditatis adcesserit, tantum me muneris accepisse con-
fitear. salutem ergo dicens spero, ut circa munia litterarum nec sincerus amor 3
vacationem accipiat nec facundia totius orbis celebrata testimonio conticiscat.

## **CXL** (CARM. 2, 32).

## EPIGRAMMA DE EO QVOD MESSALA CONSVL ENNODIVS IN COGNOMINE DICTVS EST.

Consulis ad genium nomen pro stemmate iunxi:
Dans lucem fastis, sum trabeis potior.
Quid, palmata, tuo tantum de murice vernas?
Plus fucante dedit purpura nostra tibi.

## **CXLI** (EPIST. 4, 12).

## ENNODIVS IOHANNI.

Natura partum est, ut cura migret in gaudium et mutetur querella praeconiis, 1 Symm. ep. 4, 65.
quotiens cupita tribuuntur. incertus animi fui, quid sibi vellet sublimitatis tuae tam
longa cessatio; sed cum potiri datur optato, ipse pro partibus tuis honestum excusationis

---

2 suggerendo *B* 3 distinasse *B* effectum *B* suplicem *V* 4 accessi finit *B*

[CXXXIX] 7 sint *Sirm.* eius qui *BCP*, qui eius *VLT* audiri (diri *in lit.*) *B* 8 beneficium *V* 9 consnistis *B* 10 circumloquar// | *B* et *ante lin.* *B*[1] 11 reditos *B* Romana ecclesia *b* 12 asserit *V* 14 legitibus *B* 15 denegari (de *sup. lin. m.* 2) *B* 16 accesserit *V* accipisse *B* 17 sincerus] sincer *(sup.* r *lit.)* *B* 18 * orbis *B* celebrat | atestimonio *B*[1] conticescat *V*, conticiscat . finit *B*

[CXL] de eo *om.* *B* v. 1 stemate *VLTP*

[CXLI] 20 quaerilla *B*, querela *V* 21 uellit *B* 22 pro *om.* *B*

genus inquiro. vide quid faciant serena diligentiae. quasi totum mihi ex sententia
2 fluxerit, ita simplici munere placatus errata concessi. habes unde pii amoris formam possis adsumere et circa amicitiam constantiae exempla mutuari. me si sequeris, nec plura te a coniunctione peccata retrahunt et unum benefactum sodalis tui culpas absolvit. me silentii, frater, me oblivionis incessis? ubi erat iste animus, quando nec promulgata conloquia meruere responsum nec ad stili imperandam sollicitudinem praevius existebas? ubi fuit in abstinentia tabellarum non circa omnes in Liguria
3 custodita? multis a desiderio tuo peregrinantibus in solacio doloris mei paginas exhibendo et mihi taciturnitatem continuasti et illis praebuisti contra vota conloquium: quia est ista humanarum rerum ratio, ut pro magna cognatione par studium semper existat. cuius ordinis immemor voluisti sociare quaedam imperita cum litteris, putans coire posse in affectum toto calle distantia. quid promovit suada oratio tua elucubratis concinnata sermonibus, quando bonarum artium nescios appellabat amante posthabito?
4 sed hinc alias; nolo excessuum multitudinem relegere, qui brevi satisfactione delenitus sum. nam parcitate in eloquendis illis usus fueram, nisi nosse vos crederem, de offensis illud remanere quod tegitur, et quod in vocem erumpit amoveri. domine mi, precor, ut posthac ad ea quae male habere didicisti non tamquam emendationis contemptor adspires: sed crebro mihi dulces paginas dirige, ut crescat dos facundo, dum servat sacramenta concordiae.

## **CXLII** (EPIST. 4, 13).

## ENNODIVS CONSTANTIO V. I.

1 Servat magnitudo tua circa amicos et cultores proprios illud, quod sibi iungit ad gloriam. dum enim nos memoria dignos ducitis, vos probatis. nam diu in consolationem scripta suscipiens absentiae vestrae damna suspiro. o artificem scientiam bonis caelestibus institutam! ne liceat aliquid prolixae sequestrationi de affectu decerpere, praesentantes sacram imaginem litteras promulgatis. novit deus discussor sensuum me culminis vestri recordatione macerari et nullum invenire de optimi viri
2 peregrinatione subsidium. reddo tamen epistolari cura salutationis obsequium, et dignationi vestrae gratias referens fratrem quoque meum Iohannem per vos mihi restitutum esse confiteor. cuius hactenus in oblivione mei silentium quid gereret non tacebat, is nunc vestro mihi reformatus affectu ad abiuratam stili curam revertit. rogo tamen vos, ut maturetis reditum aut, si felix mora detinet, dilectionem manifestetis adloquio.

---

2 abes $B^1$ 3 assumere *V* 5 absoluit *prop. Hartel*, absoluet *libri* 7 in abstinentia (*scil.* ubi fuit iste animus), inabstinentia *Sirm. in notis et Hartel* ligurias *B* 8 costoditor $B^a$ desi | desiderio *B* peregrinatibus $B^1$ 12 promouit *Sirm.*, promouet *libri* 13 nescius *B* 14 relegere *Sirm.*, religere *codices* breui (re *in lit.*) *B* delenitus *B*, delinitus *ceteri* 16 mi] mihi *BVL* 17 habere *B*, haberi *ceteri* 18 contemtor *B* 19 concordiae finit *B*

[CXLII] 21 tua tua *(alt. del.) B* cultores *Bb*, saeculares *ceteri* 22 nos *om. B* ducetis *VLT¹CP*, docetis *B* probates $B^1$ consulationem *B* 23 scribta *B* absentiae] ∘∘abstinentiae (*eras.* su) *B* 25 prouulgatis $B^1$ 26 senseum $B^a$ 27 epistolare *B* 28 dignationi (nationi *in lit.*) *B* gratias *B*, gratiam *ceteri* 29 obliuione *Hartel*, obliuionem *libri* 31 maturites *B* 32 alloquio *V*, adloquio finit *B*

## CXLIII (CARM. 2, 33).

## VERSVS DE OBLOQVENTE SIBI ADVOCATO.

Inprobe, quid fractis confundis singula verbis?
  Depingit mores obruta lingua tuos.
Accipis exposcis praesumis rennuis ardes.
  Tristia blanda simul, fortia fluxa facis.
Ira pavor rabies patientia tempore in uno:
  Tot facies gestas pectoribus vacuis.

## CXLIV (EPIST. 4, 14).

## ENNODIVS FAVSTO.

Quae saepe mediocriter gratis inpensa sunt quotiens exhibentur verba coniunctis, 1
quidquid favori obsecutum est, sereno mancipetur affectui. non depictis amorem
mentitur alloquiis, qui perlatori caro reddenda dominis scripta conmittit. in sublimis
et magnifici viri Panfroni mei conmendatione ore feriato mens dictat epistolam. nescio 2
enim in quale culmen merita apud me viri, quem sum praefatus, extollam, in quo
linguae macies debitum pectoris nequit exprimere. sed abdicandum esset mihi, etiam
si subpeteret, facundiae lenocinium: quia pauper sermo uberem diligentiam rectius
confitetur, et si elevamus per effusas paginas illos quos arcana nesciunt, iure tribuenda
amantibus in artum tabella concluditur. causam ergo modici sermonis elocutus 3
foederatum fratrem quamquam paucis verbis insinuo, tamen multis obsequiis, ut iutus
magnitudine vestra, in negotio suo circumstrepentium aliquando videatur superasse
conmenta. quod restat, famulantem salutationem exhibens me valere significo, si
tamen prospera vestra certis indiciis mihi dispensatio superna concedat.

## CXLV (EPIST. 4, 15).

## ENNODIVS FAVSTO.

Proclivior ad impetrandum via est, quotiens a religioso aliquid exigit abiectio 1
deprecantis. coactus enim praestat affectum qui miseriis supplicis invitatur. non
potest adferre obvias manus, cui inperat propositum adflictos audire. perlator prae-
sentium avito se cespite deflet abiectum; qui spei suae residuum in vestro ponit
examine, ne adversarii eius potentia de lucro et securitate gratuletur. vos legum 2
sacramenta, vos defensio respicit submissorum: ego partes meas conmendatione munivi.
venerabile ergo nomen augete beneficiis, quia dum iusta tribuitis, nec illa quae ad

---

[CXLIII] uersus *B, om. cet.* v. 3 ardis *B*, ardens *TC*[1]*P*, arces *prop. Hartel*

[CXLIV] 2 quotiens quotiens *(alt. del.) B* 3 quodquid *B*[a], quicquid *V* fauore quidquid *Cb* 4 alloquis *sup. lin.* i *B* 7 nequid *B* esse uidetur mihi *CPb* 8 subpeterit *B*, suppeteret *V* lenocinium (en *sup. lin. m.* 2) *B* 9 archana *V* 11 foederatam *B*[a] quanquam *V* 12 circumstripentium *B* 14 concedat finit *B*

[CXLV] 16 relegioso *B* 17 meseriis *B*[1] 18 afferre *V* afflictos *V* 20 et////securitate *B* 21 sublimissorum *B*

misericordiam pertinent posthabetis. domine mi, reverentiam salutati accipiens, ita precibus meis effectum tribue, ut proprium desiderium, dum honestas adseritur, possit impleri.

## CXLVI (EPIST. 4, 16).

## ENNODIVS AGAPITO.

1 Iure responsum multiplicibus posceretur alloquiis, si non ingratas extitisse
paginas meas magnitudinis tuae silentium testaretur. clamat enim taciturnitas vestra
garrulum displicere et novum vindictae genus, ut opinor, inquirit, quando se non videt
promovisse, quod siluit. agitis epistolari abstinentia, ne ab inperitis ad vos scripta
2 mittantur. ademptus tamen est effectus. providentiae vestrae profutura tractate:
crebrior factus sum in scriptione contemptus. sed brevem sermonem decet exhibere
eum, qui magna doluerit. cultorem vestrum fratrem meum Panfronium epistolaris
apud culmen vestrum cura comitatur, cui quidquid gratiae concessum fuerit, me quoque
inpensorum vinculis obligabit, cui etiam aliqua de vicariae dignitate suggerenda con-
3 misi. vos petitionem meam ad effectum perducite, quia adsum partibus meis, quotiens
apud emendatissimos hominum cogor subire testimonium, dum certis exhibeo.

## CXLVII (CARM. 2, 34).

## VERSVS SCRIPTOS VGELLO VBI FILIVM ARMENI ANGELI CHRISTO OFFERVNT QVI PAENITENTIAM EGIT.

Suscipit oblatum, veniam cui contulit Iesus.
Post culpas animae sunt holocausta dei.
Perge, puer, teneros superans bene conscius annos.
Vectores meruit candida vita pios.

## CXLVIII (CARM. 2, 35).

## VERSVS DE EO QVI GALLIS IPSO PRAESENTE OBLOCVTVS EST CVM ESSET DETRACTOR VENETVS.

Inludis Gallis, Veneti male tincta propago.
Nil candoris habes: mens tibi quod genus est.
Despicis insontes, maculatae vernula terrae:
Sed natos Rhodani nix probitatis habet.

---

1 posthabetes *B* mi] mihi *BVL* 3 impleri finit *B*

[CXLVI] 7 dispicere *sup. lin.* 1 *B* inquiret *B* 8 agites *B* scribta *B* 9 ademtus *B* 10 scribtione contemtus *B* 12 quicquid (quic *sup. lin.*) *V* quoque] quoquo *B* 15 exhibeo . finit *B*

[CXLVII] uersos scriptos *B*, us. script. *VL* ugello *B*, agello *VLT*, *ut supra CXXVIII* v. 1 ihesus *B* v. 4 uictores *CPb* meruit] iuuit *Pb* uit apios *B*[1]

[CXLVIII] uersus *B*, *om. cet.* obloquutus *B* v. 2 abes *B* v. 3 dispicis *B* insomtes *B*[a] malaculatae *B*[1] v. 4 rodani *B*

## CIL (EPIST. 4, 17).

## ENNODIVS DECORATO.

Recte creditur enuntiatrix esse lingua penetralium, quae latentis secreta animae 1
ad lucem vocat eloquio. nesciretur amor pectorum, nisi illum sermo proditor indicaret. iure veterum sapientia epistolis usa quasi clavibus repositum per eas vulgavit affectum. tracta est in testimonium scriptionis mens testata diligentiam; mutari caritatem non licuit. quam desiderans pagina interveniente promisisset, huic me ego consuetudini 2
vel legi potius mancipavi, adserens litterarum fide quid de magnitudine tua sensibus inolevit. vos si mecum pari cura in devinctionem convenitis, si fida interpres amicitia se aestimans votum videt alterius, responsum deferens tabella significet. ego munera salutationis inpertiens deliberationem meam non tamquam verborum avarus occului.

## CL (EPIST. 4, 18).

## ENNODIVS FAVSTO.

In adserendis quibus suum non denegat honestas plena suffragium, multiplicibus 1
non utor adloquiis, ne prolixus sermo tamquam a negaturo videatur inpetrasse beneficium. soletis enim, quae poscenda sunt, precibus anteferre. ad sublimem et magnificum virum Opilionem parentes eius in Africa consistentes direxerunt certam diligentia inspirante personam; qua ad patrium solum remeante hoc mihi muneris praefatus iniunxit, ut ad magnificum virum Agnellum pro commendatione suorum a vobis scripta mereatur. quam rem, emendatissimi hominum, non negabitis, non contenti benignitatem 2
vestram solos in Italia positos agnovisse. nunc obsequia mea litteris reddens causam scriptionis verborum conpendiis indicavi. vos dicenti pauca praestate praecipua.

## CLI (EPIST. 4, 19).

## ENNODIVS APOLLINARI.

Producendo circa amantem vestri silentia ad absentiam corporalem animum 1
transmisistis; retinendo paginas in inmensum crevit quae hactenus divisio nil valebat. res eo rediit per abstinentiam tabellarum, ut veteris aevi providentia conferat nil amori. ranciscit caritas, quam verborum avarus despicit ventilare; sine cultura est diligentia in usum non reducta per paginas. stili frequentia vivaci pabulo insitam pectoribus nutrit amicitiam. facilius, frater, fuerat desideriis meis te nullo tempore 2
cupita tribuisse quam saepe indulta subtrahere, quia otium corda nesciunt, quae cibis dulcibus pastor artifex inritasti. aliquanto enim tempore continuando scriptionem inmemorem me sequestrationis effeceras, dum effigiem venerabilem placido inserebas

---

[CIL] 2 lingua esse *CPb* 5 scribtionis *B* 6 promisit. sed *C*, promisit. et *prop. Hartel, quod libri enuntiatum relativum falso cum antecedenti coniungunt* 7 quid] quod *CPb* 8 si *del. Petschenig* diuinctionem *codices* conuenitis *Hartel*, conuenientes *libri* 10 occului finit *B*

[CL] 12 asserendis *V* 13 alloquiis *V* uideatur (a *sup. lin. m. 1*) *B* 14 solites *B*[a] 15 dirixerunt *B* 17 iniuncxit *B* scribta *B* 19 solus *BVL* 20 scribtionis *B* praecipua. finit *B*

[CLI] 22 uestri silentia] uestris laetitia *B* 25 ranciscet *B*, rancescit *VL*[2]*C*, rancessit *L*[1]*T* dispicit *B* 29 scribtionem *B* 30 unerabilem *B*

Isid. Anacl. ep. § 8. adloquio. at nunc commeantium vacuas manus nudus inquisitor inspicio. ego tamen
nolo errore meo alienas culpas adserere, ut quod factum doleo admisisse convincar.
3 accipe ergo, emendatissime hominum, desideriorum solacia per caelestem gratiam
absentibus adtributa et perlatores, si mei estis memores, sublevate, ut nesciant
peregrinationis incommoda, dum nominatis patriam commendatio amica contulerit.
quibus remeantibus nuntio me vestrae valitudinis sublevate.

## CLII (EPIST. 4, 20).

## ENNODIVS IVLIANO V. I.

1 Exercetur bonum diligentiae scriptione multiplici. linguae enim indicio animorum
secreta panduntur. adsiduis curam inpendit adloquiis, qui otium amore commutat.
haec sunt officia, per quae tacitus innotescit affectus. familiaris perlator, nisi reddendas
culmini vestro paginas accepisset, me oblitum reverentiae debitae testaretur. nescio
enim esse caritatis neglegens nec partam labore gratiam quieti serviens effugare.
2 multa debeo verba foederi, sed ad brevitatem cogit epistola. vale, mi domine, honorem
salutati accipiens et circa me adultam serva dignationem; sic bono in medium adscitus
reipublicae de felicitatis tuae diuturnitate gratuleris.

## CLIII (EPIST. 4, 21).

## CONSTANTIO EPISCOPO ENNODIVS.

1 Vigilius subdiaconus vester experiri voluit, quanta mihi a vobis caritas redderetur,
et ad occasionem profectus sui coniunctionem nostram conatus adducere, statum inter
nos amicitiae, dum augetur honoribus, vult metiri, quatenus ad ipsum fructus redeat,
quem ex diligentiae messe condidimus. hunc, si mereor, ad diaconii sacramenta per-
2 ducite, ut dignitas praefati ad spem mihi proficiat maiora poscendi. sed ne petitionem
meam negatus frustretur effectus: sic concessum meritis vestris locum per longa
temporum intervalla teneatis.

## CLIV (EPIST. 4, 22).

## SYMMACHO PAPAE ENNODIVS.

1 Quamvis sublimi viro Laurentio adsistat pro pignorum commendatione probitas
sua et patris prudentia causas subolis exequatur, attamen sollicitudine genitali ad
ampliora procedit et vix credit pro filiis sufficere quod meretur. adiutricem in
adstipulatione germinis paginam quaerit et trepidante diligentia patrium ardorem

---

1 alloquio *V* at] ad *B* inspicio] aspicio *V*[a] 3 accipergo *B* 4 attributa *B*[a]*V* si mei estis (estes *B*[1]) *BCPb*, mei si estis *V*[1]*L*[1], si estis mei *T* 6 subleuate finit *B*

[CLII] 8 exercitur *B* diligentiae bonum *CPb* scribtione *B* 9 assiduis *V* alloquiis *V*, adloquis *B*, eloquiis *CPb* 11 culmine *B* accipisset *B* debitae] uestrae *Sirm.* testarentur *B* 12 caritatis esse *VLTCP* negliens *B* labore (e *in lit.*) *B* 13 foederis *B* 14 saluti *B* 15 reip *B* gratuleris finit *B*

[CLIII] 16 Ennodius C. ep. *b* 17 subdiaconis *B* 22 meam *om. Sirm.* sic] si *B* 23 teneatis finit *B*

[CLIV] 24 Ennodius S. papae *b* symacho *B* 25 sublimis *B*[1] 26 sobolis *V* exsequatur *V* 27 procedat *B*[1] 28 patrum *CP et Sirm.*

nititur cum universitate partiri. cogitate si viro optimo negari effectus potuit et pia 2
et iusta poscenti. tribuat divinitas effectum precibus eius et hunc beatitudinis vestrae
nominatis conciliare dignetur affectum, ut erigat parvulos inplorata coronae vestrae
miseratio, quatenus anxii circa ipsos genitoris vota superentur. domine mi, spero ut 3
promissa dudum benignitas in ea parte testimonium ferat, si conprehensis superius
geminatam inpendi gratiam qui per me precatur intellegat.

## CLV (EPIST. 4, 23).

## ENNODIVS DOMINATORI.

Oportuerat quidem desideria vestra, quae fratris Agnelli patefecit allegatio, ut 1
tabella reseraret et ad elicienda conloquia formam sermo praevius exhiberet, quia
potuit tibi restitui quod debebis, nec ullo me colore defenderem te loquente a paginis
abstinendo. in tuo iure fuit linguae nostrae ferias exercitio commutare et rubiginem
rusticantis eloquii fabrilibus studiis amovere, quia sicut damnum caritatis est primum
cupienti non dedicare sermonem, ita promulgatae scriptioni silentium reddere nec
amicitiae suadet memoria nec pudoris. nunc tamen adcessit ad genium meum, quod 2
paginas inperasti, etsi subtrahitur testimonio, quod numquam in amore vires interrogo.
facessat ab ingeniis liberalibus, ut credas fascem esse intolerabilem, quem amicus
inponit. tu tantum exacta conplectere et censuram castigans rancida iudicantum
depone fastidia. absit a te eum non fovere qui paruit. in spem altioris meriti
trahitur, etiamsi veniat a moneta triviali, qui tibi inpositum oris mancipavit obsequium.
ergo vale, mi domine, quia nolo fieri prolixa quae non sunt ad perpendiculum fabricata 3
conloquia. tu messem gratiae iuxta fiduciam meam tamquam uber solum restitue,
quia in tuo posthac erit arbitrio, si crebro epistolas meas accipere volueris, his me
muniis invitare.

## CLVI (CARM. 2, 36).

## EPIGRAMMA IN SVBSCRIPTIONE.

Quod tibi naturae dederit lex germen, amice,
Hoc mihi fons tradat vivificantis aquae.

## CLVII (EPIST. 4, 24).

## ENNODIVS FAVSTO.

Aeger animus sicut silentia non patitur, ita processum narrationis abiurat. con- 1
testationi maeroris nec taciturnitas nec conloquia prolixa conveniunt. artatur pagina,
cui vix inter gemitus verba tribuuntur. sed quid adsero linguae ferias plus loquendo

---

3 paruolus *B* 4 quatinus *V* mi] mihi *BVL* 6 praecaturi intelligat. finit *B*

[CLV] 9 et ad .. formam *in lit. B* 10 debebas *CP,* dederis *malim* loquenta a *B* 12 dampnum *V* 13 scribtioni *B* 14 suadet memoria] suae et memoriae *B* accessit *V* 17 iudicantium *b* 19 a *om. B* tribiali $B^a$ 20 fieri] feri $B^a$ 22 tuo] to $V^1L$ 23 inuitare finit *B*

[CLVI] subscrīpti *VT,* subscripti *LC,* subscripto *Sirm.* v. 1 german (germin $B^a$) *B*

[CLVII] 26 colloquia *V* 27 assero *V*

2 et coactam necessariis epistulam terminis garrulitate polliceor! deum quaeso, ut
anxietati meae de manifesto prosperitatis vestrae succurrat indicio. ille admittat
lacrimas meas, cui clausa ora fabulantur, cui ad plenam legationem sufficit ex con-
Isid. Anacl. ep. § 8. punctione defluens imber oculorum. ego labefactatam non solum quietem meam sed
3 et salutem inimicorum valitudine et rumorum procellis agnosco. potens est divinitas
Isid. Amat. ad. Silver. inmensae tempestatis incerta bono serenitatis amovere. vos, si de deo mereor, salvete
et amanti in vobis conscientiam, non Ravennates excubias, tabellarum promulgatione
consulite.

## CLVIII (EPIST. 4, 25).

## ENNODIVS BASSO.

1 Si vetus diligentia, quae a parentibus meis erga amplitudinem tuam fructus
uberes de gratiae messe condebat, circa personam meam pro fidei memoria servaretur,
monstraret frequentia litterarum et insepultam caritatem testis pectoris sermo recluderet.
at nunc oblitum mei te sentio nec aliquam melioris saeculi retinere concordiam, quando
2 nulla quae sollicitudinem tuam resignent scripta diriguntur. sed ego desiderii inpatien-
tiam ad verba converti, qui scio tunc novellam amicitiam habere dulcedinem, si annosa
servetur, et illud esse in affectione purius, quod nostri examinavere maiores, sciens
quia si Camellum mente retines, Ennodium non omittes. qua de re salutationis
munera epistolari cura persolvens precor, ut baiolum praesentium clericum meum,
quem ad Gallias et suae utilitatis et meae iussionis causa perduxit, susceptum habere
3 digneris. quo remeante prospera vestra scriptione signate, ut si quid in amore damni
fecit oblivio, epistolaris sollicitudo restituat.

## CLIX (EPIST. 4, 26).

## ENNODIVS EVGENETI V. I.

1 Faustum caelo omen adveniens auspicia vestra conroboret et tirocinia canae
dignitatis suis muniant divina consiliis. per vos supernus favor regat dominum liber-
tatis, ut ex pectoris vestri fonte ad aures principis defluat, quod in vobis aetherius
2 imber infuderit. ecce quae debui vota rudimentis licet coactis in artum sermonibus
enarravi. vos mementote promissi amoris et foederis, ut sine mutationis dispendio
debitum mihi quaestura dissolvat. tenete circa me animum decessoris; dignitatis
3 vestrae pollicitatio non frangatur variata personis. domini mei, salvete pro desiderio
supplicis et in magna beneficiorum promulgatione suscipite parca conloquia. talis
enim est usus felicium et natura meliorum, ut linguae copias rebus et praestitis
antecellant.

---

4 inber *B* 6 saluate *B* 8 consulite | finit *B*

[CLVIII] 13 at] ad *B* suaeculi *B*[1] 14 scribta *B* 15 abere *B*[1] dulcitudinem *B* 16 sciens — retines *suppl. L*[2] 18 baiolum *B*, baiulum *ceteri* 19 utilitatis *BT*[2], utilitas *ceteri* 20 scribtione *B* dampni *V* 21 restituat finit *B*

[CLIX] 22 eugeniti *B* 23 corroboret *V* 24 liberatis *B*[a] 25 ut *B*, et *ceteri* principiis *VL* aetherius] aeternus *Sirm.* 26 inber *B* 29 persona *prop. Hartel* 30 colloquia *V* 31 cupias *B* 32 antecellant finit *B*

## CLX (EPIST. 4, 27).

### ENNODIVS SENARIO.

Festinatio perlatoris in artum coegit epistulam et dolentem magna fecit pauca dictare. apud eum tamen ista non gravant, qui inter sermonum angustias interpres est sensuum. super tarditate enim domni Fausti et opinionum varietate discrucior. vos post deum anxietati meae celeri rescriptione succurrite, quia deterius est incerta macerari spe quam manifestam desperationem indicio amantis agnoscere. valete, mi domini, et advertentes quid cupiam votiva vel necessaria promulgate conloquia.

## CLXI (EPIST. 4, 28).

### ENNODIVS AGAPITO.

Si mihi ex sententia dies fluerent, non negotiosis operam paginis potius quam 1
obsequentibus exhiberem nec munus caritatis ad officia peregrina transducerem. sed coactus rem diligentiae necessariis commutavi. sublimis enim et magnificus vir pro dolosis inimicorum laborat insidiis, qui per me aequitatis vestrae inplorat patrocinium, ne prava concinnatio opinionem eius permittatur incessere et fabricati rumoris ferat forte conpendium. domine mi, salutationem largissimam dicens deprecor, ut ille qui 2
in vobis notus est vigor adsurgat et, quod a partibus vestris poscitur mei sermonis obsequio, ad inpetrationem congruam perducatur.

## CLXII (CARM. 2, 37).

### EPIGRAMMA IN DOMO ANTE ORATORIVM.

Commoda de damnis mercaris, gaudia planctu,
Si tibi de Christo est indubitata fides.

## CLXII[a] (CARM. 2, 38).

### ANTE OLEARIVM.

Hoc est quod nitido membrum conpletur olivo.
Nil potius sanctas convenit ante fores.

## CLXII[b] (CARM. 2, 39).

### ANTE HORREVM.

Horrea parva licet, sed mens est largior illis.
Non parcens opibus divitias merui.

---

[CLX] 2 et *om. Sirm.* 4 domini *B* 6 disperationem *B* 7 colloquia *V*, conloquia finit *B*

[CLXI] 14 domine *om.* $B^1$, domini *sup. lin. suppl.* $B^2$ mi] mihi *BVLP*, nostri *b et man. rec. in B* 15 assurgat *V* 16 congruat $B^1$ perducatur finit *B*

[CLXII] oratōr *VL* v. 1 dampnis *V* plactu $B^a$

[CLXII[a]] oliarium *B*

## CLXII$^{c}$ (CARM. 2, 40).

### ANTE SCALAS.

Adveniant animum reserantes teste figura,
Quo semper votum proditur indicio.

## CLXII$^{d}$ (CARM. 2, 41).

### ANTE CELLARIVM.

Nulla penum laxat mentis pressura sinistrae:
Effluit expensis quod spatiis latitat.

## CLXII$^{e}$ (CARM. 2, 42).

### ANTE COQVINAM.

Non mihi diffusae dant prandia celsa coquinae,
Nec plures venter concutit artifices.
Fercula pauca damus numerum vincentia cultu,
Gloria nec mensae damna salutis habet.

## CLXII$^{f}$ (CARM. 2, 43).

### ANTE CANAVAM.

Sobria cella cadis vinum quod servat onustis,
Corpora confirmat gressibus acta suis.
Infundant multis irarum pocula flammas,
Mitescunt nostro bellica corda mero.

## CLXIII (CARM. 2, 44).

### IN INGRESSV HORTI.

Respice, qui gressum sinuas per amoena virecta,
Vt discas cultis lucem praeferre diserti.
Adridet germen quod linguae pingitur ostro,
Ver habet in bruma qui flores carmine gignit,
Per glaciem zephyros exhalant verba tepentes.
Ebria fulgenti maduerunt murice dicta.

---

[CLXII$^{d}$] v. 1 taxat *Schenkl* v. 2 extensis *Hartel*

[CLXII$^{e}$] v. 3 uicentia *B* v. 4 dampna *V* habet] auet *B*

[CLXII$^{f}$] v. 1 quod] quae *Hartel* v. 3 infundant *B*, infundunt *ceteri* v. 4 mitiscunt *B* bellisca *B*

[CLXIII] hortu $B^{a}$ v. 1 uireta *b* v. 3 arridet *V*, adfidet $B^{1}$ v. 4 habet] auet $B^{1}$ v. 5 zeferos *B*

Omnibus in rebus sermonum purpura regnat:
Oris ad inperium submittunt colla chelydri.
Algida cum roseo iuveniscant sanguine corda,
Primaevos gelidis ostendit littera membris.
Vertit ad obsequium naturae munera doctus,
Aetates species mensuras tempora formas.

## **CLXIV** (CARM. 2, 45).

### INTRA HORTVM SVPRA LIMEN.

Conlaudet spatiis hortorum commoda lautis,
  Plurima cui satiant iugera culta famem:
Ditior extentos superat dos larga minorum.
  Nobilitas vera est, quae nitet in modicis.
Venit ad inclusum postponens Gratia campos,
  Prodidit angustis quid faciat studium.
Vernat in ingressu viridanti porticus umbra,
  Cui fudit genium vitifer ipse deus.
Exornans magnis foliorum texta racemis
  Aestivis iungit commoda frigoribus.
Lilia nam laurus oleas commixta rosetis
  De cultu proprium fecit habere diem.
Serta triumfantis, frondem, quae monstrat amicum,
  Contulit ad fetus aurea terra suos.
Largus opum poscat maioris praemia voti,
  Hoc satis est nobis, quod sine fraude libet.

## **CLXV** (CARM. 2, 46).

### EPIGRAMMATA DE MVRENA INL. F. FIRMINAE QVAE IN PISTACIO CLAVDITVR, ITA TENVIS EST.

Spiritus exhausto volitat praelubricus auro.
Candida lassatum vix tangit membra metallum.
Adflixit pondus pretium fornacis anhelae.

---

v. 8 celydri *B*   v. 9 iuuenescant *VL*, iuuenescunt *CPb*   sangune *B*

[CLXIV] sup̄ *VL*   v. 1 lautus *V*[1]   v. 3 dictio • (r *sup. lit.*) *B*   larga • minor • um *B*   v. 5 uenet *B*   campus *VLCP*   v. 7 uiridanti *B*, uiridantia *ceteri*   v. 9 filiorum *B*[1]   racimis *B*   v. 10 iungit *Hartel*, iunget *libri*   v. 12 habere *Hartel*, auere *libri (cf. CI v. 4 al.)*   v. 13 triumphantis *V*   frontem *Hartel*   monstret *VLCP*   amictum *Hartel*   v. 14 ad foetus *b*, adfetos *B*, adfectos *VL*, affectos *CP*, affectus *Sirm.*

[CLXV] epigr̄ *VL*   F. Firminae *Hartel*, firminae *B*, ·f· *VL*   pistacio (*sive* psittacio) *scripsi*, septacia *B*, septicio *ceteri*   ita *B*, et *ceteri*   tenues *B*   est *B*, R̄R *VL*, rerum *P*   v. 3 afflixit *V*

## CLXV[a] (CARM. 2, 47).

### ALITER DE IPSA.

Aurea per nebulas dissolvit fila magister:
Luserunt dociles flamina fulva manus.

## CLXV[b] (CARM. 2, 48).

### ALITER.

Contulit hic ventus pretiosi membra metalli:
Quod finxere, timent nec capiunt oculi.

## CLXV[c] (CARM. 2, 49).

### ALITER.

Est nihil, et teneo: convincit dextera visum.
Stringitur artatis digitorum nexibus aura.

## CLXVI (EPIST. 4, 29).

### PAPAE ENNODIVS.

1 Caelestis utilitatem sequacium cura disponit. inauspicata bene de deo merentibus
dona tribuuntur. ingerit superna dispensatio etiam quod supplicare humanitas non
praesumit. agnoverunt adversarii sedis vestrae quo propugnante vincantur: quod
2 proxime de Aquileiensi redemptor noster persona reseravit. et ideo inter excellentia
munerum divinorum peto, ut mei corona vestra meminisse non abnuat. invitat enim
ad famulandum plurimos, qui quamvis longe positum diligit obsequentem. vale.

## CLXVII (EPIST. 4, 30).

### ENNODIVS EVGENETI V. I.

1 Postquam prima spei meae effectum dedere conloquia, ad usum sermonis ora
diu feriata laxavi. animatur enim successibus etiam cui per conscientiam non sub-
petit Latiaris eruditio. cessantibus studiis saepe facundos gaudia reddiderunt. maeroris
nubila si hilaritas depellit, mox rutilantia per sudum verba discurrunt. itaque aut
2 perfectos nos laetitia monstrat aut infantes facit adversitas. haec, mi domine, vobis

---

[CLXV[a]] v. 1 dissoluet *B* v. 2 lauserunt *B*[a] fulva] falfua *B*

[CLXVI] 1 Ennodius Papae *b* 2 de deo] debeo *B*[a] 3 ingerit s. dispensatio *om.* *T* 4 praesumet *B* 5 aquiligensi *B* redemtor *B* 7 diliget *B*

[CLXVII] 8 eugeniti *B* 9 colloquia *V* 10 scientiam *malim* suppetit *V* 11 latiares *B* facundos *scripsi*, facundus *B*, facund *VL*, facundum *reliqui; cf. p. 152, 13* 12 si *om. Sirm.* depellet *B* itaque (que *sup. lin. m. 1*) *B*

etiam adstipulantibus confirmantur. ergo tempus prosperitatis amplexus reddo debendae salutationis affectum, sperans ut circa me nobilis promissio, quae a plenitudine gratiae sumpsit exordium, quasi incrementis egena geminetur. vale.

## CLXVIII (EPIST. 4, 31).

### ENNODIVS AVITO.

Licet multam nobis per litteras magnitudinis tuae occasionem gaudii lamenta 1
pepererunt, cum ad hilaritatis obsequium index funeris sermo militasset, non tamen par lacrimis iucunditas contigit nec maeroris turbidum ex toto adloquii serena depulerunt. retinet adflictionem mens de tanti decessione pontificis etiam post desiderata conloquia, ob hoc quia natura rerum est, ut quaelibet laetitia vel modici angoris conlatione superetur. sed quid nova commemoratione facimus, quae animum clandestina 2
hactenus iactatione domuerunt? votis vestris cum dei adiutorio comitem me promitto, dummodo salva domni papae nostri incolumitate talem vos elegisse cognoscam, quem eum, cui animae cura est, laudare non pudeat. nefas est enim credentem ad obliqua provocare et, quem affectu obligastis, per incerta deducere. vale.

## CLXIX (CARM. 2, 50).

### EPIGRAMMA DE EO QVI FICVS MVNERI ET TESSERAM SIMVL MISIT.

Damnati fructus mittit tua tessera ligni.
Haec hominem dira spoliarunt pabula primum,
Et nudis, serpens, post fraudes morte minaris.
Parce, precor, donis: casus et damna reserva.
Quid nocitura putas insontis poma saluti?
Ante ferax leti tunc mortem depulit arbor,
Fixa triumfigeris cum ramis vita pependit.

## CLXX (EPIST. 4, 32).

### ENNODIVS EVGENETI.

Non aestimo rem obsequii frequentia posse ranciscere nec culturam diligentiae 1
vitio garrulitatis adscribi. suppetat forte de abstinentia tabellarum excusatio illis, qui publicae utilitatis muniis occupantur: veniam non meretur, si ab scriptionis adsiduitate temperet absolutus. liquido confitetur amoris neglegentiam, qui cum possit, epistulas 2

---

[CLXVIII] 5 gaudia $B^1$ 6 index $B^a$ p non tamen p (p *del. et sup.* p *scr.* par) *B* 7 iocunditas *B* alloquii *V*, colloquii *Sirm.* 8 afflictionem *V* 9 colloquia *V* ob] ab *Sirm.* collatione *V* 10 clandistina *B* 13 eum *del. m. rec. in B, om. b* 14 diducere *VL* uale *om. VLTC*

[CLXIX] muneri *Schott,* munere *libri* v. 1 damnati (am *bis*) *B* mittit *Sirm.*, mittet *libri* tessera] dextera *Sirm.* v. 3 fraudes morte *scripsi,* fraudem sorte *libri; cf. CLXXXV 1* v. 4 dampna *V* v. 7 triumfegeris $B^1$, triumphigeris *V*

[CLXX] 15 eugeniti *B* 16 rancescere *V* 17 ascribi *V* 18 muniis *CPb*, munus $BVLT^1$, muneribus $T^2$ ab] a *CPb* scribtionis *B* assiduitate *V* 19 negligentiam *B*

in quibus est affectionis pabulum, non ministrat. error otiosi est, si bene conperta
mens per linguae ferias desideratis adtenuetur inpasta conloquiis. sed sicut nos
religionem gratiae fovere convenit curis saecularibus nil debentes, ita, nisi magnitudo
vestra partibus suis affuerit promulgatione responsi, damnatis probe facta reticendo:
3 quia si tollantur virtutibus praemia, quem laborasse non pudeat? ecce, quantum
aestimo, brevi elocutus utrorumque propositum animo meo male esse confiteor, quod
remeante Montanario, cum dedissem paginas, non recepi, quod debitum posco lege
restitui, pudore geminari. nunc vale, mi domine, et vestram quaerens, propriam
nuntians sospitatem deum precor, ut si mei memor est, prospera vestra multiplicet.

## CLXXI (EPIST. 4, 33).

## ENNODIVS SENARIO.

1 Si amor pudori adquiesceret, si caritatis inpatientia verecundiae lege teneretur,
a paginalibus officiis temperarem et silentii formam vestri imitator adsumerem, non
inprovidus aestimator coniciens illa, quibus remuneratio a vobis subtrahitur, non amari
nec suaderi facilius tabellarum abstinentiam quam tacendo, viros comitatensis exercitii
2 per linguae ferias clamare quid respuant. sed non ita est magnitudo tua lineis
quadrata fabrilibus, ut quolibet tecta velamine amantis oculos possit effugere, quia
sine obstaculo vestium penetralia respicit mens amici. nemo aestimet, quod latentis
3 interna consilii aput caros aulicis excocta fornacibus celet urbanitas. sed, credo,
querellis meis illud ordinis vestri aptum excusationibus genus opponas: non recte ab
occupatis otiosorum munia postulari, vix ad haec officia posse descendere obsequiis
principalibus adhaerentes. audivi quidem saepe talia, sed confiteor non recepi, quia
frequenter necessitates desideria transcendunt et sine intermissione timor cedit affectui.
4 voluntas in culpa est, quae concinnata excusatione defenditur. ecce, mi domine, quam
magna doleam, cum officio salutationis adserui, perlatorem utrique carum pro fide sua
et nobilitate commendans, ut beneficio culminis vestri inimicorum eius insolentia
technis suis oppressa subiaceat. vale.

## CLXXII (EPIST. 4, 34).

## ENNODIVS HORMISDAE.

1 Postquam votiva mihi necessitas vestra benificio proximitatis desiderii spondere
coepit effectum, animo ad longiora transistis et, cum Liguriam pene manu contingitis,
linguam feriis deputastis. minus licuit absentiae, dum sanctitatem vestram prolixa
2 viarum intervalla tenuerunt. pensabat confabulatio dispendia visionis et in remediis
provisa diligentiae litterarum commercia praestabantur, per quae officia inter habitatione

---

2 attenuetur *V* 3 gratia *B* 4 damnates *B* 7 recipi *B* 8 podore *B*[a] 9 multiplicet finit *B*

[CLXXI] 12 silentium *T*[2] formam *om. VLTCP* imitatur *B* assumerem *V* 13 inprouid̄ *VL*, improuide *CPb* aestimatur *B* subtrahetur *B* 14 uiro | comittatensis *B* 16 quodlibet *B* possit (t *sup. lin.*) *B* 17 sine] si *B* 18 apud *V* orbanitas *B* 19 quaerillis *B*, querelis *V* 20 occopatis *B* discendere *B* 21 recipi *BCPb* 22 necessitatis *B* 23 concinata *B* 24 asserui *V* sua et] suauit *B*[a] 25 eius *om. CPb* 26 tegnis *BVL*, regnis *TCP*

[CLXXII] 28 uotiuum *TC* beneficio *V* 29 caepit spondere *Sirm.* 30 munus *B* scanctitatem *B* 31 remidiis *B*

discretos nihil peribat affectui. sed credo eligitis amicis difficiliora tribuere non
putantes beneficium, si pascar in tanta vicinitate conloquiis. at ego casum meum 3
versa aestimatione suspiro, ne beatitudo tua retulerit ad iudicium quod exhibuit
blandimentis, dum quod praecessit adscribit tempori non amori. facessat a nostro in
amicitiis frons picta proposito, nos ad hanc fabricam nulla praecedentium studiorum
lima conposuit, nudam scimus ad coniunctionem adferre concordiam. urbanitatem inter
caros ut venena respuimus. ergo, mi domine, salutationem accipiens amantem tui in 4
hac potius parte sectare, ut et culturam fidei per frequentiam sermonis inpendas et ex
secreto pectoris infucata expectanti verba concedas. vale.

## CLXXIII (EPIST. 4, 35).

## ENNODIVS APRONIANO V. I.

In usu est viris morum claritate fulgentibus religionem amicitiae per culturam 1
nutrire conloquii, ut dum gratiae germina fotu confabulationis animantur, ad messem
coniunctio foederata perveniat. per haec enim munia voluit senior providentia absentiae
nil licere. merito de vobis emendatissimus hominum domnus Faustus praedicat singulare testimonium. sine nube datur agnosci, nihil de eo dubitandum quem probatus
attollit. sed nunc ad epistulae angustias me reducens secretis debitam laudem claudo 2
penetralibus, ne quod apud externos faciendum est, apud vos inportunitate ranciscat.
vale, mi domine, salutationem obsequentissimam accipiens; deum precor, ut prospera
vestra in longum producens mihi quoque secundis amicorum successibus spondeat
auctionem. vale.

## CLXXIV (EPIST. 5, 1).

## ENNODIVS LIBERIO PATRICIO.

Dum pro venerandae religione conscientiae verba dirigitis in Aquileiensis 1
electione pontificis et divinis initiata cultibus lingua militat consecrando, in ignoti nos
diligentia sermonum vincla tenuerunt, quia nihil superat iudiciis, quotiens aliquid
probatus extulerit. quid enim sententiae sequacium derelinquat, quando iustitiae
obsequitur, cuius in examen definitio non vocatur? agitis bono conscientiae, quod 2
vestro vix negaretur imperio. exhibuit inter arbitros Marcellini venerabilis collegam
maximus hominum humilitate sublimior, et ne potestati favor per obliquos adscriberetur
interpretes, quod de proprio decerpsit genio, laudati iunxit ad pretium. egistis
mediocrem, ne praecelsi esset suspecta praedicatio. clarissimorum testimonia ut vires
accipiant, culmina castigantur. felix sacerdotium, cui facem praetulit plena mens 3
luminis. beata conversatio, quae idcirco in discussionem deducta est, ut tanto viro

---

1 nihil *B*, nil *ceteri* 2 colloquiis *V* at] ad *B* 3 versa aestimatione] uersaē imitatione *B* 5 picta] ficta (p *sup.* f) *V*, proficta *L* praecidentium *B* 6 afferre *V* 9 uale *B*, *om. cet.*

[CLXXIII] 10 ū. ι. *BL et in linea superiore V, om. TC et Sirm.* 11 uiri *B* 12 colloquii *V* 17 rancescat *V*

[CLXXIV] *Hanc epistulam Isidorus in decretalibus Symmacho papae supposuit:* item epistola symmachi papae liberio patricio directa. symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis romae liberio patricio salutem *inscr. A (cod. Paris. 9629) R (cod. Vatic. 630) S (cod. Vatic. 3791)* 22 uenerauda *AR* relegione *B* aquiliensis *BTS* 23 cultibus | lingua *B*, lingua cultibus *VLTCbARS* 24 semonum (r *sup. lin.*) *B* uincula *b* 25 dereliquat *B* 27 mperio (*i. e.* inperio) $B^1$ marcelli *B* colligam *B* 29 genio $BV^2T$, ingenio $V^1LCPARS$ iuncxit *B* 30 medio crem ne $B^1$, medio crimine $B^2b$ 31 felix (li *sup. lin.*) *B* faciem *ARS*

adstipulante superaret, quae non didicisset saporem victoriae, nisi subiacuisset incertis.
semper innocentibus gloriam adversa pepererunt; providet defensores fortissimos
4 mediocris inpugnatio. sed quid epistulae terminos loquacitate produxi, coactas lege
paginas inhumana concinnatione transgressus? iungo et ego, amplissimi, partibus
vestris pro modulo exiguitatis propriae caelo vobis obsequente consensum et, quod
mirabile inter homines habetur, consideratione vestri adtrahor ad amorem. inspirata
mihi per alterum placet affectio, dum manet caritas imis inserta visceribus peregrinante
5 persona. comitem se tamen caelestis gratia desideriis iungat et dum cupitis datur
effectus, aut inveniat bonum pontificatus aut faciat. valete, mi domini, et amantem
vestri crebris relevate conloquiis, ut si non exigat negotiosas frequentia paginas,
praestentur affectui.

## CLXXV (EPIST. 5, 2).

## ENNODIVS MARCIANO.

1 **D**um inter spem et metum animus meus anxio de te iactaretur incerto, solida
profectus tui indicia conloquii melle reserasti, quia domesticam origini tuae facundiam
fidelis doctrinae heres insequeris. non degenerat, ut video, vena linguarum et peritiae
successio illo quo patrimonia iure discurrit. putabam scientiae dotes rem tantum
ingeniorum esse non familiae, nec duci per stemmata quod labor continuus et indefessus
2 sudor adipiscitur. sed, quantum apparet, ordines suos servat eloquentia, et oris pompa
quae exundavit in veteribus, migrat ad posteros. concordat scientiae cursus et fluminum,
per consuetos alveos et dicendi unda praelabitur. venit ad te cum censu patris
eruditio, et bono subolis Asterium sepulcra restituunt. invidi fateor hactenus annis
senioribus et aetatem, cui ille concessus fuerat, suspiravi: beneficiorum caelestium
neglegens aestimator, quando potui desperare de togae fructibus radicis manente sub-
3 stantia. sed superna dispensatio, ut det genium beneficiis, inprovisum facit esse quod
tribuit et, dum vota transgreditur, potentiam suam liberalitate manifestat. non est
bonis partubus infecunda Liguria. nutrit foro germina, quae libenter amplectatur et
curia. nota proximitate sociantur causidicus et senator. his qui bene toga usi fuerint,
4 reseratis susceptura sinibus palmata blanditur. vale, dulcissime, et ad haec decora
multus incumbe, totum te studia honesta suscipiant, festina ut ad messem patriam
venias, linguam lectionis sarculo, mores bonorum imitatione purgando.

## CLXXVI (EPIST. 5, 3).

## ENNODIVS OPILIONI V. I.

1 **D**ebeo equidem prioribus responsa conloquiis et in obsequio propositi vel
pudoris, nisi pagina rusticante displiceam, accepta geminare, ne potioris dignatio ad

---

1 adstipulante] adfabulante *A*, affabulante *R* 2 semper — mediocris *suppl.* $L^2$ 3 epistula et | er • minos $B^a$ 4 traugesus (us *in lit.*) $B^a$, transgresus $B^b$ 5 uobis caelo *ARS* 6 attrahor *V* 7 incerta *B* 8 se tamen] sectamen $B^1$ *post* iungat *lacuna in B propter maculam membranae* 9 inueniat $BT^2$, ueniat $VLT^1CPS$, ueniet *A(?)R* faciat. data XVIII Kalendarum nouembrium die indictione VIII (finit *A*) *ceteris omissis ARS* domine $B^1CP$ et tamantem $B^1$ 10 colloquiis *V* 11 effectui $V^aCP$ affectui finit *B*

[CLXXV] 13 de te anxio *VLTCP* 14 colloquii *V* 16 discurret | et put. (et *exp.*) *B* dotis *VL* 17 stimmata *B*, stemata *ceteri* continuus et] continuisset *B* 20 consuetus *B* 21 sobolis *V* sepulchra *V* 22 et *om. VLTCP* cencessus *B* 23 negligens *V*, negliens $B^1$ potui *om. B* disperare *B* cogae *B* 24 facit esse] facitis se $B^a$ 27 causedicus *BVL* 28 reserastis $B^1$ 30 purgando finit *B*

[CLXXVI] 32 proprioribus (pro *del. man. 1*) *Bb* colloquiis *V*

paenitentiam redeat de abiuratione fastidii. nostro enim vitio in culmine constituti
supercilii memoriam non amittunt. si illud mali genus sectari et humiles suspicentur.
cum enim eminentissimos adtollat castigatio sua et honorum plenitudo saecularium hoc
solo artificio patiatur augmenta. considerandum est quid abiectis detrimenti parias
status angustia non metiri. ergo sufficiat magnitudini vestrae. quod post duplicem 2
scriptionem sentio quid per silentium erroris incurrerim. sed timui confiteor. ne ad
vitium me duceret fuga culparum et sermo deputatus ad gratiam. dum nulla peritiae
lima comeretur. inveniret offensam. refugi horrorem. qui ignaris de parendi occasione
generatur. ecce adserui habuisse me et animam depositum confitentis et bene de 3
viribus conscii in restitutione verecundiam. restat ut. emendatissimi hominum. et illud
placere vobis allegationis meae inspectione cognoscam. quod hactenus accepta non
reddidi. fida enim index est possibilitatis nostrae consideratio et sicut in omnibus 4
praecipua. ita famam muniens circa linguae maciem custodita. quia. si crescit elo-
quentium dos pudore. facile prudentiae nomen adipiscitur. cum per ipsum conticiscat.
infantia. causae tamen. quam iniunxistis. iacturam frontis exhibeo et dum imperata
exsequor. opinionem ad incerta transmitto. Agnellus de casis per varias promissionum 5
mihi inludit effigies. volens a vobis summam pretii designari. sed mali hominis
ardorem insatiabilem esse didicistis. qui nisi contemptu pecuniae non sanetur. domine
mi. saluto et rogo. ut religio circa me pii amoris servetur et foederis.

## CLXXVII (EPIST. 5. 4).

## ENNODIVS HELISEAE.

Diu quaesitus desideriis meis evenit effectus. ut detur genius beneficiis. trans- 1
missa in longum expectatione tribuuntur. vivit in quacumque terrarum parte proximitas:
sequestratione corporum sanguinis catena non rumpitur: per discreta regionum caritas
damna non sentit. quando inter eos qui habitatione separantur praesentiae vice tenetur
affectio. deo omnipotenti gratias refero. quia vos memores fecit esse pietatis et 2
prosapiae sub religiosa occasione reminisci. teste deo postquam mihi domna Cynegia
meritum vestrae conversationis exposuit. visionem vestram speciali ardore requisivi. si
votis copiam optata dedisset occasio. domina. salutationis reverentiam dicens in 3
designato litteris vestris negotio ministerium devotionis spondeo. quia tantum praestatur
animae, quantum sanctis exhibetur studiis. vere dico me numquam dilexisse quem
detestamini et veritum. ne ad diri hominis profectum vester quoque inclinaretur
adsensus. adsit deus. ne ad ecclesiasticam dignitatem veniat nulla bonae institutionis
incude formatus.

---

3 eminentissimus *B* attollat *V* 4 aumenta (e *sup. lin. m. 1 B* 6 scribtionem *B* incurrerem *B* confiteor] uereor $V^a$, *del. et* confiteor *superscr.* $V^1$ 8 offesam $B^*$ parendi $BT^2CP$. pariendi $VLT^1$; *an* placendi? *cf. CCCCLV 2* 9 asserui *V* 10 restat ut emendatissimi *discripsi.* restatute mendatissimi *B*, restat autem emendatissimi *ceteri* 11 allegationes $V^1$ 12 indix *B* 13 famam *B*, fama *ceteri* quia si *Bb*, quasi *ceteri* 14 conticescat *V* 15 iniuncxistis *BV* 17 inludet *B* nobis *Sirm.* homines $BV^1$ 19 mi] mihi *BVL* foederis. finit *B*

[CLXXVII] 22 uiuet *B* 24 dampna *V* 26 domina *B* 28 cupiam *B* dedisset optata *VLTCP* domina•• (*eras.* do) *B* 30 scanctis *B* 31 hominis (nis *sup. lin. m. 1*) *B* 32 assensus *V* 33 formatus finit *B*

## CLXXVIII (EPIST. 5, 5).

## ENNODIVS AVITO.

1 Vellem produci causam, si propositum non gravarem, per quam frequentia amantis scripta promerui. dum enim negotiosas paginas destinatis, ministerium praebetis affectui. sed apud prudentes et animorum conscios sufficiunt parca conloquia. urbanus in promissionibus esse non sapio nec eis, quibus animam debeo,
2 fucata fronte blandiri. vos tantum coeptis insistite et mandatis caelestibus obsequentes malum hominem, quem dicitis, a desideriis deducatis. me convenit plus rebus ostendere quam sermone polliceri, quia quod tribuo, hoc mihi restitui incunctanter expecto. domine mi, salutationem plenissimam dicens rogo, ut domnae Heliseae communi matri pro me gratias agas, quae dignata est litteris suis vincula proximitatis ostendere.

## CLXXIX (CARM. 2. 51).

Omnia Memphitis retinentur saecula textis:
Servivit numquam Laurentius ante Neroni,
Nec timuit validas vicit qui corpore flammas.

## CLXXX (CARM. 2, 52).

## EPIGRAMMA DE ADVLTERO ET MOLLE.

Vir facie, mulier gestu, sed crure quod ambo,
Iurgia naturae nullo discrimine solvens,
Es lepus, et tanti conculcas colla leonis!

## CLXXXᵃ (CARM. 2, 53).

## ALITER.

Exige mendaces populorum uxorcula barbas,
  Ne minuant quaestum mascula labra tuum.

## CLXXXᵇ (CARM. 2, 54).

## ALITER.

Respice portentum permixto iure creatum,
Communis generis, satius sed dicitur, omnis.

---

[CLXXVIII] 3 scribta *B* distenatis (te *in lit.*) *B* 4 prebetis *V*, probites *B* conscius *B* colloquia *V* 5 orbanus *B* 7 rebus *om. B*, re *b* 9 mi] mihi *BVL* dominae *B* 10 ostendere finit *B*

[CLXXIX] *inscriptionem codicum* epigramma de adultero et molle *cum Schotto ad carmen sequens transposui* memfitis *B*

[CLXXX] aliter *inscr. codices* v. 1 crure] clune *fort.*

[CLXXXᵇ] v. 2 satius, si dicitur *Haupt op. III 421*

## CLXXX[c] (CARM. 2, 55).

### ALITER.

Ludit in ancipiti constans fallacia sexu:
Femina cum patitur, peragit cum turpia, mas est.

## CLXXXI (CARM. 2, 56).

### VERSVS IN BAPTISTERIO MEDIOLANENSI FACTOS.

Mundior excocti fulgescat luce metalli,
  Munera disponit qui dare digna deo.
Ante vaporatis Laurenti vita caminis
  Constitit, ut blandum nobilitaret opus.
Marmora picturas tabulas sublime lacunar
  Ipse dedit templo, qui probitate nitet.
Aedibus ad pretium sic mores conditor addit,
  Vellera ceu Serum murice tincta feras,
Qualiter inclusas comit lux hospita gemmas,
  Nix lapidis quotiens pulcrior arte rubet.

## CLXXXII (CARM. 2, 57).

### VERSVS DE IOVINIANO QVI CVM HABERET BARBAM GOTHICAM LACERNA VESTITVS PROCESSIT EX TEMPORE FACTOS.

Barbaricam faciem Romanos sumere cultus
Miror et inmodico distinctas corpore gentes.

## CLXXXII[a] (CARM. 2, 58)

### ALITER.

Romuleam tegetem nox oris nubila fuscat,
Oppressit vestes tenebroso tegmine vultus.

## CLXXXII[b] (CARM. 2, 59).

### ALITER.

Nobilibus tollis genium, male compte, lacernis,
Discordes miscens inimico foedere proles.

---

[CLXXX[c]] v. 2 femina cum] femina eum *B*, femineum *b et Hartel*

[CLXXXI] uersus* (*eras.* e) *B, om. cet.* factos *B, om. cet.* v. 2 digno *B*[a] v. 5 pictoras *B* v. 10 pulchrior *V*

[CLXXXII] iouiano *V*[a] coticam *B*, goticam *ceteri* lucerna *B*[a] factos *scripsi*, factus *B*, facti *VLCP* v. 1 cultus *BCP*[2], cultis *VLP*[1] v. 2 in modico *Sirm.* gentes] guttas *V*[a], *del. et* gentes *superscr.* *V*[b]

[CLXXXII[a]] v. 1 tegitem *B*

## CLXXXIII (carm. 2, 60).

## VERSVS IN BASILICA SANCTI CALEMERI QVANDO REPARATA EST.

Libera captivum meruerunt culmina lumen,
  Adridet facies nubila nulla gerens.
Hic nuper astrigeri dos proxima venit Olympi,
  Laurenti vatis ducta ministerio,
Aedibus et vitae cuius nunc una figura est,
  Ceu solis radiis forma color similis.
Euge vetustorum reparator, perge, novorum
  Conditor, et vultu clarus et ingenio!
Abiurant priscam te praesule tecta senectam,
  Advena casuris porrigitur genius.

## CLXXXIV (carm. 2, 61).

## DE QVODAM VETERI INIMICO STVLTO ET BENE PASCENTE.

Prandia lauta paras, sed linguae sordibus horres,
  Si deses pastor fercula concilias.
Ambitiosa fames lassato prodiga censu
  Cornibus insultat, si taceat dominus.

## CLXXXIV a (carm. 2, 62).

## DE EODEM QVIA OPES PAVPERVM VORABAT.

Visceribus miserorum et sanguine pauperis aucte,
  Tantorum mortes cur tibi sunt epulae?
Tubera perdices grus turdus turtur echinus,
  Non explent uterum corpora mille tuum.
Infaustus multis, tibi felix diceris uni,
  Heres quod misero venter erit proprius.

## CLXXXIV b (carm. 2, 63).

## DE EODEM.

Artubus humanis Polyphemus vixit et atro
  Sanguine distentus delicias habuit.
Tu reddis similem scena redeunte furorem,
  Cui pastum tribuunt agmina debilium.

---

[CLXXXIII] uersus *B, om. cet.* calymeri *BVL*, calimeri *rel.* v. 3 olimpi *V* v. 9 senectam] figuram *Sirm.*

[CLXXXIV] v. 1 linguae *Hartel*, lingua *libri* sordibus (b *in lit.*) *B* lingua sordidus *fort.* v. 2 deses *Hartel*, desis *libri* v. 3 famis *B*

[CLXXXIV a] eodem] eo *P et Sirm.* pauperum opes *Sirm.*

[CLXXXIV b] v. 1 polyfemus *VL*, polyfimus *B* v. 2 distentus *b*, distentos *codices* v. 3 reddis *b*, reddes *codices* schena *codices*

## CLXXXV (CARM. 2, 64).

### DE EO QVI VT AMICOS EIVS AD SE TOLLERET PASCEBAT.

Mergeret ut divos in mortem, pabula serpens
Contulit et vitam munere dira tulit.
Sic quicumque meos paradisi vere labores
Demulcet, casses convivii patitur.
Illic discedit quem pectore gessit amicus,
Fit damnum cari gutturis hospitium.

## CLXXXVI (CARM. 2, 65).

### DE DEFENSORE CALLIDO.

Nesciris votis et cordis nube recedis
Ex oculis praesens, quaereris in facie:
Tuque per ambages nulli spectabilis esse
Calles, mellifluis toxica dans labiis.
Hoc volo quod non vis, iurans te nolle quod optas,
Concutis et variis pectora saeva modis,
Hydram verticibus, formis superare Prometheum
Doctus — ut ad priscos fabula non redeat —
Bella cies, spoliis crescis, defensor, ademptis.
Ad nomen currit praeda, superbe, tuum.

## CLXXXVII (CARM. 2, 66).

### PRAEFATIO TOTIVS OPERIS POETICI QVOD FECIT.

Dum mea multiplices mens anxia sustinet aestus
Et reddor vitrei mancipium pelagi,
Cumque procellosus refluentis portitor undae
Africus ut captas me rotat exuvias:
Pierius menti calor incidit, indiga serti Stat. Theb. 1, 3.
Tempora mox cinxit laurus Apollinea,
Tunc hederae viridis rubuerunt fronte corymbi,
Castalii mellis murmura blanda bibi.
Continuo ponens marcentes pectore curas
Conplector laudem carmina laetitiam.

---

[CLXXXV] v. 5 pector *(sup. lin.* e *add.) B* v. 6 damnum *scripsi*, dominum *codices*, dominus *Schott et Hartel*

[CLXXXVI] calido *B[a]* v. 1 nesciris *P[2]*, nescires *BVLC* v. 4 callis (calis *B[a]*) *BVLCP* v. 5 iuras *malim* v. 6 concutes *B* modi *B* v. 7 promitheum *B; debuit potius nominari* Proteus v. 8 priscus *B* v. 9 cresces *BVL*, crescens *Cb* v. 10 superbe *scripsi*, superba *libri*

[CLXXXVII] v. 5 incedit *codices* v. 6 cincxit *BV* v. 7 robuerunt *B* v. 9 marcentes *P[2]b*, marcentis *BVLC*

## **CLXXXVIII** (CARM. 2, 67).

### DE EO QVOD VINDEMIARVM TEMPORE SCRIPSIT.

**Musta cadis famuli dum condunt nostra fideles**
**Et ludunt prelo calcibus intrepidis,**
**Dum tingunt rosei plantas de sanguine Bacchi,**
**Scinditur et teneras uva gerens tunicas:**
**Otia Niliacis non passus carmina biblis**
**Sulcavi, tumulo ne tenear moriens.**
**Ebria labsantis confessus verba Thaliae,**
**Sum vacuus culpa, si pedibus titubet.**
**Ieiunos deceat lex artis syllaba rhythmus:**
**Nulla Camenarum iungitur ad Bromium.**

## **CLXXXIX** (CARM. 2, 68).

### DE QVODAM GLVTTONE QVI OPVS EIVS INPERITVS CARPEBAT.

**Nescio cur sancto non parcas, stulte, labori,**
**Dum morem servas dentibus insiliens.**
**Mandere nos pergis, sed venter commoda nescit:**
**Flamina nam vacuis stringis imaginibus.**
**Escarum gurges nil ruptis murmure buccis**
**Suscipit aut cassis motibus exuberat.**
**Phasiacam volucrem pisces vel sumina carpens**
**Vda vaporatis guttura pasce cibis.**
**Me ieiuna iuvat sine ructu pangere dicta:**
Verg. Aen. 6, 605. **Regifico luxu fercula te satient.**

## **CXC** (CARM. 2, 69).

### DE EVNVCHO TRIBVNO NOMINE PEREGRINO OMNIA PERAMBVLANTE.

**Testibus adseritur gens census vita, Tribune,**
**Antiquum quotiens linquimus hospitium.**
**Tu, quem lustratis transmisit gentibus error,**
**Nulla domus pleno nec tenet ampla die,**
**Vis dici locuples sublimis pulcher amicus,**
**Aestibus ignoti missus ab Oceani.**

---

[CLXXXVIII] uindimiarum *B* v. 1 fideles *Cb*, fidelis *BVL* v. 3 bacci *codices* v. 4 uba *B* v. 7 lapsantis *VL*, lassantis *CPb* taliae *codices* v. 9 rythmus *Sirm.*, remmus *libri* v. 10 caminarum *B*

[CLXXXIX] v. 5 gurgis *B* rumptis *B*[1] v. 6 castis *Sirm.* v. 7 fasiacam *codices* pices *B*[a] carpens] captans *b*

[CXC] eunuco *B* perambulanti *VLCP* v. 2 antequum *B*[a]

Inrita dicta volant, adsertor non venit ullus,
Nulla fides sexum detegit aut patriam.
Mendicus vetulus timidus confusus anhelus.
His, verum perdens, utere nominibus.

### CXC[a] (CARM. 2, 70).

## ALITER DE EODEM.

Tutus falsa loqui poteris sine teste, Tribune:
Ventus habet linguam ponderibus vacui.

### CXC[b] (CARM. 2, 71).

## ALITER DE IPSO QVIA NVSQVAM STAT.

Instabilem faciunt naturae damna Tribunum.
Avolat hinc rursus, vincula ni teneant.
Tolle, miser, modicam zephyro veniente saburram. Verg. georg. 4, 195.
Radix nulla tuo est utilis auxilio.

### CXC[c] (CARM. 2, 72).

## ALITER DE IPSO.

Eunuchus turpem poscit per conpita victum:
Semina telluri non habet unde ferat.
Grandia proscissis rus servat germina membris,
Fetibus et messis multiplicata redit:
Incassum sectus proscindit vomere terga,
Ni findens spargat triticeam subolem.

### CXCI (CARM. 2, 73).

## DE EO QVOD CVM IPSE GALLOS PARENTES HABERET ANSERES AMABAT COMEDERE.

Hic volucrum pugna est, ubi Gallo caeditur anser:
Dat poenas veteris proditionis avis.
Mactatus quondam vocis capis, inprobe, quaestum:
Romanis vitam qui dederit moritur.

---

v. 9 auelos *B*, anhelos *VL*

[CXC[a]] v. 2 auet $B^a$, abet $B^b$ uacuam *Schott in not.*

[CXC[b]] v. 1 dampna *V* v. 3 zefero *B*

[CXC[c]] v. 1 competa $VLC^1P$ v. 5 proscendit *B* v. 6 fendens $B^1$ sobolem *V*

[CXCI] gallos (s *in lit.*) *B* haberet anseres] aberetransires $B^a$, haberet ansires $B^b$ v. 2 auis *b*, aues *codices* v. 4 dederat *Schott in not.*

## CXCII (CARM. 2, 74).

### DE VARIETATE CLERICORVM.

Qui ponti facies, numerum qui novit harenae,
  Femina quem iurans fallere nulla potest,
Astrorum plebem qui calles spectat amantum,
  Cynthia cui certis cornibus innotuit:
Non valet hic vultus retinere nomina mores,
  Quos mutat clerus tempus in exiguum.

## CXCIII (CARM. 2, 75).

### DE MALO HOMINE QVI EQVOS AMABAT.

Gaudet equis recti dissuasor, ⟨et⟩ prodigus aequi,
Nomina qui digna studio superante caballis
Subtrahit, opponens ad sancta vocabula clunem.
Sed procul est pecudes quod censet mentis iniquae:
Propositum perstat generis quod stemmata fundunt.

## CXCIV (CARM. 2, 76).

### DE CALLIDO QVI DEFENSOR DICEBATVR.

Aspidas ut capiat tectis fraus hospita technis,
  Sub ludi specie mortis imago latet.
Vmbra lacessitas producit callida pestes
  Et bellum blandis principiis geritur.
Credite, non aliter Iustinus proelia tractat,
  Qui accusat ridens, qui perimit placidus.

## CXCV (CARM. 2, 77).

### DE DOMNI AMBROSI EPISCOPI ACTIBVS ET VITA.

Egit quod docuit meritis et honore superstes
  Ambrosius vatis moribus ingenio,
Roscida regifico cui fulsit murice lingua,
  Vere suo pingens germina quae voluit.

---

[CXCII] úaritate *B*[a] v. 3 *intellege:* qui astrorum plebem et calles amantum spectat plebes quae *Schenkl (Catull. VII 7)* v. 4 cinthia *CP*[2], quintia *BVL* cui] cum *malim* v. 5 retinere et nomina *Schott in mg. et Sirm.*

[CXCIII] v. 1 et *inclusi* prodi • gus *B*, indigus *coni. b* equi *B* v. 2 digna *Hartel,* dignis *libri* v. 3 subtrahet *B* apponens *fort.* scaucta *B* v. 4 pecudes *B*, pecudis *ceteri*

[CXCIV] v. 1 hospita thechnis *in lit. B* tegnis *V* v. 2 ludi] lidi *B*[a] v. 3 pestis *B* v. 5 Iustinus] defensor *VLCP*, defensor iustinus *B; nomen illius defensoris callidi (cf. CLXXXVI) haud scio an ab ipso Ennodio caute vocabulo minus aperto mutatum sit* v. 6 perimet *B*

[CXCV] de uita et actibus domni ambrosii episcopi *VLP*, *om. C* v. 1 superstes] supertis *B*[a] v. 2 uatis *B*, uates *ceteri*

Serta redimitus gestabat lucida fronte,
Distinctum gemmis ore parabat opus.
Instituit populos gestu probitate pudore,
Fovit respiciens perculit admonuit.
Vocis ut officium postrema pericula poscunt,
Sic teneras culpas qui tacet insequitur.
Succinctus gladiis, clipei de pondere tutus,
Pectora claudebat textilibus chalybis.
Ensis habet vires vitiorum sector et hostis:
Vipera non tangit squamea terga viri.

## CXCVI (CARM. 2, 78).

## DE SANCTI SIMPLICIANI EPISCOPI SVCCESSORIS IPSIVS.

Ambrosius linquens viduatae munia plebis
Transtulit ad curam, Simpliciane, tuam.
Successoris opes, spoliati viscera regni
Creverunt merito temporis alterius,
Ac velut annosam zephyris parcentibus ornum,
Ne metuat bellum, longa quies solidat.
Tiro tamen felix cana ad rudimenta vocatus
Non flexit priscum degenerans apicem.
Nil timuit gelidis anima fervente medullis.
Pontificis virtus floris habet senium,
Aequora qui tecto pressit terrena patenti,
Molibus et cultu sidera cum tetigit.

## CXCVII (CARM. 2, 79).

## DE BEATI VENERI SEQVENTIS.

Forma pudicitiae iuvenis sectanda Veneri
Venit, nominibus nil famulata suis.
Fortia marcebant vetulo sub iudice membra,
Aetas praesentem perdiderat puerum.
Sublimis postquam conscendit fulcra cathedrae,
Cana tener populis dogmata disseruit.
Aurea fluxerunt locupletis schemata linguae,
Sol vitae nitidum reddidit eloquium.
Alvus ut ecclesiae tumuisset semine Verbi,
Non deerat pastus lactis apostolici.

---

v. 5 • serta redemitus *B* v. 6 gemis *VL* v. 7 populus *B* v. 9 uotis $V^a$ v. 10 tacit $B^a$ v. 12 calebis *B*, calibis *ceteri* v. 13 uotiorum $B^1$

[CXCVI] de sancto simpliciano episcopo successore eius *VLCP* v. 3 ope *Hartel* v. 5 zephiris *V*, zeferis *B* v. 10 auet $B^1$, abet $B^2$ v. 12 molibus *BVLC*, moribus *Pb Sirm. et Hartel*

[CXCVII] de beato (beat *V*) ueneri sequente *VL*, *om. C* *Epigrammata CXCVII, CXCVIII, CC, CCI, CCV cum aliis exhibet sylloge antiqua visa Alciato et Fontanae, unde edidit Mommsen in Corp. Insc. Lat. V. 2 p. 618 ss.* v. 1 for • ma (*eras.* f) *B* iuueni *Alc.* sectando $V^a$ v. 5 fulcra] pulcra *B* v. 6 docmata *B* disseruit populis dogmata cana puer *Alc.* v. 7 lucupletis $B^a$ schemata *Sirm.*, stimmata *B*, stemmata *VLCP Alc. et Font.* *vers. 8 et 9 om. Alc.* soluitae nitidum (a *exp.*) *B*, soluit et enitidum *C*, soluet et enitidum *Font.* v. 9 alvus] alius *Font.* tumuis sed *B*, sumisset *Font.* v. 10 et cibus haud deerat lactis apostolici | obit prid. nonas maias ann. p. s. CCCXCV *Alc.*

## CXCVIII (CARM. 2, 80).

## DE VENERABILIS MAROLI SVCCESSIONE.

Marolus, extremae potator Tigridis undae,
Qui iubar in madidis viderat hospitiis,
Quem labor in proprio Syriae solidaverat axe,
Orditur vatem dotibus innumeris:
Pervigil intentus ieiunus providus ardens.
Quod morem tenuit, sat fuit officio.
Os tenerum quotiens gustus contingit honesti,
Transit ad affectum quod fuit imperii.
Terra potens olim patribus fundata beatis
Nobilibus mundum partubus inradiat.

## CIC (CARM. 2, 81).

## DE CVLTORE DEI MARTINIANO EPISCOPO.

Mens nivei lactis, species manifesta columbae,
Astutia serpens, Martiniane, vale.
Lubrica te dubii dum poscunt flamina vulgi,
Inveniunt pavidum, ne mereare legi.
Vnus erat mundo contraria iudice narrans,
Qui, ut caperet regnum, vincere non meruit.
Protinus ad magni perductus limen honoris
Exul caelorum civibus inseritur.
Post geminas sanctis construxit mundior aedes,
Lumine quas clauso iussit habere diem.

## CC (CARM. 2, 82).

## DE VENERABILI GLYCERIO EPISCOPO.

Suffusus minio perque optima facta rubescens
Virginei vultus Glycerius sequitur.
Puram sanguineo maculat dum rore figuram,
Picta genas facies simpliciter placuit.
Candentem crocea gestans aspargine frontem
Laeta verecundis tinxerat ora notis.

---

[CXCVIII] successio *V*, successio *L;* Marolo Syro *inscr. Alc.* v. 1 potatur *B* undae] orae *Sirm.* Tigridis extremae potator Marolus undae *Alc.* v. 2 magicis *Alc.*, manidis *Font.* v. 3 quemque suo labor in Syriae . . *Alc.* v. 4 dotibus innumeris conspiciendus erat *Alc.* v. 6 more quod hic tenuit . . . *Font.*, officio atque omni maior honore pater *Alc.* v. 7 sic fuerat quoniam teneris eductus ab annis *Alc.* v. 8 effectum *CPb et Font.* . . . qui dedit imperio *Font.*, ad maiora senex transiit imperia *Alc.* v. 10 partibus *b et Font.* irradiat *Alc.* dep. IX. kal. maias ann. p. s. CCCCI *add. Alc.*

[CIC] v. 4 merearelegi *B*, mereare elegi *b* v. 7 limen] culmen *CPb* v. 10 abere *B*

[CC] Glycerio pontif *inscr. Alc.* v. 1 optima] omnia *Alc.* v. 2 Glycerius vultus sic oculosque tulit *Alc.* *vers. 3 et 4 om. Alc.* v. 4 genas (as *sup. lin. m. 2*) *B* v. 5 crochea *B* aspergine *VLC et Alc.*

Indeptus sceptrum, tribuit quod testis imago,
  Purpura quem mentis prodidit imperio.
Hunc habuit populus parvo vix tempore felix,
  Sed rursus magni missus ad obsequium.

## CCI (CARM. 2, 83).

## DE SANCTO LAZARO ANTISTITE.

Lazarus ut diri premeret pede culmina mundi,
  Vocibus adcitus trux venit in medium,
Quem frons laeta parum vitiis depinxerat hostem,
  Mulcantem culpas luminibus tacitis.
Respiciens lapsus detersit nubila vitae,
  Curam saepe dedit vulneris obsequio.
Non latuit, tectis facinus qui gessit in antris:
  Absens criminibus tortor ubique fuit.
Innocuis placida vernabat luce serenus,
  Ceu speculum noxis iniciens faciem.

## CCII (CARM. 2, 84).

## DE AMICO DEI EVSEBIO PONTIFICE.

Eusebius Ligurum successit finibus hospes,
  Ignotae tractus plebis amicitia.
Graius erat, socio Titan quos respicit ortu
  Flammigero limfas vertice decutiens.
Mitis conpositus largus pius integer audax,
  Crederet ut damnum non dare perpetuum.
Flevit pauperiem miserans, adrisit habenti,
  Gaudia cum cunctis tristitiamque gerens:
Hunc index operis locuturo nuntiat orbi
  Fama virum, gentes de statione trahens.

## CCIII (CARM. 2, 85).

## DE GERONTIO VIRO SIMPLICI EPISCOPO.

Ecclesiae postquam parta est tibi sella, Geronti,
  Funera decessor non timuit moriens.

---

v. 7 septrum *B*[a]    testis] gestat *Alc.*    v. 9 hunc habuit *Alc.*, hincauoet *B*, huncauoet *VLCP*, hunc habuit et *Sirm.*, hinc abiit *Hartel*    populos *VLCP*    parvo vix] modico sed *Alc.*    v. 10 quae nimis excellunt ocyor hora rapit | obiit XII kal. octobr. ann. sal. CCCCXX *Alc.*

[CCI] v. 2 accitus *V et Alc.*    v. 4 multantem *b et Alc.*    tacitum *Alc.*    v. 5 lapsos *coni. Hartel*    v. 6 dedit] tulit *Alc.*    v. 7 sectis *Font.*    v. 8 turtor *B*[a], suter *Font.*    v. 9 placida] plena *Font.* serenum *Font.*    *vers. 7—10 omisit Alciatus et subscr.* CCCCXLIX. preidie eid. mart.

[CCII] v. 1 hospis *B*    v. 4 limphas *V*    v. 5 intiger *B*[a]    v. 6 dampnum *V*    v. 7 auenti *B*    *vers. 9 om. b, 9 et 10 om. P*    indix *B*    loquitur enuntiat *coni. Hartel*

[CCIII] uiro simplici *om. Sirm.*

Te reparante redit, patitur sors pallida letum,
  Vivit post obitum discipuli pretio.
Agricolis iunctus coluisti germina vitae
  Nec serpens lolium pabula laeta tulit.
Qui dedit in medium quem lex iubet optima victum,
  Emit terrenis fructibus ille polum.
Errorem mentis pressisti lege laborum:
  Otia non passus virtutibus veheris.

## CCIV (CARM. 2, 86).

## DE VENERABILI BENIGNO EPISCOPO.

Exere quae posuit mens nomina certa, Benigne!
  Quem quisquis vocitat, testis erit meriti.
Cana fides hominem dum narrat, detegit actus.
  Nil loquitur casu pignoris adtonitus.
Praescia venturi non errant vota parentum,
  In verum vertunt blanditias subolum.
Ante patres censens sedit plaudente senatu,
  Praelatum sanctis extulit ille caput.
Verg. Aen. 9, 433. Pollice sed diro ceu flos succisus aratro est.
  Spes decus et genius de foribus cecidit.

## CCV (CARM. 2, 87).

## DE BEATISSIMO VIRO SENATORE EPISCOPO.

Verg. Aen. 7, 612. Qui vicit trabeas solium cinctumque Gabinum,
  Consulibus praestans ecce Senator adest:
Ingenium velox, sermonis cura rotundi,
  Virtutum pretium, forma pudicitiae,
Abdita librorum, mysteria clausa prophetae
  Qui dedit in lucem schemate quo voluit.
Orbis ad extremi missus secreta verendis
  Curavit studiis quod fuerat lacerum.
Tunc oriens victum peregrino lumine fassus,
  Haesit ad aspectum lampadis alterius.

---

v. 4 niuet *B*    v. 5 agriculis *B*

[CCIV] uenerabili (ue *sup. lin. m. 1*) *B*    v. 3 narrat (rrat *in lit.*) *B*    v. 4 attonitus *V*    v. 5 erant *B*    v. 6 ueram *b*    sobolum *B*ᵃ *V*    v. 10 floribus *B*

[CCV] *Huius carminis decem versus et inscriptionem sequentis om. B ab inscriptione CCV ad CCVI delapsus errore, quem corrector in mg. notavit signo* d̃h    uincit *Sirm.*    solio *Alc.*, solitum *Font.*    v. 3 ingenio *Alc. et Font.*    . . cultus sermone uerendis *Alc.*    *vers. 4—6 om. Alc.*    v. 5 mysteria] mileni *Font.*    *vers. 6 om. Font.*    v. 6 schemate *Sirm.*, stemmate *VL*, stemate *CP*    v. 7 moribus extremam missus ad orbis humum est *Alc.*    orbis] orcus *Font.*    secreta] seuera *Font.*    *vers. 8 om. Alc. et Font.*    v. 9 tunc se oriens *Alc.*    fusus *Font.*    v. 10 expectum *Font.*    lampadis] luminis *Alc. et Font.*    publ. sal. ann. CCCCXCIII. V kal. maias *add. Alc.*

## CCVI (CARM. 2, 88).

## DE DOMNO THEODORO VIRTVTVM OMNIVM VIRO EPISCOPO.

Tu lux certa tuis, spes tu fidissima rerum, Verg. Aen. 2, 280.
Vatis apostolici tu, Theodore, vigor,
Virtutum cumulus, substantia lucida veri,
Monstrat acervatis quem labor in studiis,
Praescius accinctus fortis tranquillus amicus
Conpositus simplex, tu bonus et sapiens,
Fatidicus, semper tibi conscia corda futuri,
Deprensum fluxit te reserante malum.
Quem timuere feri calcantes culmina mundi,
Dilexit spernens dura supercilii.

## CCVII (CARM. 2, 89).

Restat quem longo servet rex inclitus aevo.

## CCVIII (DICT. 24).

## DICTIO EX TEMPORE QVAM IPSE DEVTERIVS INIVNXIT.

### THEMA.

Perfunctus pelago Diomedes tutus in arvis
Naufragium deflet, quod sine limfa fuit.
Quam propter varios contendens vicerat aestus,
Vxor ad alterius transierat copulam. —
Causa querellarum simulato nomine vera est.
Huius verba, precor, comite vos placidi.

### ADLOCVTIO.

O numina, si vobis non eveniunt cuncta disponentibus, divisa potestas est, aut 1
et malorum estis auctores. quodsi humanarum rerum quemquam ex numero vestro
cura sollicitat, felicitatem mihi redeuntis tribuite aut errorem, quem finistis ingrati.
si caelum vocanda piorum possessio, si propter momenta laetitiae mortalibus orata
tribuuntur, nolite beneficiis vestris sociare vindictam. cur taliter ad effectum vota 2
tetendimus, ut pararetur caelitum suffragio de occasione prosperitatis adversitas?
reddite, quaeso, propitii incommoda, quae tulistis; restituatur pelagus, ne terreno pereat
fama naufragio. secundis rebus proximum est quaecumque adcesserint mala nesciri.
ignominia, quae me in facie perculit, non tetigisset absentem. uxorem, pro nefas! 3

---

[CCVI] uiro *om. Sirm.* v. 2 teudore *VLCP* v. 4 quam *Sirm.* v. 5 accintus *V* v. 7 fastidicus *B*[1] tibi] tu *Sirm.* v. 8 deprehensum *B*

[CCVII] *Linea vacua relicta hunc versum sine inscriptione exh. BV, ad Laurentium episcopum referendum esse recte monuit Sirmond* seruet rex] seruatrix *B*[a] *post* aeuo *duo folia pinxit B*

[CCVIII] 1 tempore (pore *sup. lin.*) *B* iniuncxit *B* 3 diomedis *B* 4 limpha *V* 6 copolam *B* 7 querelarum *V* 9 allocutio *V* 10 numima *B*[a] 14 affectum *Sirm.* 16 terrena *V*[a] 17 accesserint *V*

nisi ad eam redissem, amisisse non crederer. inflexit statum meum abiurata calamitas.
stationi propior fuit liquentis error elementi, portum in genitali solo perdidi, quem
saepe in vasti gurgitis sinibus adquisivi. haccine est domus optata, cuius desiderio
periculorum promittebatur oblivio, cum spe sequentis gaudii praesens malorum poterat
4 forma nesciri? cuiquam de miseriarum terminis sunt nata principia aut de perfunctis
casibus evenit exordium? aliquando optata contigit non amari? aut adcessit ut
hominem laederet fuga discriminis? me novis semper pessima ictibus fortuna perculit,
cuius si in deterius vergit mutatio, simplicem nocendi servet speciem, ne successionibus
5 insolescat. uxorem, malorum comites, habui ad pudicitiam naturae luce transmissam,
cui splendor oriundi creverat institutis, ut gemino defensa propugnaculo nullatenus
facinorum crederetur ictibus subiacere nec dura castimoniae obscenitatis evisceratione
6 mollire. illa numquam fulvum metalli quaesivit ornatum nec pretiosorum candore
lapidum nivem corporis imitata est; non ulla habuit decoris adiumenta, dum placuit.
scivit coniugalis iura sacramenti fucatis studiis non iuvari nec obligatum tenuisse con-
iugem, quando alium praeter eum, qui descendit a moribus, quaesivit nupta fulgorem.
mansit illam educandorum pignorum servitus libera, dum talem se praebuit, quae et
7 desiderari meruerit et virum numquam putarit absentem. illa sexum mentis firmitate
duraverat, dum in ea muliebris inbecilla consilii de virili ceperant auctoritate sub-
stantiam. iam lapsibus ordinis sui doctrina medicante repugnabat et translata in usus
alteros feminarum ridebat excessus. in summa, talis periit, quales solent a maritis
lacrimas inpetrare. Circeo, ut aiunt, poculo a se translata est et in votum migravit
8 adulteri. sed quid agamus inter anxia et incerta deprehensi? recipiat nos pro remediis
exosa navigatio et lassatae rudentibus manus stuppea rursus vincla meditentur. haereat
clavis dextera, ut frenatae puppis per gubernaculum iura moderetur. depictus sideribus
axis reddatur aspectui. dispositionis nostrae itinera noctium dirigantur indiciis. sit
solacium luminibus meis, si profanati non videatur terra coniugii. fugiamus patriam,
in qua tale effectum est matrimonium nostrum, quod et amisisse pudeat nec haveant
vota recipere.

(CARM. 2, 90).

Tibull. II 5, 3.

Imperii custos, vocali pollice cordas
Per numeros animans tibi fila loquentia carmen
Verberibus plectri, doctor, servire coegi.
Cirrha potens Phoebo, laticis pia turba sereni
Tu mihi semper eris, qui pectora clausa remotis
Inseris officiis et dextro numine conples.
Deprecor, exactam fauturus suscipe vocem,
Extortis pretium donans te iudice dictis.

---

1 amissise *B* 2 propior *Sirm.*, proprior *codices* 3 haecin• (*eras.* e) *B* 4 promittebatur ...... malorum *suppl. in mg. inf.* $B^2$ 5 cuiquam *B*, cui umquam *ceteri* 6 accessit *V* 8 seruat *b* speciem ne in deterius successionibus (in deterius *exp.*) *V*, speciẹm successionibus *L* ne] sed *vel* ut *conicio* 9 insoliscat *B* habui] auoi *B* 14 iubari $B^a$ 15 praetere eum *B* discendit *BVLC* 16 illa *Sirm.* 17 merueret *B* putarit *scripsi cum Hartelio*, putaret *libri* 18 in ea] illa *Sirm.* coeperant *B*, coeper̃ *V*, coeperunt *L*, ceperunt *reliqui* 19 repugnauit *B* 23 et *om. Sirm.* manus rudentibus *VLTCP* uincula *TCb* 24 dexter . aut *VLTCP* per• (*eras.* i) *B*, per *sup. lin.* *V* 25 itenera *B* 27 amississe *VL* habeant *B*, aueant *ceteri*, audeant *b* 28 recipere finit *B* 29 ad Deuterium *inscr. Sirmond, qui hos versus a dictione superiore segregavit* 31 quoegi *B* 32 chyrra *BVL*, tyrra *CP*

## CCIX (CARM. 2, 91).

### EPIGRAMMATA.
### DE MARMORIBVS OPERE SARSORIO.

Visceribus lapidum permixta lege coactis
Naturam faciunt artificum studia.
In solidum fractis riguerunt marmora membris,
Partibus in crustam colligitur genius.
Vnam de variis speciem conponere frustis
Qui potuit, saxum duxit in obsequium.

## CCX (CARM. 2, 92).

### IN MISSORIO VBI IMAGO IPSIVS EST.

Divitibus pretium est Ennodi forma metallis.

## CCXI (CARM. 2, 93).

### IN CONCA IPSIVS.

Parturit unda sitim, quam splendens conca ministrat.

## CCXII (CARM. 2, 94).

### DE EQVO QVEM ACCEPIT HVNISCO.

Belliger algenti sonipes nutrite sub axe,
Per Tanais medium pectora sicca ferens,
Cana pruinosis mandentem gramina lustris,
Virtus lege poli quem sibi percoluit,
Post domitas gentes, post flumina tanta cruoris,
Alter te dominus, sed manet ipse labor.
Linque precor lituum, cantus passure beatos:
Captivus pacis mitteris obsequiis.
Nil tibi cum bellis: commendant bucina letum.
Quid iuvat expertas semper amare neces?

---

[CCIX] epigramata *B*, epigr̄ *VL* oper̄ arsorio *V*, operū arsorio *L*
[CCX] in] de *Sirm.*
[CCXI] v. 1 sitem *B*
[CCXII] de equo] de eo quo *B*[1] accipit *B*[1] v. 1 sonipis *B* v. 3 proinosis *B*[a] v. 7 beatos *Sirm.*, beatus *BVL*, beatis *CP* v. 10 iubat *B*[1]

## CCXIII (CARM. 1, 2).

## DICTIO DATA DEVTERIO V. S. GRAMMATICO NOMINE IPSIVS EVGENETI V. I. MITTENDA.

Gaudia transcendunt vires, vox laeta superbit,
Ingenii maciem prospera non metuunt.
Dulcia temporibus famulantur fila secundis.
Quod felix meruit, nobile carmen erit.
Vox iusti quaestor, legum substantia, nobis
Ceu Phoebus mittet tympana plectra lyram.
Docta Camenarum coeat pia turba sororum,
Offerat arguto pollice quod loquitur.
Turgida fatidici vix possint pectora vatis
Virtutum species enumerare tuas.
Verg. Aen. 11, 508. 2, 280. Tu decus Italiae, spes tu fidissima recti,
Fax, tuba causarum, purpura nostra, vale!
Luminibus locuples solem te Roma vocavit
Celsa, Quirinali suscipiens gremio.
Eloquio lyncem, tu subdis voce leonem.
Melle tuo serpens gutturis arma premit.
Fetibus orbatae ferrent tibi munera tigres,
Quae dolor et feritas aure pavente daret.
Te pene demessum ceu florem dextera fati
Dum lacerat, Christus perculit exitium.
Reddita se melius nunc vincit vita beati,
Actibus adseritur quod venit a superis.
His fretus non legatos neque verba precantum
Callida fucatis artibus elicui:
Ipse ego, mendicae transmittens verba Thaliae,
Donum more dei te precor ut tribuas.
Hortulus exigua sociatus parte retardat
Spem solidam, fieri ne merear dominus.
Hanc mihi largiri non spernas, lumen honorum;
Sic voti compos saecula nostra colas,
Sic te regnantis sublimet celsa potestas,
Sic currant meritis aurea facta tuis.
Amphion Dirceus tetigit quod pectine, vixit:
Nulla mori rerum tunc animata potest.
Commoda de Musis numquam fluxere tot annis,
Affectu pretii quas mihi concilia.

---

[CCXIII] eugeniti *B* v. 6 foebus *B* mittit *malim* v. 14 quirinalis *B*[1] v. 15 subdis *Hartel*, subdes *libri* v. 16 premet *Sirm.* v. 17 orbatae ferrent] orbata efferent *B* v. 19 pene] bene *Schott!* v. 22 superius *B* v. 23 legatos *Sirm.*, legatus *libri* nec *CPb* v. 25 taliae *B* v. 26 donum] domnum *B* v. 27 sociatus] *i. e.* vicinus, sociandus *coni. Hartel* v. 29 honoru m (m *in lit.*) *B* v. 31 te] ter *B* sublime *B* v. 32 facta] fata *Sirm.*, saecla, *quod coniecit Schott, ex v. 30 supplendum est* v. 33 anphion *V*, anfion *B* dyrceus *B*

## CCXIV (DICT. 3).

## DICTIO DATA STEFANIO V. S. VICARIO DICENDA MAXIMO EPISCOPO.

Prodit religiosae votum conscientiae mens laudibus devota pontificum. adsertio 1
ingenii est, deo obsequentibus mancipare quod loquimur; in quorum praeconiis forte
angustus sermo vulget inperitiam, manifestat tamen, si abstineatur, infantiam. quis
mendicam narrationem aestimet, quam vota locupletant? saepe in facundiae dotibus 2
pauper invenitur vena praedicantis, et e diverso thesaurus cordis inradiat in egestate
verborum. qui vice dei iudicat, non desiderat picta colloquia sed quae infucatus
commendat nitor ingenii, quia in his etiam sine amore blanditur eloquentia, in illis
splendorem suum veritas nuda commendat. sine faleris est omne quod dictat affectio. 3
ad unguem fabricantur illa, quae volumus non tam speciem recti habere quam simili-
tudinem. ad te, venerabilis mihi antistes Maxime, sermo est, cui in meritorum testimonio
virtus coepit a vocabulo, in quo actus eloquitur qui nomen appellat. provida parentum
tuorum diligentia prius te eligi voluit quam probari. te olim saecularibus inhaerentem 4
titulis castrensis sudor excoluit et ad ecclesiae gubernacula pars adversa solidavit,
sicut deus loquitur per profetam: 'qui in modico fidelis, et in magno fidelis est'. te Luc. 16, 10.
sacrarum iudex et consilii comitem meruit et laboris. bene venerandis initiandus
altaribus et in laica conversatione quod sacrum esset elegisti. tu pudicitiae in illa 5
aetate custos inventus es, in qua et lex obsequitur desideriis. satis enim est pueritiae
ambitum, quem licentia fulcit, horreri. Christus milites suos, quos in personam ducis
adtollat, inter acies quaerit hostiles. adscitus ecclesiae pontificem actibus inplesti ante
tempora dignitatis. non fuit advena benignitas, quae naturae innixa radicibus de cano
flore germen ostendit. temporale est omne quod fingitur, perpetuum quod cum aetate 6
maturescit. non tibi sacerdotium rem doni credimus evenisse sed praemii. alios vulgi
aura gratia lenocinante commendat, tibi rigida circa culpabiles districtio dedit affectum.
manet te singularis sapientia, quae licet generaliter optanda est, tamen existit in
magistro necessaria. frustra monitoris personam suscipit, qui inpacti non praevalet 7
aestimare pondus officii: vilissimis conparandus est, nisi praecellat scientia, qui est
honore praestantior. dedit tibi apicem res iudicii, non favoris. dignus pontifice amor
est, quem censura conciliat. devenustat institutoris genium, qui per solam gratiam
vult placere. tu his eruditus et formatus caeli benificiis plus agendo plebem institues 8
quam loquendo. illa monita discipulorum conscientiam eruderant, quae praebentur
exemplo. sine pudore invitat ad innocentiam, qui illam non fuerit ipse sectatus. te
inter secreta penetralium quasi testem metuunt, qui peccare disponunt. nascentibus

---

[CCXIV] *Isidorus hanc dictionem Symmacho papae tribuit inscribens:* incipit epistola symmachi papae laurentio mediolanensis ecclesiae archiepiscopo directa. dilectissimo atque carissimo fratri laurentio mediolanensis ecclesiae archiepiscopo. symmachus episcopus in domino salutem *A (Paris. 9629) R (Vatic. 630) S (Vatic. 3791)* 1 stefanio *B*, stephanio *VL* 3 assertio *V et Isid.* 8 uice dei mendat nitor *B*, iudicat — com *suppl. in mg. codicis Schott* 11 non tam] notum *A(?)RS* 12 mihi] mi *Hartel* antestis *B* in meritorum] immeritorum $V^a TS$ 14 elegi *B* 15 castrinsis *B* 16 prophetam *V et Isid.* modico] minimo *R* 17 sacrum *ARS* iudix $B^a$ 18 eligisti *B*, et legisti *AR* 19 custus *B* 20 quam licentiae *ARS* 21 attollat *V*, adtolat *A* 24 alios $T^2$, alius $BVLT^1CAS$, aliis *R* vulgi aura] uulgari *A*, uulgaria *RS* 25 commendatur *CPb* culpabilis *B* 26 manete singularis $B^1$ 30 institutionis *CPb* 31 eruditus] conditus *Sirm.* beneficiis *V et Isid.* plebem *B*, populum *ceteri* instituis *Sirm.* 32 erudierant $T^2AR$ prebentur *B*, probentur *Schott in notis et Hinschius*

culpis metus et reverentia tua negat effectum. qui inter exordium occurrit vitiis, et
9 occasionem lapsus adimit et concupiscentiae purgat auctorem. haec beatitudini tuae quasi strictim pro linguae meae commendatione dedicavi. si precibus tuis vitae successus adriserit, gestorum tuorum plena me relatione consecrabo, ut quae universis nota sunt, mansuris in posterum litteris, quatenus gaudeat aetas secutura, serventur.

### CCXV (CARM. 2, 95).

## EPITAFIVM SANCTI VICTORIS NOVARIENSIS EPISCOPI.

Nomine proposito meritis certamine Victor,
Despicis oppressas maculato semine terras.
Tu carnis vitiis possessor corporis expers,
Lubrica subiectis domuisti saecula membris,
Tranquillus patiens corrector providus acer.
Hic reddens tumulis cineres, ad celsa vocatus
Spiritus aetheria congaudet lucidus arce,
Busta supercilio miseratus cernit Olympi.
Vnde triumphati respectans funera mundi
Cassibus exutis concedis praemia membris.

### CCXVI (CARM. 2, 96).

## DE QVODAM ROMANO QVI MAGISTER VOLVIT ESSE.

Index naturae studium tibi non venit ullum.
Littera nulla colit brutae commercia linguae.
Numquam discipulus, valeas dic unde magister?

### CCXVII (CARM. 2, 97).

## DE ANV QVADAM.

Algidus in vivo moritur dum corpore sanguis,
Annorum glacies cum siccat pabula vulvae,
Seminis et custos refugit cruor utilis inguen,
Marcida cur iuveni sociaris, Galla, marito?
Pignoris in thalamis periet fiducia iuncto.
Nam subolem laxis mendacem vivere rugis
Insimulans, epulis das prolem feta cloacae.
Adtulit hoc venter, quod coniunx iungat ad ora!

---

1 aeffectum *A*, affectum *CT*[1]*R* exordium *B*, exordia *ceteri* 2 lapsuum *A*, lapsum *RS* adimet *B* 4 consecrebo *B*[a] uniuersus *B*[a] 5 quatinus *VLTR* seruentur finit *B*

[CCXV] epitaphium *V* episcopi Nouariensis *Sirm.* v. 2 dispicis *B* v. 3 expers (ers *in lit.*) *B* v. 4 subiecta *V*[a] v. 5 correptor *Sirm.* v. 8 cernis *fort.* v. 9 unde (de *sup. lin.*) *B* v. 10 concedis *scripsi cum Hartelio,* concedes *libri* membris finit *B*

[CCXVI] romano quodam *B; sed in litura, quae est supra utrumque vocabulum, transpositionis signa dispiciuntur* uoluit magister *VL* v. 1 indix *B* illum *Sirm.*

[CCXVII] annu *B* v. 3 custus *B* inguin *B* v. 4 sociares *B* v. 5 pignori sint thalamis *B* pariet *b et m. rec. in B* v. 6 sobolem *V* v. 8 attulit *V*

## CCXVIII (EPIST. 5, 6).

## LEONTIO ABBATI ENNODIVS.

Supra meritum meum summa circa me beneficii caelestis adolevit, dum qui 1
poena dignus sum, iustorum praemia consecutus exulto. frustra delinquentes periculi
mater desperatio ad extrema praecipitat. in errore maximo constituti meo ad spem
solidam reparentur exemplo. nescio de quo opere mihi, de qua innocentia epistolarum 2
vestrarum fructus accesserit et animam peccati ubertate locupletem caelestis boni
melle satiarit: nisi quia ille qui vulnera nostra suscepit et pro nobis doluit, mutata
meritorum condicione, quos flagellis dignos viderit, castigat muneribus et versa vice
noxiorum animas dum secundis replet, pudore meliorat. superni ergo secreti dignatione 3
confabulationis vestrae fruges elicui. vos de corporis mei sanitate sollicitos ille
reddidit, qui animae meae curam per spiritales medicos ad statum indultae valitudinis
redire conpellit. quae sit in me substantia membrorum, religiosae sollicitudinis
investigatione perquiritis, quorum status animae partem neglegens toto mundi istius
gravatur imperio. agite oratione me talem fieri, qualem adseritis blandimentis, quia 4
fuci nescia propositi vestri claritudo quem bonum esse praedicat ante tempus innocentiae, adnuntiat mox futurum. fratribus meis et conservis, quos direxistis, quantum
exhibere solacii potui, voto potius quam re idoneus non negavi. superest ut accipientes 5
obsequia mea cum universo cui praeestis concilio per dei omnipotentis misericordiam coniurati deo pro parvitate mea precibus insistatis, ut cui deest per actiones suas fiducia bonorum, per suffragia vestra contingat.

## CCXIX (EPIST. 5, 7).

## EVPREPIAE ENNODIVS.

Quamvis saepe ingenii mei maciem cognovisses, periclitari tamen ieiunia oris 1
olim probati iussionis celeritate voluisti. sed ego non abnuo oboedire diligenti, ut si
facundiae deest meritum, gratia subveniat obsequendi. variae sunt donorum caelestium,
licet ab uno auctore progrediantur, species: alium commendat perfectio, alterum
insinuat quod sine tarditate aliqua vult parere. domnae meae Cynegiae epitafium vix 2
una hora habens tractandi spatium inelimata velocitate conposui. vide necessitatem, ut illam tantorum meritorum feminam verborum saltibus explicarem. parcat sterilitati meae venerabilis anima accipiens pro schemate dictionis studium sine nube dictoris. tu, mi domina, epistolam praesentiae meae vice conplectens ora, ut spiritus illius scabridis nequaquam laedatur officiis.

---

[CCXVIII] 2 adoliuit *B* 4 disperatio *BVL* (disaperatio $B^a$) 5 solidam spem *b*, spem *sup. lin. P* 6 animam *B et sup. lin.* $T^2P^2$, ad imam *VL*, ad unam $T^1CP^1$ uberate $B^1$ 7 satiauit $B^a$ 10 sollicitus *B* 11 spiritalis *B* medicos *sup. lin. B* 12 substantiam *B* 13 perquiretis *B* quorum .. partem *in lit. B* necligens $B^1$ 14 orationem | et talem *B*, me talem oratione *ceteri* adseritur $B^1$ 16 quintum *B* 17 solocii $B^1$ 18 preestis (r *ex* a *corr.*) *B* misericordiam (am *sup. lin.*) *B* 19 actionis $B^1$ 20 contingat finit *B*

[CCXIX] 21 eupraepiae *BV* 22 tamen ante ieiunia (ante *sup. lin. P*) *Pb* 23 prouati $B^a$ uoluistis *(alt.* s *sup. lin.) B* 24 subveniat] ueniat *Sirm.* 26 cynaegiae *B* epytafium *B*, epitaphium *V* 28 sexplicarem $B^1$ 29 uenerabilis ...... sine *suppl. in mg. inf.* $B^2$ accipiens *B*, suscipiens *ceteri* scemate *V*, scematae *B* 30 mi *B*, *om. ceteri* spirituis *B* spiritus sancti illius (illius *sup. lin. P*) *CP* 31 scabridis (b *corr.*) *B*

### EPITAFIVM.

Nil sexus nec busta nocent, nil fila sororum
  Vltima, fallaci pollice quae tenuant.
Mixta deo mulier vivit post funera factis,
  Mascula femineo tramite gesta ferens.
Sanguis honor genius probitas constantia vultus
  Vicerunt tantis exitium pretiis.
Moribus adseruit magnorum stemma parentum,
  Indicium generis mens cui clara fuit.
Instituit natos vitam servare serenam,
  Dum docet exemplis semper amare deum.

## CCXX (DICT. 25).

## VERBA THETIDIS CVM ACHILLEM VIDERET EXTINCTVM.

1 Intercepta est pio quaesita fraus materna consilio. invenerunt Achillem nostrum
fata et ab alia natura subreptum, nec profuit quod sexum, quem ei origo dederat,
astutia conmutavit. feminam diuturnitate non didicit et viri fortis animum mollis con-
suetudo servavit. quis credat inefficacem fuisse provisionem, quam et dea et mater
2 invenit? non est praemium inmortalitas, quam nec genetrix transmittit ad subolem,
nec per eam, quod filium casibus furetur, occurrit. ut numquam doloribus subducamur,
numina sumus. quae est ista condicio, quando de penetralibus viscerum nostrorum
3 quod leto serviat exhibemus? caelicolum potentiam aut liceret posteritati conferre
quod possidet, aut caris decedentibus pro lamentationis termino daretur occumbere.
inferiores hominibus sumus quibus similes parimus, in hoc deterius Parcarum ludibrio
4 subiacentes, quia nescimus exitia pignoribus obligatae. superorum maxime, aut pro-
sapiem nostram subduc fortuitis aut nos pro beneficii conlatione summitte. liceat pro
caro, si non vincimus interitum, vel subire. stat ante oculos meos orbitas, idcirco
deterior, quia illam pro aeternitatis meae sublimitate praescivi. o lugendam numinum
felicitatem, cum illud quod de adversis ignorari non licet, non donatur avertere!
5 recordor praeteriti sollicitudinem temporis et curas meas, quibus nequiquam invigilavi,
reminiscor. quid profuit Stygiae paludis auxilio nati corpus armatum, dum illud, quod
a nobis sumere debuit, quaereremus a gurgite? in membris prolis nostrae, quem dea
tenuit, locus est vulneris. cur non laxioribus digitis lympha se miscuit, ut ex toto
6 exclusisset ictus superis unda sublimior? quid etiam iuvit Chironis elegisse magisterium,
qui aetatis lubricum doctrina solidaret? credo diversis institutionum callibus, ut bellum
filio placeret, invenimus. apud monitorem fortissimum actum est, ut vires, quae
sequebantur, consilia non haberent. quis miscendum feminarum latebris virum saporem
velit haurire certaminis et inde provideat pignori, unde facit perire quod providet?

---

1 epytafium *B*, epitaphium *V*  4 mixa *B*[1]  5 feminae otramite *B*  8 stimma *B*[1], stema *V*  9 cui] tua *CP*[2]*b*  10 natos] tantos *B* (*cf. CCCXXXIII 8*)

[CCXX] 12 tetidis *B*  acillem *B*  13 acillem *B*  15 consetudo *B*  16 in • efficacem *B* • quam *B*  17 sobulem *B*, sobolem *V*  18 occurret *B*  19 ista *sup. lin. B*  20 exhibimus *B* licet et posteritati *B*  21 decedentibus *T*, decidentibus *BVLCP*, decendentibus *Sirm.*  22 parimus *scripsi*, paremus *libri*  23 subiacente *B*  nescimus exitia] *i. e.* non morimur, *an* non nescimus (*v. 27*) exitia? obligata *malim*  24 subduc *B*, subtus *VLT*[1]*CP*, subter hec *T*[2]  summittae *B*, summitti *VLT*[1]*CP*  26 lugendam (a *corr.*) *B*  31 lymphas se miscuit *BVL*  32 iuuit *Sirm.*, iubet *codices*, iuuat *T*[2], iuuet *Schott*  chyronis *V*  34 munitorem *B*  36 velit *scripsi*, uellet *libri*

iam duratas spiculis manus ad calathos frangebamus et illos umeros, quos spoliati 7
leonis terga calefecerant, auro distincta vel murice palla claudebat. non facilis transitus
fuit, iuvenem nostrum puellam post gustum laudis imitari; nec astute conponitur, quod
non in tenerae aetatis primordiis imperavi. sed quid transacta recolo, cum animum 8
meum futurae calamitatis pulset immanitas? video Troiae fumantis excidia et statu
eam manente subversam; video Hectoris proelia acerba Graiugenis, qui idcirco crevit
opinionibus, ut suboli meae, dum occumbit, triumphi crescat ad pretium; raptatum
quadrigis adhuc bellaturi corpus agnosco, et Achillis mei minui commodis quod ex
pondere decrescit extincti; video quod irae proficit perire conpendio. sed quid his 9
laudibus pascor orbanda? reliqua silentio tegam, ne ante doloris tempus narratione
conficiar. habeat consolationem de taciturnitate aeternitas nostra, quam non habet
de natura.

## CCXXI (DICT. 14).

## IN LEGATVM QVI PATRIAM HOSTIBVS PRODIDIT.

Si excellentius crimen est, quod digna veneratione persona conmiserit, habetis, 1
iudices, in uno homine duo diversissima: et proditoris meritum et sacramentum legati.
sed vincitur in ipsis vox superata primordiis; facinus vix credo, quod arguo. quis
aestimet in vocabulo integritatis consummatam cecidisse perfidiam? cogimur dicere,
quia nil mali aut proditor metuat aut verus legatus admittat. quid accusationi meae 2
pro innocentia nomen opponis? insequentem posses effugere, si esses meritis quod
vocaris. nemo cautius malus est quam qui absconditur sub appellatione pietatis. tutum
est iniquitatis exercitium, quod honestatis tegitur indumento. facessat propositum
praestigiis potius quam mente constare. enervata defensio est, quae nudi honoris
nititur nihil valitura testimonio. ut nocentior contra patriam existeres, viam tibi 3
consilia nostra pepererunt. nos egimus, ut fortior hostis, dum propugnatorem quaerimus,
adpareres. non sentiremus quae inrogasti patriae inimicitiarum pondera, nisi sumpsissent
ab amicitiarum religione principium. externis adversariis sine labore congredimur:
inerme pectus invenit, qui de gratiae fruge in affectum prorumpit inimici. egimus
foederis tempore, ut generalem adversarium, quid gravaret patriam, non lateret. iste 4
enim, cognitorum splendidissimi, si neglegentius in suscepto functus officio per animi
taedium sociorum conmodis institisset, capitale mereretur exitium: quale est enuntiasse
hostibus interna patriae, pro quibus segnius certasse sacrilegium fuit? quibus sunt
expianda tortoribus, quando illud perdideris, quod nefas est non iuvisse? quantis
colorum varietatibus et urbanitate letali ad hoc perductus aestimatur, ut legati per-
sonam putaretur inplere? solet virtus, quae innata non fuerit, cura et nutrimentis 5
institui et transire in affectum quod feceris studio falsitatis. usu honestatis robur
adipiscitur, qui bonum sub diuturnitate mentitur. servasses adhuc benivolentiam
captiosam, nisi inspexisses laedendi callem legationis clave reseratum. tale est, ac si 6
aegris sub febrium iactatione languentibus adlaturus salutem curator adveniat et

---

1 calatos *V*, calatus *B* 3 laudis *BCP*, laudes *VLT* 4 tenere aetatis *V*, tenera aettatis *B*, teneris aetatis *b* 5 meum *om. Sirm.* statu] fato *Schott; intellege:* video (animo) eam (iam) subversam statu (adhuc) manente 6 graiuienis *B* quidcirco $B^a$ 7 soboli *V* occumbit *Hartel*, occumbet $B^2$*VLTCP*, occumberet $B^1$ 8 acillis *B* ex] de *Sirm.*

[CCXXI] 19 posses *Pb*, possis *BVLT* essis $B^a$ meritus *b* 20 uocares *B* 23 existeris *B* 25 appareres *V* 28 grauaret• *B* 30 capitalem $B^1$ 31 signius *B* 32 iuui•sse *B* 35 institui | usu $B^1$, et transire ..... falsitatis *suppl. in mg. inf.* $B^2$ robor *BVLT*$^1$ 36 seruassis *B* 37 laedenti *B* 38 allaturus *V*

animam in penetralibus suis sub medicinali specie exclusurus inquirat: quis, rogo, huic
non pandat secreta vitalium et in quibus adhuc locis vigor subsistat adnuntiet? facilis
extinguendi ministratur occasio illi, a quo sanitas postulatur. sic te, inpurissime
7 omnium, adversus nos intimorum reseratione munivimus. ex vestro nunc, cognitores,
pendet arbitrio, si qui peccatis vicit universos, non debet omnes reos superare suppliciis.
nascituras in posterum culpas incidite; eveniet ex unius cruciatu generalitatis emendatio. genus pietatis est circa hostem patriae esse districtum, ne dum personae parcitis, ad incrementum vitia provocetis.

## CCXXII (DICT. 15).

## DICTIO IN NOVERCAM QVAE CVM MARITO PRIVIGNI ODIA SVADERE NON POSSET VTRISQVE VENENA PORREXIT.

1 Adest, iudices, noverca, quae ut satisfaciat odiis, non parcit affectibus, quam
ne privignus evaderet, elegit miscere eius casibus quem dilexit, quae saevissimarum
more beluarum de confusis mortibus tesseram fecit, dignos leti sorte aestimans, quicumque cum inimico illius potuere trucidari. ruptis repagulis accepit furor eius exer-
2 citium, quasi neci deputatum perimens quidquid occurrit. generalitati perniciosa esse
desiderans, nisi defecissent toxica, adhuc ira crescebat. hausta sunt a duobus venena
quae repperit; quod in aliorum servaretur exitio, non remansit. heu! quemadmodum
gemuit defectum poculi, cum cadavera pauca conspiceret, indignata sibi quod de funesto
3 liquore plus defunctis, quam quod occideret, dedit. quaesivit de extinctorum visceribus
pretium mortis alienae, si licuisset abstrahere, ut plurimis per guttas fata dispergeret,
ut animarum penetralia virus nobile possideret. ante experimentum perniciosus effundebatur umor in poculum; fecit eam quid perdidisset agnoscere, postquam de sucis
4 abundantibus paucos extinxit. ubinam gentium fuit animus coniugalis diligentiae?
ubi maritalis sacramentum copulae? plus egit privigni quam tori recordatio. dum
inmanitati obsequitur, effugatus est viri praesentis affectus. credidit in quocumque
5 vivente privigni remanere posse substantiam. lucem voluit profana confundere et
humani generis messem mundo labente succidi, quicquid in occasum potuit ire praecipitans, veternis Erebi legibus diem nostrum cupiens scelerata submittere, ne illum
vel post inferna odiosus inspiceret. quantis gradibus et profectu scelerum ad venena
descendit? diu exitium distulit, quod aliquando in tormentis constituto ingessit vice
beneficii. ante flagris fame frigore inimicum corpus adflixit; postrema est in novercali
6 indignatione necis executio. vellem in accusatione, iudices, diutius inmorari, nisi
facinerosae poenam prolixior lingua differret. nolumus, quas peroranti conceditis, ut
addicenda in luce mereatur indutias. quotiens, scelestissima feminarum, subdolis
privignum fovisti mentita conplexibus? quotiens innoxiis potionibus egisti, ut de
manu tua mortem securus acciperet? captata sitis tempus et bibendi necessitatem,

1 suis *sup. lin.* B  3 extingendi B  4 omnium BVLT, hominum CPb  cognitore | splendit B, cognitores pendit *ceteri*  5 uicet B  reus B  7 destrictum BVL  8 parcetis BVL

[CCXXII] 10 possit BVLT  13 dignus B  15 quicquid V  occurret B  16 a duobus] ad uobis B  18 gemut $B^a$  fenesto B  21 possederet B  23 paucus $B^1$  24 thori *codices*  28 herebi *codices*  illam Pb  29 odiasus $V^a$  30 discendit B  31 afflixit V  32 necis . . . accusatione *sup. lin.* $L^2$  exsecutio V  uellim B  33 concedetis $B^a$  35 mentita conplexibus $BV^b$, complexibus mentita $V^aLT$, complexibus matrem mentita CPb; mentita *i. e.* mendax (*ut v.* 28 scelerata = sceleste)  innoxis $B^a$  36 captasti *Hartel; at hic accusativus pro ablativo absoluto poni videtur ut CCXL 38*

forte ut citius letum porrigeres exorabat. habuisti misericordis opinionem privigni
desideriis obsequendo. quotiens matrum loca tenuisti, ut novercam tutius exhiberes? 7
solet, libertatis praesules, in coniugali consortio unius subolis ut commune pignus
adtendi, dum affectio quam pater obtinuit transit ad filium. decedentibus matronis
virorum providentia, dum ad educandam posteritatem curarum participes quaerunt, sic
novercas inveniunt. saepe tamen sub hoc vocabulo mater accedit eo cautior circa 8
germen alienum, quo sollicitius nomen tragicum vult vitare. genetrices munit securitas
et sacramentum nominis sui, quae etiam misericorditer creduntur irasci. vestras, in-
fausta, blanditias iure respuimus, quibus per fucum malitiae interna vestitis. erubesco, 9
cognitores sanctissimi, damnatam meritis suis diuturna inpugnatione sustentare. non
est anceps sententia, quam labore suspendo. utinam exquisitis effugetur de luce
cruciatibus et lentis secta vulneribus exsistat superstes corpori suo! non uno tempore
de propriis sedibus nocens anima pellatur. in affectum reducitur puritas, quotiens
generalitatis oculos expiaveris cruce noxiorum.

## CCXXIII (DICT. 16).

## IN EVM QVI PRAEMII NOMINE VESTALIS VIRGINIS NVPTIAS POSTVLAVIT.

Creditis, iudices, per hunc victoriis lamenta misceri et triumphorum saporem 1
displicere de praemio? aestimatis offendi deos in effectu rerum et deduci ad paeni-
tentiam numina, quae vota iuverunt? adest hominum nequissimus, qui gemere nos
imperat, quod patriae nostrae vicit inimicos, qui consummatis proeliis, dum laboris
pretium flagitat, et hostes et bella commendat, qui exhausta putat laboris esse suffragia,
nisi quae iratis caelicolis conferuntur, ut possit civitas eius perdere quod per ipsum
creditur adquisisse. confidit genium bellatoris pictis tabulis et imaginibus non teneri 2
nec requirit, ut servetur saeculis aere formatus: sola opinatur esse gaudia, quibus evenit
munus adulterii. si ad hoc te casibus obtulisti, ut pro sudore tuo nominari pudeat
quod requiris, nos non possumus scortis debere quod vicimus. non pio amore bella 3
gessisti, qui post adversarios in civitatis medio cum pudore congrederis. sine causa
hostes depulisti, qui eorum vicibus fungeris in triumpho. habuimus statum honestatis
liberum, dum casibus subiacemus. fugienda est virorum fortium felicitas, per quam
iungimur miseriis subditorum. etenim, curiae lumina, per minutias scelerum hunc 4
opinamur ad inmania vota perductum. quantis gradibus exercitatum facinus pervenit
ad hoc, ut vitia laudibus mercaretur! credebamus eum, dum vitam in tentoriis ageret
et ad insignia roboris duris corpus successibus invitaret, civico amore constringi, ut
per militiam eius nec incendium urbes nec sacras corruptela virgines possideret. iste
enim emit tot vulneribus, ne alter facinorum fruge potiretur. quid tibi debeam, 5
crudelissime hominum, datur intellegi, per cuius benificia superati exitum victor

---

1 (te) forte *Hartel* porrigeris *B* exorabas *Cb* 2 totius exhiberis *B* 3 sobolis *V* 4 attendi *V* 5 educandum *B* 7 traiecum *B*, traicum *sup. lin.* *L*[2] vitare] uincere *CPb* genetrices *scripsi*, genitricem *BTC*, genetricem *VL* munet *B* 8 (sunt) quae *Hartel* infauste *C*, infaustae *Hartel* 9 uestites *B* 10 cognitoris scanctissimi *B* 12 existat *V* superstis *B* 13 anima | appellatur *B*, a. uellatur *Sirm.*

[CCXXIII] 17 uicturiis *B*[a] 18 deus *B* diduci *VL* 19 nomina *B* iuberunt *B* homo *Sirm.* 20 inimicus *B* 21 hostis *B* 23 immaginibus *B* 24 requiret *B* seculis *sup. lin. B* 26 pio] pro *b* 28 hostis *B* 31 peruenit (per *sup. lin.*) *V* 34 urbes *Hartel*, urbis *libri* uirginis *B* 35 enim (= autem *p. 25, 3*) *hic per dittographiam ortum esse censeo* 36 beneficia *V* exitium *Cb*

ingemisco. dicite, praesules libertatis, quem potius habuimus qui animos nostros
possedit in tubarum clangore terrorem, dum ferri seges equorum fremitus minaretur
6 exitium? credo, ne libera patrum colla catenarum rigor adstringeret, ne inviolabilis
matribus pudor in civitatis excidio deperiret, ne votiva virginitas sacris mancipata
culturis praedonis igne raperetur, ne famula castitas hosti pretium fieret insultanti, ne
corporibus ex humana condicione liberatis vis inimica subriperet et adversariae pudi-
7 citia libidini ad ultimum deducta serviret. quaero a te, heroa magnanime, quid de
patria tua mali depuleris, si haec quae timui victor optasti, dum mortes hostium ictibus
tuis numinum favor addiceret? percunctor utrum poposceris superos in illa necessitate
fautores? si fecisti, perfunctus periculis sacerdotibus eorum pro debita oblatione
minitaris? si non adhibuisti pia vota certamini, quid tibi debeo, quem sine precibus
8 suis generalis prosperitas comitata liberavit? si intellegis, multum est quod debes
numinibus, si studuerunt supplici: maius, si dederunt victoriam non petenti. credo,
digressus e proelio loco principe delubra veneratus es et ibi gratiam retulisti, unde
praedam feriatis manibus certas abripere. vereor ne templis nulla face consumptis
ducat vestalem virginem sors secunda captivam.

## CCXXIV (EPIST. 5, 8).

## ENNODIVS PETRO.

1 Postquam venerabilis iudicium principis periclitatis moribus magnitudinis tuae
donavit te honorum germine pro messe virtutum, per linguae ferias fovens inreligiosa
silentia et in eloquentia tua et in meo amore peccasti, quia naturalibus adolescit
elocutio munita superciliis, quotiens prosperorum famulatur indicio. copiosior facundia
honorum militat incrementis: profectus suos non inparibus significant peritorum ora
2 successibus. ecce inamabilis taciturnitas et vobis dicendi abstulit genium et mihi
laetitiae invidit effectum. referatis forsitan: posses me, amice, de ignoratione culpare,
si quid tibi de apice meo promiscuis dedicata nuntiis fama suppressit. sed ego
agnoscere carorum culmina rumore non patior et manifesta gaudii colligere de opinionis
3 inconstantia. noveram quam mihi devinctionis spem simplex eruditi dudum fecisset
allegatio. credebam frustra me in illa parte serenis animum auris committere, unde
Verg. Aen. 1, 301. tu me esse hilarem non iubebas. illam ipsam mille alarum fabricatam remigiis
scriptionis tuae aestimabam pedibus potuisse superari, ne amanti expectata bona tibi
4 fructum praeripiens alter ingereret. ecce, mi domine, honorem salutati accipiens
agnitis dolorum causis remedia properata non deneges, quia, quantum praesumo, nec
5 fides in diligentia nec ad unguem ductus sermo vos deserit in loquella. Non contentus
tamen uno dicendi genere displicere carmen adieci, ut post epulas Antenorei gurgitis,
quas lavacra Aponi coacta in artum carnis lege castigant, dum illud quod aquarum

---

1 dicite *(alt.* i *corr.) B* praesulis *B* animus *B* 2 possidit *B* ferris egis *B* fremitu *b* 3 credo *sup. lin. B* adstringerit *B*, astringeret *V* 4 in *om. Sirm.* 6 libertatis *B* et *sup. lin. B* pudicitia . . . . . . . . eroa *suppl. in mg. inf. B*[2] 8 mortes *Sirm.*, mortis *libri* 9 addiceret *Sirm.*, addicerit *libri* percontor *V* 10 fauctores *B* oblatione minitaris] oblationemitaris *B*[1] 11 certaminis *B*[1] 12 liberabit *B* 13 numibus *VL* studerunt *B*

[CCXXIV] 18 iudicium *Sirm.*, iudicia *codices*, iustitia *Hartel* 21 cupiosior *B* 22 suos *Sirm.*, suus *libri* 24 possis *B* 26 de opinionis] dō opinionis *B* 27 diuinctionis *BVL* 28 auris] auribus *T et Sirm.* comittere *VL* 29 hilarem esse *Sirm.* 30 astimabam *B* tibi *sup. lin. B* 31 ingererit *B* 32 praeparata *Sirm.* denegis *B* 33 loquela *V* 34 antenori gitur | gurgitis (e *iniunxit et* gitur *del. m. 1) B* 35 quas *B*, quos *ceteri*

fetibus distenditur, aqua desecat, ego quoque, qui Heliconis fluenta non tetigi, poeta novus admiscear. accipe ergo risum motura poemata et Glovidenum tuum te solum agnovisse contentus a publico rigore me subtrahe, quia, si est quod forte placeat, sententia mihi vestra sufficit, si quod morsu dignum sit, secretum puto quod de amici culpis agnoveris. dabis etiam veniam, quia oculorum pressus angore poemata fortasse 6 claude conposui. non enim possunt esse versuum solidata vestigia luminis officio destituta. lege ergo aquas calidas, quas invisis.

Tollitur adclini tellus subnixa tumore,
  Leniter elato fulta supercilio.
Verticibus nullis caput admovet illa superbum
  Nec similis pressis vallibus ima petit. Verg. georg. 1, 401.
Fumifer hic patulis Aponus fluit undique venis,
  Pacificus mixtis ignis anhelat aquis.
Vnda focos servat, non sorbit flamma liquorem:
  Infuso crepitat fons sacer inde rogo.
Ebrius hic cunctis medicinam suggerit ardor.
  Corpora desiccans rore vaporifero.
Hic pyra gurgitibus, scintillis fluctuat umor:
  Vivitur alternae mortis amicitia. Verg. Aen. 6, 121.

Ne pereat, Nymphis Vulcanus mergitur illis,
Foedera naturae rupit concordia pugnax.

## CCXXV (EPIST. 5, 9).

## ENNODIVS FAVSTO.

Secundet desideria honesta divinitas, felix auspicium bonis non negetur studiis, 1 ingenuae intentiones prosperorum fructibus convalescant! votorum obsidem tradidit honestati, qui ad liberales adspirat superis faventibus disciplinas. bonarum affectus artium dirum dedignatur ingenium. ad eloquentiae ornamenta non tendunt nisi moribus instituti. his Partenius noster germanae filius incitatus stimulis Romam, in qua est 2 natalis eruditio, festinat invisere; cui magnitudinis vestrae suffragia sum paterna pollicitus. datur culmini vestro per supplicantem genius, dum, quod usus exigit, precibus inploramus, ceu si quis credat se ortum solis, cursum fluminis oratione promereri. non est benificium, ubi ordo servatur: mori obsequitur, quod obligat universos. ego tamen supra cursum, a quo nequaquam disceditis, aliquid accepturus 3 occurro. direxi personam, in qua meritorum meorum status aestimetur. alios forsitan commendatio iuvet indebita: parentibus minus est, quicquid superare non possumus. domine mi, servitia salutationis repraesentans, portitorem paucis eiusque negotium elocutus, restat ut agnoscam quid mereatur persona causa proximitas.

---

1 desiccat *prop. Hartel, cf. v. 17* eliconis *codices* 3 ag • | nouisse (*eras.* n) *B* 4 morsut *B*[1] 6 cauda *B* 7 inuisis *scripsi*, inuises *libri* 8 adcliui *CPb* 10 admouit *B* 11 similes *B* 12 fumiger *Sirm.* 14 focos *Sirm.*, focus *libri* sorbet *b* 18 pyra *Sirm.*, poera *BV*[b] *L*, poena *V*[a], par *C*, per • *P*

[CCXXV] 23 diuinitas] diuturnitas *Bb* 24 intentiones *T*[2]*CP*, intentionis *BVLT*[1] inualescant (*sup.* in *scr.* con *m. 1) V*, coninualescant *L* 25 liberalis *B* 27 germinae *B* 28 natalis *B*, naturalis *ceteri; cf. CCLXXXII 2* 29 exiget *B* 31 beneficium *V* uniuersus *B* 32 discedetis *B*, disciditis *VLT* 33 alius *B* 34 iubet *B* 35 mi] mihi *BVL* eius *in lit. B*

## CCXXVI (EPIST. 5, 10).

## SYMMACHO PAPAE ENNODIVS.

1 Dum sedem apostolicam coronae vestrae cura moderatur et caelestis imperii
apicem regitis, blanditur profectibus parentum, quod meis promissum tenet officiis.
spem sine labe obtinet apud constantem virum fideliter obsecutus. grandis est pompa
2 praestantis, quotiens quod unus meruit, plurimis repensatur. superorum instituta
sectantur, per quos generatio recipit, quod persona condiderit. sic Israelitici delicta
populi propter David poena non tetigit, dum genti opitulata est praecessoris integritas,
3 et fides hominis aut eripuit de errore populum aut iuvit in gratia. Partenius igitur
praesentium portitor germanae filius hac ad coronam vestram fiducia animante directus
est, quem sollicitudo liberalis Romam coegit expetere. sancta sunt studia litterarum,
in quibus ante incrementa peritiae vitia dediscuntur. hoc itinere cana ad annos
pueriles solent venire consilia, dum quod aetas refugit, norunt instituta praestare.
4 fovete ergo, cuius veniendi causas patefacta consanguinitate didicistis. habetis obsidem,
in quo dilucide meritorum apud vos meorum qualitas innotescat. domine, ut supra,
salutationis reverentiam obsequiorum devotione restituens precor, ut perlator praesentium
famulus vester felici sorte peregrini apud vos nomen excipiat, quia quod adtributum
fuerit precibus meis, vestrum supra dotes suas ornat officium.

## CCXXVII (EPIST. 5, 11).

## ENNODIVS LVMINOSO.

1 Videro apud quos plurimis adserendus est, quem instituti liberalis cura sollicitat:
vos patronos meruit causa communis. non ignari peregrinos suscipitis nec erudiendos
animatis. expertis manus necessitatibus frequenter adhibetur, dum ad eloquentiae
palmam feriato ore eos qui titubant invitatis. exemplis hortatur ex peregrino potens,
2 ex incipiente perfectus. utraque Partenio germanae meae filio pars convenit, cui ad
venerabiles disciplinas Romam petenti pro ferratis calcaribus sufficit vos videre. si ab
humanitate non discrepat, sublimitatem tuam gerens ante oculos rebus ad virtutem
potius quam monitis excitatur. magistra laboris est laudis ambitio, praecipue quando
3 in illo exuberat, quem similis retineas fuisse fortunae. sed si vobis cordi sum, circa
memoratum patrem reddite, ut amor mutuus de vicaria inpensione gratuletur, ut quicquid in magnitudine tua dudum laboris exhibui, mihi per alterum reformetur. domine,
ut supra, salutationis obsequia dependens satis esse ad commendationem credidi, si
4 qui esset portitor non lateret. precum prolixitate utitur de inpetratione diffidens:
argumentum est nil merentis diu rogare. facessat a moribus tuis, ut perdas beneficiorum genium, dum longa supplicatione producitur de effectu celeri sublevandus.

---

[CCXXVI] 1 symacho *B* 2 moderatur *B*, moderetur *ceteri* 3 regetis *B* quod] quid $B^a$ tenet *B*, tenetur *ceteri* 4 labe] labore *CPb* fedeliter *B* 5 plurimis] pluribus *Sirm.* superiorum *b* 6 sic] si *B* esraelitici $B^a$, israhelitici *VL* 8 fidis *B* iuvit] iubet *B* parthenius *VL* 9 portior *B* 10 literarum *B* 11 annas puerilis *B* 13 fouete *TCP*², fouite *VL*, fouit *B* cuius *om. Sirm.* consanguinitarum qualitas $B^1$, rum *del. et* te dedicistis ........ meorum *suppl. in mg. inf.* $B^2$ 16 attributum *V*

[CCXXVII] 19 quos] quod $B^a$ 20 communes *B* perigrinos *B* suscipetis $B^1$ 24 calcarebus $B^1$ 27 retineas *sup. lin.* *B* cordis *B* 32 merentes *B*

## CCXXVIII (EPIST. 5, 12).

## ENNODIVS FAVSTO IVNIORI.

Deo gratias praefatus, qui oculorum meorum quas inexplicabilis dolor pepererat 1
nubes abstersit, iure ad ipsum beneficia sua referens, qui lumen dedit et reddidit. vix
enim post innumeros dies sanitatis fiducia animante respiro. et hoc ad absentiam
culminis vestri prolixiorem respicit, ut quem genius suus de vicinitate deseruit, nil
videret. sed potens est ille, qui corporis tulit nebulas, rerum serenitate mutare
tristitiam. post elocutionem necessitatis ad negotium redeo, quod coactum inpetravit 2
adloquium. amabitis, ut spero, baiolum, quem adserit causa veniendi. Partenius,
sororis meae filius, per liberalis studii disciplinas ingenuus vult videri. optat, ni fallor,
peculii vestri habere testimonium. magnitudo igitur vestra praeteritorum tenax, memor 3
praesentium, prudens futuri, perlatorem pro mea commendatione suscipiat, et qui erit Symm. ep. 1, 38.
per visionem vestram scribente felicior, peregrinationis non patiatur adversa sentire.
domine mi, debitum servitium reddens precor, ut vel per hanc occasionem, qua illinc
Partenius susceptas poterit paginas destinare, desiderati multiplicetur forma conloquii.

## CCXXIX (CARM. 2, 98).

## DE ANVLO FIRMINAE INL. FEMINAE.

Nil fallit simulans: quod finxit dextera, verum est.
Inmobilis stantem fugitat lepus arte molossum,
Insertus rabidis ridet furor aureus ursis,
Gestandus manibus saevit leo blandior ira.
Cognoscit dominam genius famulante metallo.
Mitigat illa feras, dum plebem pascit egentum.

## CCXXX (CARM. 2, 99).

Aspicis Albinum titulos post busta dedisse,
  Funera qui meritis vivacibus iugulat.
Inclite, cui, princeps, dum subdis iura magistri,
  Vere sepulturae contigit ille locus.

## CCXXXI (CARM. 2, 100).

## ALIVNDE.

Creticus hic sollers quidam vocitatur homullus,
Naribus argutus, gressu celer, ore timendus,

---

[CCXXVIII] 1 iun̄ *BV*, iunior *L*, *om. T* 5 uicinitates $V^1L$ 7 quoactum *B* 8 adloquium (d *del. et* l *supersc.*) *B*, alloquium *V* amauetis *B* baiolum *B*, baiulum *ceteri* 9 liberali *B* optant *B*, optans *fort.* 10 haberetis testimonium *B* 13 mi] mihi *BVL* 14 desederati $B^1$ conloquii. expl̄i *B*

[CCXXIX] inl. f. *VL*, *om. B* v. 1 fallet *B* v. 2 leipus $V^1L^1$ molosum *VLC*

[CCXXX] de Albino *inscr. Sirm.*; *sine ullo discrimine superiori carmini subiungit B* v. 1 titulus *B* v. 4 uere] iure *Schott et Hartel*

[CCXXXI] aliunde *B*, *om. ceteri*; de cane uenatico et agna *Sirm.* v. 1 solers *B* v. 2 celer ore timendus] celero redimendus (d *ex* t *corr.*) *B*

Lucan. 4, 442. Inpavidus presso signans vestigia rostro.
Quo cervus capreae lepores lupus ursa vagatur,
Invenit, et tepido capitur fera provida lecto.
Luditur agnellae post proelia tanta volatu:
Molle pecus volucrem praevertit fraude molossum.

### CCXXXII (CARM. 2, 101).

### DE SCVTELLIS.

Tot Iovis inlecebras, tot crimina viva figuris
Dum bene depingit, vitiosa est dextera fabri.
Argenti pretium est facinus retinere vetustum,
Ne purum superet, quod furtis Iuppiter egit.
Nil licet aetati, scelerum monumenta resurgunt.
Admonet exemplis qui culpas format avitas.

### CCXXXII[a] (CARM. 2, 102).

Si tantas facies tunc sumpsit divus adulter,
  Se primum falsis lusit imaginibus.
Quid non mentito violasset corpore numen,
  Cuius forma suo gaudet adulterio?

### CCXXXIII (CARM. 2, 103).

Laesa Venus non est, naturae vincula constant:
Bucula Dedalei cessat mentita laboris.
Ingenio vivens nil mugit vacca biformis,
Fictaque nec verum coitum dant ligna iuvencae.
Ecce iterum tauro mulier summittitur uxor,
Humanas pecudum suspirant pectora flammas.
Vasta iugum cervix, cur suscipit area colli,
Qualiter adstricto sudavit marcida loro!

### CCXXXIV (CARM. 2, 104).

Forma caput facies Deuteri cuncta magister,
  Innumeris doctor dotibus ille cluit.

---

v. 3 signans] rimans *fort., cf. CCCCXXXII 2*     v. 7 molossum *(pr. s del.) B*

[CCXXXII] v. 3 angenti *B*     v. 4 fortis *B*     v. 5 nullicet *B*[a]     munumenta *B*     v. 6 admonit *B*

[CCXXXII[a]] aliud *inscr. b et Sirm.; haec disticha cum hexametris superioribus sine distinctione coniungunt BVL*     v. 4 forma sua *V*[a] (o *falso primum super — ma scripserat V*[b]), formo suo *L*

[CCXXXIII] de Pasiphae et Minotauro *inscr. Sirm.*     v. 2 bucula *B*[a], bucola *B*[b], bocula *VL*     cessant *B*     v. 3 nil***mugit uaca *B*     v. 4 fictae nec *malim*     uirum *B*     coitum *Sirm.*, coetum *libri*     iouince *B*     v. 5 summitetur *B*, submittitur *V*     v. 6 pecodum *B*     v. 7 iagum *B*     cursuscepit *BVLP*, cur suscipit *Cb et Schott in not.*, cursus capit *Sirm.*, rursus capit *Hartel*     aerea *Hartel ex cod. Escor.*     v. 8 astricto *V*

[CCXXXIV] de Deuterio grammatico *inscr. Sirm., om. codices, sed lineam vacuam reliq. BVL Recensuit hoc epigr. etiam O. Jahn (Berichte der sächs. Gesellsch. 1851 p. 352)*     v. 1 foriuas apud facies *B*     magistri *Jahn*     v. 2 cloit *B*

Excuset linguam genius perfectus ubique.
  Quod fari nescit, displicet inde malis.
Grammaticam iactant artem nescire magistrum:
  Hoc melius simplex moribus instituit.
Oratoris opus lapidosaque culmina Tulli
  Non tetigit: celsum rhetora nullus amat.
Discipulis satis est vultus tacitique verenda
  Calvities: Phoebae lumina plena vident.

## CCXXXV (EPIST. 5, 13).

## ENNODIVS HORMISDAE.

Scimus religiosi sacramenta propositi ab obnoxia peccatis multitudine innocentia 1
et fide separari et titulos venerabilis officii mores potius insignire quam corpora. quis
bonum conscientiae inter homines quaerat, si mundi adhibenda est circa pontificum
statuta necessitas, si sacerdotum promissio circumspecta cautione servabitur? num-
quam habuit in affectu constantiam, cui facere aliud de pollicitatione non licuit. saeculi Isid. Pelag. II ad
conversatio legum metu retinetur, dei famulos quod bonum est exhibere convenit non Benign. 3.
formidini sed amori. dudum dum nobis metus instaret et de clementia pii regis dubio 2
meritorum aestimatione penderemus incerto, caballos nostros tot dandos domno papae
tali reverentiae vestrae condicione tradidimus, ut si nobis animalia ipsa non essent
necessaria, iustum pro ipsis pretium mitteretur. et quia novit optime sanctitas vestra,
nos dum potuimus per allegationem tuam utilitates sanctae Romanae ecclesiae
sublevasse, nunc pro vicissitudine facite de veritate beneficium. quaesumus etiam 3
salutatione praefata, ut quid super hac parte deliberatio vestra habeat indicetis, quia
credimus nec praefatum sedis apostolicae praesulem nec vos, qui mediatores exsistitis,
aliud cogitare, nisi quod et proposito et iustitiae sine dubitatione conveniat.

## CCXXXVI (EPIST. 5, 14).

## ENNODIVS SERVILIONI.

De perfectione confidunt discipuli, quotiens magistrorum praesentiam praestu- 1
lantur. spes eruditionis manifesta est, ut fruatur genio suo, invitare doctorem. clara
sunt ingenia, quae instruentum agitantur desideriis. monitorem requirunt, qui felici
sorte didicerunt. sic ego sanctitatis tuae adfectione possessus, quamquam me de 2
peritia iactare non audeam, vultum tamen praeceptoris expecto, ne degeneri te credas
ecclesiasticum germen filio conmisisse, quia quamvis memoria mea ad centenos se non
valeat fructus extollere, scit tamen semina multiplicata redhibere cultori. veni ergo,
ut coram positus segetem tuam boni agricolae vice respicias. deus procul avertat Isid. l. c.

---

v. 3 excuset *Hartel*, excusit *B*, excussit *ceteri* v. 8 nona etigit $B^a$ retora *BV* v. 10 calvities] caluitia et (ti *sup. lin. m. 1*) *B*, *recte fort.* febae *B*, Phebes *Jahn*

[CCXXXV] 3 potius *om. B* 7 famulus *B* 8 formidinis ad amori $B^a$ 9 penderimus *B* caballos (*sive verius* cavallos) *scripsi*, camelos *libri*; *conieceram primo* mulos domino *B* 11 necessera *B* (*sup. lin.* i) 12 tuam] nostram *CPb*, tum *malim* utilitatis *B* 13 pro *om. Hartel* 15 exsistetis *B*, existitis *V*, extitistis *fort.*

[CCXXXVI] 18 praestolantur *V* 21 dedicerunt *BVL* affectione *V* quanquam *V* 22 peritiae *B* 24 ualeant *B* 25 segitem $B^a$

invidiam. ita vomeribus tuis ecclesiasticae fecunditatis planta convaluit, ut nulla
3 saevientis procellae possit inpulsione subverti. nolo praeiudicio laudis sanctitatis tuae gravare conscientiam: inspicies quae litterarum testimonio declarantur. superest salutatione praelata, ut ad gaudia tua iam properes, quia divina beneficia gradibus semper adcedunt et, quibus bona conferunt, meliora pollicentur.

## CCXXXVII (CARM. 2, 105).

## EPIGRAMMA IN NATALE INFANTI ARATORI V. I. EX TEMPORE.

Iure colis proprium natalem, pulcer Arator,
Qui si non coleres, numquid arator eras?

## CCXXXVIII (CARM. 2, 106).

## DE QVODAM INCERTI PROPOSITI ET VITAE TVRPIS.

Tot rebus fallax quid garris, pica biformis,
Semivir et tremulo qui vexas turpia lumbo?
Quod tibi propositum, qui sexus constitit umquam?
Quid non mentiris, vir femina, sancte profane?

## CCXXXIX (DICT. 17).

## IN EVM QVI SENI PATRI CIBOS SVBTRAXIT. DATA ARATORI.

1 Nescio, iudices, utrum inveniatur poena, quae criminibus satisfaciat inpetiti. interim deest linguae copia, quando facinoris novitas superat arguentem. iste est filius qui grandaevo patri, cum posset praebere alimenta, denegavit, id genii sceleribus suis
2 adsocians, ut esset patre incolumi parricida. putas evasisse te debitum de non inlata genitori morte supplicium? ut esses nocentior, pepercisti. potuisses cruciatus, quos intuleras, ultimo patris fine concludere, si medica manu iugulum praestitisses. prima est malorum tuorum adinuentio, creatoris proprii exitium nec removere ut pium filium
3 nec ut crudelem decet inferre. quid est quod inter utramque viam, exquisiti inventor periculi, neutram sectatus pasceris promulgata tabe genitoris? vixit te procurante eo infelicior pater, quod mori te procurante non meruit. nemo, sanctissimi, dubitat mundi istius mala advocata nece sepeliri et communem sortem votum esse inter adversa

5 accedunt *V*

[CCXXXVII] natale *BL*, N͠L *V*, natalem *b* infanti aratori *B*, infantis aratoris *VL*, infanti aratoris *b* v. i. *om. VLCP* ex *om. B* v. 1 coles *B* pulcher *V* v. 2 qui si] quis *B* colores *L*[1]*CP*, coloret *B* numquid *B*, numquam *ceteri*

[CCXXXVIII] v. 3 constitit] contigit *Sirm.* v. 4 scancte *B*

[CCXXXIX] 6 patrice bos *B* 7 damta (*del.* m) *B* 8 nescidiudices *B* 9 cupia *B*[1] 10 possit *B* sceleribus (ri *sup. lin. m. 1*) *B* 11 illata *V* 12 innocentior *Sirm.* 13 medica manu. Iugulũ *B*, manu iugulũ medica *V*, manu iugulum medica *CP*, ma | nũ tuorum iugulũ media (nũ — media *in lit.*) *L*, manum iugulo medicam *Sirm.* 14 tuorum *in mg. suppl. V*[1] 15 utrumque *B*[1] inuentior *B* 16 neutrum *B*[1] 17 scantissimi *B* 18 sepiliri *V* comcmunem *B*[a]

constitutis. necesse est optari quod modum ponit amaritudinis. rogo, quibus est beluis 4
conparandus, qui procuratione sua infert dura sine termino: cuius doli, dum manus
abstinet ab auctore lucis, leto commutanda pepererunt? iam erat genitor istius annorum
fasce contritus, iam per tremenda senis membra aevi depopulatio vestigia olim robusta
subverterat, iam diuturnitatis morsibus in rugas, quae declarabat hominem, forma ver-
gebat: non tamen sine spe subsidii ad maturitatem pervenerat, cui iam maior suboles
adridebat. potiori fiducia ad victum congregata dispersit, quem semper scimus horrea 5
sua in pignoris alacritate posuisse. omen putavit cogitare de substantia, cui exsistebat
natus incolumis, ad gelidam canitiem hoc putans posse sufficere, quod reparatus in
prosapiae annis viridioribus non peribat, cum repente egregius iuvenis tali patrem
securitate nudavit. vellem paulisper, venerandi cognitores, ad hunc verba convertere; 6
sed reor perire monita, quae profligatis moribus exhibentur. putamus, venerandi homi-
num, ad hos usus prolem cuiuspiam magisterio pervenire? sufficit germini institutio
naturae, quando quod solent facere doctores, infundit eorum pectoribus lex humana.
non est ex adcidenti bonum debita conplere; nec deesse potest ratione praeditis, quod
avibus probamus insertum. versa vice aquilas legimus fetuum ministerio pasci, et 7
beneficia parentum, quot inplumes nati, quando ovorum tunicis exuuntur, indepti sunt,
quadam districti aequitate restituunt. non putant volucres esse liberum adcepta dene-
gare. quale est ingenium, quod circa diligentiam suorum alites nescit imitari? transeo
multiplicibus exemplis luporum rapacitates: ieiuno escas parentibus ore deferunt et
inpasta visceribus fera ad creatores suos currit ore locupleti. vos perpendite conscien- 8
tiam rei, quali poena digna sit quae inusitata conmisit, quia propagantur inpunitate
vitia et, nisi iudicantum censura succurreret, peccandi vis per generale corpus exiret.

## CCXL (OPUSC. 4).

Sirm. p. 416

## DE VITA BEATI ANTONI.

### PRAEFATIO.

Vt proeliantes adsurgunt bucinis, ut equorum celeritas ad potiorem cursum fer- 1
rata calce provocatur, ita dum maiorum virtus sollicitat ingenia novella, confortat.
qui cana exercitia et veterum gesta relegit, ad disciplinarum frugem propositis laudum
praemiis inardescit. imago praecedentis gloriae ut ad posteros veniat, linguarum
catena retinetur. non licet per aetates perire, si quid lectio serenis actibus amica
susceperit. itaque eloquentiae diuturnitas mortalis naturae sine congressionis periculo 2
vincit angustiam, per quam optimorum conversatio ipsis decedentibus nescit occasum.
restituitur quidem corpus origini et destinatus a superis spiritus ad proprium recurrit

2 termino (te *corr.*) *B* 4 fasce *BT*[2], face *VLT*[1], falce *CP* tręmentia *malim*, tremebunda *Mohr* 5 diuturnitates *VLT*[1] rogas *B* 6 subolis *B*, soboles *V* 7 arridebat *V* fuducia *B* scimus — exsistebat *om. C* 8 potauit *B* existebat *V* 9 potans *B* 10 prosapie *Sirm.* ueridioribus *B* peribat] merebat *Bb et Hartel* 11 uellim facilis peruenerandi cognitoris *B* 12 sed reor] sedicio *B*, sed scio *coni. Hartel* potamus *B* 13 bos usus] occisus *B* instituti *B* 14 doctoris *B* infondit *B*[1] petoribus *sup. lin.* c *B* 15 adcidendi *B*, accidenti *V* 16 legimur *B* pasci] parci *B* 17 beneficium *Sirm.* quot *scripsi*, quod *codices*, quae *Hartel* inplumis *B* ovorum] duorum *B* tonicis *B* 18 equitatate *B* esse uolucres *B* accepta *V* 19 aliter *B* 20 luporem *B*[a] rapacitatis *B* escar *B*[1] 21 fera] fora *B*[a] *ut videtur* curret *B* locopleti *B*[1] 22 digni *B*[1] 23 iudicantium *T et Sirm.* uis uis *(alt. del.)* *B*

[CCXL] 24 magni felicis ennodi de uita beati antonii *VLT*, *om. B* 25 incipit praefatio *BVLT* 26 ferata *B* 28 releget *B* 29 inardescet *B* praecidentis *B* 30 aetatis *B* 31 susciperet *B* congressiones *B* 32 decedentibus *scripsi (cf. p. 177, 4)*, decidentibus *libri* 33 restituitur *Hartel*, restituetur *libri* origeni *B* recurret *B*

3 auctorem: quorum tamen probitas libris mandata fuerit, eorum vitalis est obitus. dicat
forsitan interpres austerior: abiurat praedicationis dulcedinem perfuncta mens saeculo
et carnis vinculis absolutus non desiderat, quae inter incerta mundi gessit, agnosci;
sed illos humanus carcer sine libertatis dispendio refudit opifici, dum inter polluta p. 417
gradiens nitorem suum anima deo nostro intenta geminavit et per mandatorum cae-
lestium lineas lenocinantem huius lucis non sensit errorem. nobis vero ista revivis-
cant, nobis profutura serventur, quibus si ab studio deest sectari meliora, de illorum,
qui facem conversationis suae praeferunt, venire debet exemplo.
4 Tu autem, venerabilis abba Leonti, qui id mihi operis iniunxisti, adiuva oratione
titubantem et siccitatem stili sanctarum precum imbre locupleta. facies enim, ut confido,
meritis praecipuum, quod adgredi me ipse iussisti. pronum est beatitudini tuae ieiunam
5 eloquentiam fecundis innocentiae ferculis ampliare. credite mihi, vos respiciet extortae
aut culpa aut genius dictionis, cuius nisi substantiam religiosa auctoritate firmaveris,
videbitur iudicii tui clauda fides delegisse minus idoneum, cui venerandi laboris
provinciam commisisti.

## DESCRIPTIO VITAE BEATISSIMI ANTONI MONACHI.

6 Igitur beati Antoni narraturus insignia primum sancti spiritus mihi maiestas in-
vocanda est, ut qui illum rebus divitem fecit, me in his explicandis per linguae frena
moderetur et labiorum sordes profetici carbonis diluere maturet incendio, ne con-
scientiae nebulis lucem conversationis illius aut amplissimis pauperem faciam laudibus
7 aut infantia arente devenustem. benedicitur indivisa trinitas deus noster, qui servum
suum Antonium tanta virtutum dote sublimem circa Danubii fluminis ripas in civitate
Valeria Secundino patre lucis huius ianuam iussit intrare. qui quamvis de splendore p. 418
natalium conscientiae iubar hauserit, tamen fulgorem stirpis praecipuae morum radiis
obumbravit, vincens decorem sanguinis ingenii claritate, dum coruscantem germinis
sui lampadam actuum serenitate transcendit, et factus est victor stemmatis sui, per
8 quod universos nascendo superavit. qui dum adhuc de matris penderet uberibus,
quem praescivit dei gratia non reliquit, nec passa est inopem favoris existere dispen-
satio caelestis, quem remunerandis plenum studiis adprobavit. qui ne sancti instituta
propositi per parentum blandimenta frangeret, annorum ferme octo genitoris tutela
9 nudatus est. mox tamen ad inlustrissimum virum Severinum ignara fuci aetas evola-
vit, qui dum eum mulceret osculis, futura in puero bona quasi transacta relegebat.
fuit enim, cuius meritis nihil esset absconditum. ille hunc sibi futurum participem
pia ubique voce praedicabat, credo, ut incipientis tirocinia spes adnuntiata solidaret.
10 Sed postquam beatus vir humanis rebus exemptus est, Constanti antistitis ea
tempestate florentissimi iunctus obsequiis gloriosis operibus vitae rudimenta dedicavit.
qui eum inter ecclesiasticos exceptores caelestem militiam iussit ordiri. erat enim
11 venerabilis sacerdos Antoni nostri patruus. sed numquam ille magisterii rigorem con-
sanguinitatis lege mollivit nec fecit securum de necessitudine discipulum non timere,
cui gratiam doctoris nisi censura non praestitit. tantus fuit circa sectatorem dili-
gentiae modus, quantum iudicia contulerunt: meritum suum in facie monitoris agnovit. p. 419
12 sed iam peccatorum consummatio Pannoniis minabatur excidium, iam succisa radice
substantiae regionis illius status in pronum deflexerat. per incursus enim variarum

---

2 dulcidinem *B* 3 inter incerta] incerta (ter in *sup. lin.*) *B* agnoscis. sed *B* 4 liberatis $B^1$ opificis *B* 7 nobis .. reuiuescant *in litura B* ab] a *b* 9 qui id] quid $BL^1T^1$ 16 incipit discriptio .... *BVLT* uitae *om. B* 17 antonii *VLTC* spiritus sancti *Sirm.* 19 prophetici *V*, profici *B* 26 stimmatis *B* 28 reliquid *B* 29 approbauit *V* 33 nihil — hunc si (hunsi *sup. lin.* c) *in litura B* 35 constantia antestitis *B*, constantii antistitis *ceteri* 36 operibus (b *ex* s) *B* 38 antonii *VLTC* magesterii *B* 42 iam succisa *B*, nam succisa *ceteri*

gentium cotidiana gladiorum seges messem nobilitatis absciderat et fecundas humani
germinis terras ira populante desolabat. iam Franci Heruli Saxones multiplices 13
crudelitatum species beluarum more peragebant; quae nationum diversitas superstitiosis
mancipata culturis deos suos humana credebant caede mulceri nec umquam propitia
se habere numina, nisi cum ea aequalium cruore placassent. cessare confidebant iram
caelicolum innocentis effusione sanguinis, qui ut in gratiam redirent cum superis suis,
propinquorum consueverant mortes offerre. quoscumque tamen religiosi titulus decla- 14
rabat officii, hos quasi sereniores hostias immolabant, aestimantes quod piorum iugulis
divinitatis cessaret indignatio et fieret materia gratiae locus offensae. inter quas
temporum procellas Constantius pontifex, ne quid in mundo haberet subsidii terra
hostibus deputata, humana lege liberatus est.

Post cuius resolutionem Antonium nostrum famuli ad Italiae partes, quibus cae- 15
p. 420 litus fuerat deputatus, Christo duce perducunt. principe loco Tellinae vallis, quae id
sortita est vocabuli, limen ingreditur; quam montium ex utroque latere brachiis fabri-
cata naturae ditat amoenitas et de verticibus fecundis amnium plebe locupletat uber
solum, quod avaris respondet iuxta desideria inmoderata cultoribus, non tamen ita
aristis praegravidum aut dotatum pascuis aut arbustis conpositum aut fluminibus laetum,
ut non ei plus supervenientis personae gratia praestaret quam ipsius originis variata
et distincta formositas. illic Mario presbytero, qui spiritibus inmundis dominabatur, 16
adiunctus est: quia haec est rerum condicio, ut novi hominis mores divulget inventa
sodalitas, et qui ignoratur per originem, similium clarescat affectu. deprehenditur mens
secreta per socios, et cui non licet ad liquidum supervenientis aestimare conscientiam
conceditur, ut de suis deprehendat externos. nam cum eum beatus Marius illis oculis, 17
quibus mentes videntur, inspiceret et interioris decorem hominis absconditis per-
contaretur optutibus, voluit eum clericorum sociare collegio et inter ecclesiasticos
coetus praestantem meritis dedicare personam. sed fugit honorem velut veneni
poculum, qui semper potentiam credidit subiacere et servire patienter praetulit regali
dominatui.

Ne tamen diu humanae conversationis mixtus inlecebris societatem contagionis 18
hauriret, elegit secessum haud procul a beati martyris Fidelis sepulchro, ubi Larius
p. 421 Ionii marmoris minas deponit, quando ne evagetur longius, obiectis ripis resistunt
frena telluris. illic inserto nubibus vertice mons coruscat, qui sublimitate sua vincit
aspectum. sed quam superbus est magnitudine, tam difficilis ascensu. nam nullis ante 19
monachum nostrum patuit gressibus nec per praerupta saxorum humani generis ad-
misit formidine repugnante vestigium. in praecisis cautibus tuta feris longum praebuit
nullo exterrente cubilia, eo bestiis blandior, quo terribilius agricolarum minatur ex-
cursui. in hoc dei famulus sedem delegit, in quo sola fuit placendi causa, quia ne-
quaquam lenocinabatur aspectibus. nihil secum amplius nisi parum leguminis et ligo- 20
nem, quo terram sollicitaret, de mundi beneficiis adsumens, dedicavit callem subiecta
asperitate nescitum. iuga illa indomitam naturae legem Antonio congrediente perdi-
derunt. reserata itinera post ingressum eius patuere cupientibus. invenit illic tamen 21
duos senes, quos iam ita inter lustra beluarum habitatio longa miscuerat, ut nihil de

---

1 humani generis germinis *C*[1], humani generis *b* 5 se] sed *B* confidebunt *B*[1] 6 in *sup. lin. B* 11 hostibus *B*, hospitibus *VLTC*, hostilibus *Sirm.* depotata *B* 14 uteroque *B*, utraque *VLT*[1] 16 respondit *B* 17 conpositum] consitum *Hartel* 18 ei *B*, *om. ceteri* 21 clariscat *B* 29 conuersationes *B* 30 haut *B* Fidelis] Felicis *Sirm.* sepulcro (h *sup. lin. m. 1*) *B* ubi (u *ante lin.*) *B* 32 sublimitatis uincit *B* 34 per *B*, *om. ceteri* 35 repugnanae (na *exp.*) *B* 37 famules *VL* delegit *CPb*, diligit *BVLT* 38 leocinabatur (*sup. lin.* n) *B* 39 solicitaret *B*, sollicitarat *V*[a] assumens *V* subiecta] sub tanta (*vel* ista) *coni. Hartel* 42 iam iam i∗ta *(prius* iam *del.) B* lustram *B*[1]

illis mundo fama nuntiaret, quorum vitam conscientiamque plene videor elocutus,
cum expetitam pro dei timore habitationem sine nube vulgavi. brevi post horum
unus absumptus est, et terreni carceris mole deposita aetheriam valitudinem felix
22 anima resumpsit. nam absolutionis eius tempore columna ignea beati Antonii oculis
ingesta est ad caelum usque pertingens, credo, ut venerabilis viri fides et ardor ille
vitiorum decoctor typico monstraretur incendio. tunc dum ibi dei cultor tota disciplinis p. 422
caelestibus virium suarum vela laxaret et per sinus animae corporisque extrudentia
paleas flabra susciperet: cuius vigilias ieiunia lectionis adsiduitatem iure replicarem,
nisi haberem digniora memoratu: numquam ille cibum sumpsit nisi fatiscente corpus-
23 culo, numquam nisi exemptis officii muniis sollicitudinem quiete laxavit. sed quid
retexam, quae perfectionis habuerit instrumenta perfectus aut per quos gradus ad
celsa conscenderit, quem liquido declaratum est optinere sublimia? scivit ille sic per
labores varios disciplinarum liniamenta sectari, ut numquam adsumeret adrogantiam
de labore; et cum omnia essent digna praeconiis quae gerebat, dispendium virtutis
24 credidit fuisse laudatum. sic totum de eius actibus opinionis luce radiabat, ut nihil
praeberetur ostentui. praeminebat censura mentis in corpore et iracundiam, quam
contra culpas anima eius susceperat, facies infucata pingebat. videres adversus flagitia
mundana torvos oculos et indefessa contra saeculi blanditias Christi militem bella trac-
tare. quando illa imago statum suum resolvit in risum et ab ordinis proprii rigore
laetitiae debilitate confracta est?
25 Interea dum velut obsignatum monachi in universis implet officium, vir quidam,
quem sponsae suae amor in facinus inpulerat et ad effusionem humani sanguinis af- p. 423
fectu et indignatione provocarat, dum conscientiam se credit fugere mutatione terrarum
et in aliis provinciae partibus innocentiam reperiri, quam furore duce perdiderat, vela-
tum simplicitate ad secreta heremi portavit homicidam, putans in dei obsequio consti-
26 tutis de actibus suis praeter effigiem nil patere. artifici humilem simulavit optutu et
per dolosi commenta consilii fabricata subiectione conpositus cautioribus scelerum sordes
texit obstaculis. difficile est praeter deum deprehendere, quicquid obsequendi argu-
mentis involvitur. provide flagitium celat abiectio. raro in lucem erumpunt crimina,
27 quae auctor obtemperandi scierit fuco sepelire. protinus tamen adfuit ille index con-
suetus et latentis secreta conscientiae divinae vocis clave reseravit, in his sermonibus
adorsus Antonium, quando eum plus quam homo possit docuit agnovisse, illum denu-
dans, qui crasso indumento latronem tegebat: 'cave' inquiens 'ne tanti criminis
reum sancto velis miscere collegio, ne lupum ovibus, agnis viperam neglegens aesti-
28 mator adiungas. iste animam dei manibus concessam per elisi fragmenta gutturis
effugavit et internecivo fratris furore constricti vitam e sedibus suis, dum infert fauci-
bus vincla, dissolvit. hunc debitum sequitur exitium nec a iugo supplicii erit alienus,
Isid. Pelag. II ad Benign. 3. qui humano sanguini non pepercit. misericordia est circa facinorosos servata districtio. p. 424
ergo sopori terminum ponens mandatorum caelestium hostem depelle, ne candida con-
29 versatio tecum habitantium fusca supervenientis contagione violetur'. ilico divinis
obsecutus imperiis hominem vocat, mentientem convincit, feriato ore male conscii om-
nia eius gesta persequitur. expavit deprehensus, cum flagitia sua recenseri videret

---

1 conscientiamque *scripsi,* scientiamque *codices,* sanctitatemque *Hartel* 3 absumptus *scripsi,* adsumptus *B,* assumptus *ceteri* 5 est ingesta *b* 6 dum *in mg.* $V^1$, *om. L* 8 falbra $B^1$ assiduitatem *V* 9 ni haberem *VLCP* 10 exemtis *B* 13 laniamenta $V^a$ assumeret arrogantiam *V* 17 susciperat *B* videres] ueteris *B* 18 toruus *B* milite *(sup.* e *lit.) B* 23 credidit *TCPb* 24 repperiri *BVL* 26 optuto *B* 27 dolosa $V^a$ 29 provide] proinde *Sirm.* 30 scieret (i *in lit.*) *B* indix $B^1$ 32 cognouisse *Sirm.* 34 negligens *B* 35 guttoris *B* 36 interneciuo *b,* inter• niciuo *B,* internicio *VLTCP* constrictus *prop. Hartel* 37 uincula *TCPb* sequetur *malim* exitium sequitur *VLTCP* 38 facinorosus *B* 40 habitantum *Sirm.* 41 imperii *B*

ab homine, quae sine humani generis teste commiserat. viaticum poposcit, fugam tre-
mens adparavit. continuo tamen pedisequa reum ultio conprehendit et expiatum scelus
patratoris morte nuntiavit. ita sermo iusti viribus carere non potuit.

Interea sanctus vir per regiones finitimas insidiatricis famae linguis innotuit, 30
quae ne parceret de celebritate iactantiam, ante provisa sunt remedia, quam morbus
adolesceret. qui enim grandaevus aut debilis duce diligentia non itineris illius trans-
meabat abrupta, cum dantibus valitudinem desideriis etiam aegritudines corpora non
tenerent? hac perterritus frequentia ad secretiora heremi beatus Antonius credidit evo- 31
landum, ne singulorum devotio inamabilis adrogantiae mater existeret et de multi-
formi gratia rigidioris propositi ruina nasceretur. mox tamen secessus, quem pendula
rupes commendabat, electus est, in quo annis plurimis solus et vere monachus vitam
p. 425 sine humani generis consorte transegit. dabat feras pro sodalibus montana solitudo. 32
mugitus ursi aliarumque beluarum minax inmurmuratio pro blandae confabulationis
communione ponebatur. denique ea tempestate ursus petulantior gloriae plus daturus
caules ipsius puberibus foliis laetiores et quadam domino hilaritate gestientes inmani Verg. Aen. 12, 413.
ingrediens contritione vastavit, ita ut nusquam de simplici fruge spes residua linque-
retur. quem ille baculo mulcatum districtius abire praecipiens testem virtutis suae et 33
nuntium passionis ad alias ire bestias mox coegit, ut impleretur domini fidelis pollici-
tatio, quae sectatoribus suis totius veneni et omnium ferarum promisit obsequium. Marc. 16, 18.
rursus tamen gradienti ei per destinatum callem rugiens se fera suggessit, quam ille
sola iussione turbatam iter fecit aperire et occupata viae claustra deserere.

Sed ecce iterum alis pernicibus per proditionis suae ordinem dei servum, in 34
quo loci degeret, fama vulgavit, aliud de ipso pro sententiarum varietate diversis opi-
nantibus. tunc liquido patuit per occursus multiplices nihil obstare cupientibus: planari
ardua, solidari scissa, pendentia non timeri. sed potioribus insidiis, ne per adrogantiam 35
hostis subriperet, fortiori consilio manus opposuit, ne iam grandaevus perderet, quod
inter tirocinia virtute servasset. acrius enim circa robustos diaboli certamen est et
p. 426 maioribus copiis illos adgreditur, qui conflictus eius experti roboris sudore domuerunt.
universa tamen secum ipse pertractans brevi animum suum adlocutione firmavit:
'quid agimus, mens adhuc mundani oneris fasce depressa, quam nondum ad auctorem 36
suum corporeus carcer evomuit? non tibi certa est de perfectione fiducia, dum adhuc
includeris fragilitate carnali. periculis plena sunt, quae videntur esse tutissima. leno- Isid. l. c.
cinia hostis tui intellegis, dum universorum voce laudaris. vide quantis labores insi-
diis! absconditum esse non licet quod adimus. latebram nostram persecutio manifestat
hostilis. sanctorum expetamus exercitum et illam Lirinensis insulae cohortem inriguo 37
inquiramus ardore! quem solum hactenus pulsavit adversarius, timebit inter inimicam
sibi multitudinem constitutum. instructa proeliis acies illa semper invigilat et variis
perfossum ictibus abigit infestantem. quot bella illis diabolus intulit, numerant tot
triumphos. non metuunt, quotiens adesse Satanan, ut dimicantes acuant, classico
fuerit stridente nuntiatum. semper eruditos et fortes reddidit cotidiana decertatio,
quomodo prolixior pax solutos'.

His dictis dimissam fratribus cellulam, quos ibidem praedicti amor congregaverat, 38
apud Lirinum inprovisus adparuit. nuntiavit virum insignium meritorum facies ieiunii

---

1 sine teste h. generis *VLTCP* 2 apparauit *VLT*, arripuit *CPb* 6 iteneris *B* 8 herimi *B* 9 arrogantiae *V* 11 plurimis] pluribus *CPb* 14 peculantior *B* 17 abire∘∘ (*eras.* re) *B* 23 loco *CPb* sentiarum *B* 25 arrogantiam *V* 26 subreperet *Schott in mg.* 28 aggreditur *V* roboris *B*[a], ruboris *B*[b] *VLTCP* 29 allocutione *V* 32 fragilitate (ra *in lit.*) *B* lecinia *sup. lin.* no *B* 33 intelligis *B* 35 expetamus *scripsi*, expectamus *B*, petamus *ceteri* cohortem (tem *in lit.*) *B* irriguo *V* 38 abegit *B* quod *B* 39 metuunt nescio quotiens *Cb* adesse festinant satanan *L* acuat *vel* acuantur *conicio* 42 dimisum *B* dimissa f. cellula *Sirm.*, *cf. p. 176, 36* 43 apparuit *V*

pallore decorata. nam dum secreti nitorem hominis splendidissima macies indicaret,
non defuit actuum eius praeco consuetus, inmaculatam conversationis ipsius speciem p. 427
sub verborum abundantia et relationis ubertate describens. mixtus grandaevis et
praecipuis gestorum suorum lampadam non minori intellexit igne rutilare. metitus est
39 fomitis sui lucem, dum vidit alieni: quasi inter ornamenta caeli et sidera pleno ful-
gore micantia supervenientis astri claritudo societur; certant sine invidia geminare
radios et per augmenta luminis speciem superare novitatis: alia prolixiori crine faciem
suam stella commendat, alia puriore, unam ditat potior flamma, nobilitat alteram per
spatia nocturna sincerior. sic Antonium nostrum per universas locorum mutationes
40 a Christo veniens disciplina comitata est. providit tamen, ne cui in illa nutrice san-
ctorum insula, cum praestaret meritis, praeferri videretur honoribus, sciens in humili-
tatis radice plantatum ad centenos fructus adsurgere. blandus iuvenibus, gravis
maturis, doctus peritis, submissus existendo simplicibus, totam illam dominici gregis
legionem distinctam actu, variatam gentibus, quasi unam animam in sua affectione
41 collegit. ibi biennio se ipso potior mundi istius sarcinam deponens, victor insidiarum,
quas antiqui serpentis parat astutia, diem nostrum et lucem praesentis saeculi perpetui
luminis adeptione commutavit. taceo qualiter vitam ipsius mortis claritudo signaverit,
ne universa digerens non tam veritatem narrasse quam praedicti laudibus videar in-
42 moratus. veluti si quis consitum lucum frondium densitate reppererit, ex quo coronam p. 428
ferro stringente subripiens genium silvae, dum praesumit parva, non amovet: meliori-
bus equidem de Antonii nostri factis, quae stilo non adtigi, narranda servavi. vincar
forte eloquentiae flumine, nemo me circa illum superabit affectu. habeat qui secutus
fuerit de peritiae messe iactantiam, mihi gratiam beati hominis nemo praeripiet, qui
ad explicanda eius bona primus accessi.

## CCXLI (EPIST. 5, 15).

## ENNODIVS SENARIO.

1 Numquam apud deum fusa deprecatio votivo nudatur effectu, apud quem hilaritas
lacrimis obtinetur et maeror transit in laetitiam. adfuit divinitatis auxilium desideriis
meis et te, animae meae maior portio, de prolixis gentium finibus misericordia duce
revocavit. vere non possum epistulam in multa verba diffundere inpeditus fletibus,
2 quos gaudia in cumulum adducta pepererunt. fac, mi domine, parvitati meae caelestis
doni plenitudinem non perire. unum uterque habeamus hospitium nec de parietum
angustia sollicitudo generetur, quando unum pectus sufficiens animabus nostris praestat
habitaculum.

## CCXLII (EPIST. 5, 16).

## ENNODIVS PAMFRONIO.

1 Magna sunt imperia gaudiorum. expers est continentiae hilaritas et in vocem
gestit erumpere. venit optatus desideriis dies et ille, quem numquam de meritis meis

---

3 discribens *BVL* 4 igni *VLT* 5 quasi] quas *B*, quasi si *Hartel* 7 faciem *B*, facem *ceteri* 8 puriorem *B* 9 motationes *B* 10 sanctorum *in lit.* *B* 11 insola *B* humilitates *B* 13 exhistendo *B* totum *B* 15 colliget *B* depones *sup. lin.* n *B* 16 astudia *B* 20 siluoe *B¹* 21 attigi *V* 24 explica *sup. lin.* nda *m. 1 B* accessi. explicit uita beati antoni (antonii *VLT*) feliciter (feliter *B*, fel⁓ *VL*) *BVLT*

[CCXLI] 26 notiua *B* 27 optinetur *VL* 28 genitum *B* misericordia] gratia *CPb* 29 deffundere *B*

[CCXLII] 34 Panfronio *Sirm.* 35 gaudiorum imperia *VLTCP* 36 gestet *B*

sed semper de superna pietate postulavi, magnitudini tuae splendor adcessit. redditus
est generi et moribus tuis apex, per quem conscientiae fidelis in lucem prodire non
formidet integritas. deus bone, indulta custodi, auge successibus quod dedisti, fac 2
circa servum tuum primum esse gradum qui summus est. praecipio spe futura quae Isid. ·
deprecor. nesciunt in foribus haerere, quae caelo auctore tribuuntur. semper incre- Pelag. II ad Benign. 3.
mentis ad culmen ascenditur, ubi supernus favor praestat exordium. quis hoc in vita 3
hominum vel eorum, qui conversationem suam nulla custodiunt nube sordentem, adces-
sisse sibi die una gratuletur, te honorum auspicia ingressum et dulce meum Senarium
ab ultimis terrarum partibus restitutum? brevis horarum cursus interfuit, ut et tu pa-
latio natus et ille sit redditus. in veritate dico et de dei misericordia mihi securus
spondeo, fragilitati meae praesidia caelo obsequente concedi. spondetur mihi, quod
vobis est praestitum. domine mi, salutationis obsequia suscipiens rogo, ut si quid 4
amori meo tribuis, domnum animae meae Senarium, ut apud me maneat, exorare
pleniter non omittas. quod nisi obtinueris, multum mihi de hilaritatis cumulo
decerpsisti.

## CCXLIII (DICT. 18).

## IN TYRANNVM QVI PRAEMII NOMINE PARRICIDAE STATVAM INTER VIROS FORTES DEDIT. DATA ARATORI V. C.

Quamvis, iudices, virorum fortium effigies mansuro perenniter aere serventur et 1
per haec simulacra nesciant obitum vel sepulti, quamvis in aeternitatem migret per
has artes imago mortalium et angustam humanae naturae legem vincat industria:
tamen virtutis pretium nec parricida aliquando meruit nec tyrannus exsolvit. quando 2
munus innocentium aut sceleratus elicuit aut oppressor libertatis ingessit? statua,
venerandi praesules, sudoris fructus est, iudicio reddenda purissimi, ut in utroque Isid. l. c.
congruus nitor nec suscipientem devenustet, si indigno auctore provenerit, nec si con-
feratur inmerito, maculet largientem. si libera adversus tyrannum vox est vitia de-
testantis, si licet sub tutore criminum culpas urgueri, dicam quod sentio. inter duos 3
nefarios res honesta volitavit et neutro munita praesidio, nec a quo procederet nec
ad quem deflueret, cognoscebat. res dudum decreta fortibus et sanguinis conparanda
suffragiis, ad quorum pervenerit iura respicite: ut eam tribuat usurpator imperii et
accipiat patris extinctor. quo me vertam, nescio. inter virtutum tuarum, venerande 4
princeps, deprehensus abrupta nescio, utrum accusem quod tyrannus es, an quod ho-
noras praemio parricidas. utrique digni crucibus et de praesenti vita culleis effugandi,
non creditis sufficere, vos debitum vitasse supplicium, nisi et tu quod non licet tribuas
et ille quod non meretur acceperit! iam dudum a te ista per audaciam praesumpta 5
sunt, cum arcem iustitiae profligator intrasti, his ad dominatum evectus suffragiis,

---

1 postolaui *B* accessit *V*. 2 apix *B* 3 bona (e *sup.* a) *B* 6 culmin *B*[a] supernos *B* 7 accessisse *V* 8 gratuletur *TCP*, gratulentur *BVL* 9 tu *om.* *B* 10 natus] datus *Dombart* de *om.* *CPb* dei *om.* *B* 11 sponditur *B* 12 mi] mihi *BVL* 13 tribues *B* dominum *TCPb* 14 comulo *B* 15 decerpsisti finit *B*

[CCXLIII] 17 fort̃ *V*, forter *L* 18 ũc. *VLT*, *om.* *B* 19 iudicis *B* 21 •ar•tes *B* 23 innocentum *CPb* 25 autore *B*, auctori *Sirm.* 27 si licet] scilicet *B* urgeri *V* 28 nefarius *B* procederet *b*, procederit *BVLT*[1], processerit *T*[2]*CP* 29 deflueret *b*, defluerit *BVLT*[1], defluxerit *T*[2] 30 usurpatur *B* 33 effugandi (i *perlongum in lit.*) *B* 34 tribuas et] tribuasset *B*[1] 35 meritur *B*[1] acciperit *B*

quibus in altero statuam contulisti. necesse est, amplissimi hominum, universos fovere
quod fuerint, nec utiliter nisi ab emendatis corriguntur excessus. prodigus frontis est,
qui punitorem mali credit facinorum sectatorem. iudicis conscientia constringitur
necessitate secreti et non putat liberum condemnare in subiectis, quod ipsa non dubi-
6 tavit admittere. quantis successibus aut quam variis incrementis ad haec, sentina
criminum, pervenisti, ut tibi liceret ad sublimia pervenienti in tantum peccare, cum
velles, ut probrosos ad potiora statuis invitares? tu libertatis saporem felle servitii
conmutasti, ille obsequia patri debita vertit ad gladios. quantum laudanda sint quae
laesistis advertite et feriato ore adcusantis, quid mereatur pater et ingenuitas, aesti-
7 mate! tu absoluta colla iugo miserrimae condicionis adstringis, apud illum nihil prae-
valuit lex naturae. hoc tu circa patriam geris, quod intulit hic parenti, in eo fortasse
crudelior tu credendus, quod dura imperia sub vitali quadam morte dispensas nec
illis, quibus est desiderabilis obitus, quasi medica manu praestas exitium. ille non
8 passus genitorem in mundo subsistere pernici ictu eripuit vitam lucis auctori. nescio
qua sint criminum diversitate discreti: interim, si liceat, poena iungendi sunt. si te
circa cives alicuius supercilii tumor elevasset, reum te designaret laesa communio et
privatae abiuratorem dulcedinis inmoderata nuntiaret erectio. si ille creatorem torvo
9 lustrasset aspectu, genitore incolumi habuisset meritum parricidae. videte quid dig-
num his sit, qui ad delictorum fastigia pervenerunt. nihil est quod residuum aut ad-
flicta credat patria aut pater extinctus. facessat a nobis, principes viri, argumentis
acerbare conmissum. sufficiunt nuda reorum vocabula, nullo defensionis munienda
privilegio. addam sane delicto quodam, quae sunt praecelsa reatuum, ne ulla res
10 videatur de actione subtracta, quam sagacibus, ut aestimo, vestigiis invenistis. am-
bitur parricidae statua fortium vallata lateribus, et simulacrum, quod aut litteraria
cura peperit aut Martius campus refudit, huius imagini posthabetur. duriter, si cre-
ditis, ferunt tot evecti titulis nulla se ab effusore paterni sanguinis retributione distare
et, si qui animabus reliquus vigor est, deflent praemia sua, quae adnisu roboris exe-
gerunt. ubi honestas, ubi studii liberalis efficacia, ubi munus pro patria dimicantis,
si aereas formas arcis possessor exhibet et, qui genitoris funus procurat, obtineat?
11 vos tantum digna meritis exhibete tormenta, ne si inpar poena impetitos addixerit,
nec vobis debeatur laudatio directa censendi. uno itinere vita pellantur, quibus paene
par existit et sors delicti.

## CCXLIV (EPIST. 5, 17).

## AVIENO ENNODIVS.

1 Bene magnitudo vestra, dum origini et moribus praestat obsequium, emendationem sine intervallo coniungit errori et quod peccatum sapienter intellegit, priusquam altero denuntietur, avertit. quis credat deliquisse in correctione velocissimum?

---

1 statua *VL* uniuersus *B* 2 correguntur *B* 4 condempnare *BV* 5 successibus (ccessi *in lit.*) *B* 7 uellis *B* probrosus *B* 8 gladios (u *sup.* o *eras.*) *B* sint] sunt $V^a$ 9 accusantis *V* pater et] patrum *CPb* 10 meserrimae $B^1$ astringis *V* 14 eripuet *B* autori *sup. lin.* c *B* nesci *sup. lin.* o *V* 15 sunt *Sirm.* pena *sup. lin.* o *B* 16 te *satis spatii relinquens om. B* 17 torvo] turbo *B* 18 incolomi *B* 19 afflicta *V* 20 principes $P^2$ *et Sirm.*, principis $BVLTP^1$ 21 acebare $B^a$ 22 adam *B* delictu *B* quaedam *TCP* 23 de *om. Sirm.* 24 literaris *Sirm.* 25 imagini *scripsi (cf. CCCX 1)*, imagine *BVCP*, imaginem *LT et Sirm.* creditis] credentes *B* 26 nulla ab eff. se *VLTCP* 27 reliquos *B* 29 artis *LCP* optineat *VL*; *an* obtinet? 30 pona *sup. lin.* e *B* impetitos *CPb*, impetitus *BVLT* 32 existit et *scripsi*, existitet *B*, extitit *ceteri* sorbs $B^1$ dilecti ·f̃· *B*

[CCXLIV] 33 Ennodius Auieno *b* 35 *post* errori *spatium 12 litt. vacuum in B* 36 auertet *B* delinquisse *B*

pene non vocandus est sectator excessuum, qui obviam manum ponit in subreptione
culparum. haec, mi domine, ad ea quae es dignatus scribere, gratia vestra duce 2
respondeo. ceterum humiliorem me proposito actuum meorum pondera reddiderunt.
vix miseria remansi idoneus reformare conloquia. domine mi, salutationis obsequia
praesentans deum rogo, qui culminibus vestris fructum pro hac qua humilem non spernitis consideratione restituat. LEGI.

## CCXLV (CARM. 1, 1).

## ITINERARIVM BRIGANTIONIS CASTELLI.

Celsior astrigerum Titan conscenderat axem,
  Lampade cum plena totus in orbe paret.
Flammiger ardenti sorbebat flumina Cancro,
  Cum segetem messor falce domat propriam.
Siccatur dum fonte bibens, dum mundus anhelat,
  Iussus in excursum Gallica lustra sequi
Torrida non timui quae vincunt arva Syenen:
  Pulvis flamma sitis dos fuit obsequio.
Quid iubar et validos renovas mihi, Musa, vapores?
  Plus erit algentes me superasse vias.
Quicquid plana calent, quicquid sublimia rigent
  Frigoribus, passum dic sine lege poli!
Bellum naturae, quod discors fecerat annus,
  Aestatem atque hiemem detulit una dies.
Indutum nebulis canas superare pruinas
  Edocuit vatis fervidus imperio.
Presserat aestivo corpus sub fasce lacerna:
  Vestitus tenui tegmine nudus eram,
Cum fugit ex oculis constanti tempore tempus;
  Lampada nam Phoebi dux fuit ad glaciem.
Optanti brumam de voto contigit horror
  Quaesitusque calor nil dedit indicii.
Matronas taceo scopulos atque invia dictas,
  In foribus blandas, cetera difficiles.
Inlexit miseros facies depicta viantes.
  Calcatae diras mox peperere neces.
Nominibus propriis nil fallit sacra vetustas,
  Tot leti formas sic vocitare volens.
Scrupea discissis pendebat semita plantis,
  Nec visu facilis, credite, callis erat.

---

2 dignatus es *CPb* 3 me] te *CPb* 4 misera *TCb* mi] mihi *B*, $\overset{i}{m}$ *V*, mi•• (*eras.* hi) *L* 5 rogo ut qui *Cb* legi *om. Sirm.*

[CCXLV] bregantionis *codices* v. 2 patet *CPb; cf. Ovid. fast. I 494*. v. 5 mundus] nudus *malim* v. 6 excursus *V*[a], occursum *Sirm.* v. 9 ualidus *B* v. 14 aestatem (-im *vel* -um *m. 1*) *B*, aestatim *VL* adque *B*[a] v. 15 pruinis *VL* v. 16 uates *B* v. 20 nam] iam *Hartel* foebi *B*, Phoebe *malim* v. 21 de uoto *Hartel (cf. p. 60, 29)*, deuoto *ceteri* contiget *B*[1] v. 23 atque (t *in lit.*) *B* v. 24 difficiles *Schott in not. et Sirm.*, difficilis *codices* v. 25 uiuantes *B* v. 27 fallet sacro *B* v. 29 discissis *scripsi*, descissis *libri*

Quid labyrintheos, priscorum fama, recessus
Involvis linguis quod timeat relegens!
Illic artificis laudandus constitit error,
Cum torsit rectum Dedalus ingenio:
Hic natura homines per summum portat Olympi,
Quo liquidum tranans ire columba valet.
Parcite, Pierides, pelagus fluviale silendo,
Ne reparet sermo, fors bona quod pepulit.
Duria nam, Sessis torrens vel Stura vel Orgus
Marmoris Ionii saevitiam superant.
Dulcia cum variis succedunt laeta periclis,
Effectus rerum cor solidare solet.
Nil mihi cum dubiis, prosunt oblivia tristi:
Ebria Letheo pectora fonte fero.
Limina sanctorum praestat lustrasse trementem,
Martyribus lacrimas exhibuisse meas.
Ecce Saturninus Crispinus Daria Maurus
Eusebius Quintus gaudia magna parant.
Octavi, meritis da, Adventor, redde, Solutor,
Verg. georg. 3, 389, Aen. 1, 604. Candida ne pullis vita cadat maculis.
Hostiles laqueos scindat mens conscia recti.
Hoc semper placeat quod decet, hoc liceat.

## CCXLVI (EPIST. 5, 18).

## FAVSTO ENNODIVS.

1 Vix est ut intentus rebus felicibus adversa praenoscat. velut sinistrum enim omen repudiat, si quid de austeritate futurorum intellectu praecedente respexerit. certe ne et alieno tempore amare se misceant, ipsa molestiarum horret agnitio. nullo credebam intervallo nunc inamabilem Ravennam, dum erat thesauris meis plena, distare; non me sic sitientem fons, aestuantem aura ut illa ad se, non lassum requies,
2 invitabat. at nunc ipsa Roma, puto, ad longiora pro peccatorum meorum fasce translata est. ubi est illa quae rara putabatur frequentia litterarum? ubi crebra visio? ubi tot solacia diligentiae? vere pro meis partibus loquor: detestor vitam, quae nec in aerumna constitutis est odio. adleget forsitan culmen vestrum, sibi pro superna dispensatione cupita contigisse. non est plena felicitas, quando vestrorum aliquis
3 miseriis durae sequestrationis adfligitur. deo credite, non sunt fucata quae defleo, nec ad explicandam cordis tragoediam aut epistularis concinnatio sufficit aut sermonis

---

v. 31 laberenteos *B*, laberinteos *V* v. 32 inuoluis *Sirm.*, inuolues *libri* lingis *B* quod] quos *Hartel* religens *B* v. 35 olimpi *V* v. 37 pieridis *B* v. 39 dorianam sensis torrens ustura *codices, emend. Sirm. ex Plin. n. h. III 16;* Sesitis *pro* Sessis *scribendum videtur* v. 40 marmor//// *B* saevitiam] seu etiam *BV* v. 44 loetheo *V* v. 45 scanctorum *B* v. 50 pullis *b*, pollis *codices* v. 51 hostiles *Sirm.*, hostilis *libri* laqueos *b*, laqueus *codices* scendat *B*

[CCXLVI] 1 Ennodius Fausto *b* 2 enim] animi *P*, (*in mg.* enim) *b*, enim animi *Sirm.* 3 procedente *B* 4 et *om. CPb* amarae *editores* 5 thes**auris (es *in lit., eras.* ns) *B* plena *in mg. add. B* 6 destare *VL* non *includere et* lassum requies ut illa ad se *transponere malim* 7 at] ad $B^a$ 10 adleget *Hartel*, adlegit *BVLT*, allegit *CP*, adlegat *Sirm.* vestrum *scripsi*, suum *libri*, tuum *Hartel* 11 nostrorum *Sirm.* affligitur *V* 12 deo credite *ineptum*, ideo *vel* deo medio credite *conicio* 13 traguidiam $B^1$ sermonis*** *et spatium propter membranae vitium B*

angustia. Christe rerum arbiter, propriae succurre necessitati, ne humana fragilitas ad inmensi fascem doloris non sufficiens pressa subcumbat. domine mi, salutationis servitia dependens rogo, ut paginalis circa me cura servetur, ut vel hoc remedio inter aestus mens constituta respiret.

## CCXLVII (EPIST. 5, 19).

## PARTENIO ENNODIVS.

Non in te admiror sermonis abstinentiam, quia qui exigua condiderit nil pro- 1
ducit. credis sub hac occasione profectus tui latere substantiam? et taciturnitas in-
peritiam prodit et infabricata confabulatio manifestat infantiam. interea ante inops
gratiae non fuisti, sciens quid diligentia, quid amantis sollicitudo flagitaret. factus es
bonarum rerum nescius, postquam te ad optinenda quae putantur summa transmisimus.
quod restat, vale et accipiens monitoris verba melioratum te scriptionis adsiduitate 2
divulga.

## CCXLVIII (EPIST. 5, 20).

## AVITO ENNODIVS.

Dum remedia sua quaerit affectio et aestum sollicitudinis conloquio cupit medi- 1
cante relevari, ardescit animus provisionis beneficio. unde extingui creditur, gemi-
natum diligentiae surgit incendium. saepe mihi baiulorum copiam perquirenti inde
aegrescere contigit, unde opinabar quod prodesset accidere. ecce medetur desideriis
meis, qui suorum ad vos causa properavit. fit adiumentum necessitatis alienae, quod
propriae consideratione suscipitur. videro quid conmendatione mea Bonifatius promo- 2
veat. interim opitulatur studiis meis, quod polixis a me precibus inpetravit. hunc
bonis ortum natalibus testis sanguinis mens designat. germanum suum praefatus in
vicinitate Aquileiensis civitatis adserit esse captivum: qui ut a vobis iuvetur exposcit.
sanctae domus vestrae consuetudo vulgata est. talem vitam bonorum actuum obsidem
iam dedistis, a qua velut debitum poscat qui calamitate deprimitur. domini mi, acci- 3
pientes plenae salutationis obsequium facite exorati, quod sponte consuestis, ut qui
vestris supplex est, alteri eum esse non liceat.

---

2 doloris (i *in lit.*) *B* succumbat *V* mi] mihi *BL*, $\overset{i}{m}$ *V* 3 seruitio *B*, obsequia *T* 4 respiceret *B*

[CCXLVII] 5 partinio *Bb*, auito *VLT*, auieno *C*, Venantio *Martenus (Nov. thes. anecd. V 61) ex codice Rhemensi* 6 non in te] domine *Mart.* quia] quoniam *Cb* nihil *b et Mart.* 7 latare *B*[a], lataere *B*[b] substantiam] scientiam *Mart.* et *om. in lit. B* 8 inops (i *in lit.*) *B* 10 conscius *Mart.* obtinenda *V* summa *B*, maxima *ceteri* 11 et *om. Mart.* melioratus in te *Mart.* assiduitate *V*

[CCXLVIII] 13 Ennodius Auito *b* 14 colloquio *V* mediante *Sirm.* 15 animus (i *in lit.*) *B* et unde *Cb* geminatam *B* 16 copiam (o *in lit.*) *B* 17 egriscere *B*[1] prodescit *B*[1] meditur *B* 18 alenae (le *in lit.*) *B* 19 percipitur (*sup.* per *m. 1* sus) *V*, percipitur *CP* bonifacius *V* 22 aquiligensis *B* iubetur *B* 24 depremitur *B* domini *scripsi*, domine *libri* mi] mihi *BVL* accipientes *CP*, accipientis *BVL*, accipiens *T* 25 consuistis *B*, consueuistis *CPb* 26 uestri *CPb* liceat; exp̃ *B*

## CCIL (EPIST. 5, 21).

## AVITO ENNODIVS.

1 Adstipulatorem me opinionis suae fieri magnitudo vestra ita supplicatione postulat,
quasi ad amicitias recenti adhuc sim incude formatus aut non genio suo defrudet,
qui propositum diligentiae sub quacumque occasione commutat. facessat a Christianis
moribus varia de amante sententia! qui officium oris sui dedicaverit laudibus, liberum
non habet inchoata deserere, ne devenustet praefati mella praeconii vilitate sequen-
2 tium. videro qui ingenuum credat esse sectari novitatem: ego ut tarde amicos eligo,
ita in his indemutabiliter persevero. mihi adsum, quotiens opinionem vestram astris
aequavero, quia apud quos ignoti sumus moribus nostris, de sodalibus aestimamur.
vere fateor splendorem conscientiae vestrae famae vice copiosus effudi. ante adven-
tum culminis tui obsequio sermonis mei in Liguria quanti essetis innotuit. deo gratias,
3 qui cum sententia mea generalitatem fecit habere concordiam. utinam me non humi-
liaret paupertas eloquii! plus habent vota de meritis tuis, quam proferat lingua de
laudibus. inops facundiae per quoscumque strepitus, quae gloriae tuae potuerunt con-
venire, non tacui. facta est lux genii vestri conscientiae meae demonstratio. procul
avertat divinitas, ne umquam testimonio meo fragilitas claris moribus inimica subripiat.
4 nulla est quam opime texuistis in vobis erroris causa, quam recolam; et si pro meis
meritis extitisset, bonorum veterum recordatione sopiretur. quod restat, valete, mi
domini, et iter meum votorum benignitate prosecuti caritatis recordatione absentiae
meae damna pensate.

## CCL (EPIST. 5, 22).

## VENANTIO ENNODIVS.

1 Si proximitas sanguinis ad diligentiam mentes invitat, pii amoris obsecutus im-
periis gestio me praevium praestitisse sermonem et orditum paginas amplectendis
viam reserasse conloquiis. diu quidem cassa expectatione maceratus, dum operior
paginas non emisi, sed calcaribus suis animum meum fodit affectio et ad tabellarum
munia priorem fecit accedere. habeo praerogativam, si bene conicio, plus amantis,
qui et post productum silentii vestri studium loquor, et debeo verecundia conmendare,
2 quod tacui. nunc tamen, ne epistularis concinnatio transgressa terminum devenustet
auctorem, salutationis servitia dependo et, si mereor, dignationi vestrae conciliandus
occurro, quia potiorum sublimitas communione geminatur et facem praefert eminentis-
simo gratia concessa subiectis.

## CCLI (EPIST. 5, 23).

## CONSTANTIO ENNODIVS.

1 Si liceret cum magnitudine vestra aequa sorte contendi, si honores aetas meri-
tum quod vobis facem praetulit, nos non in umbram cogeret, ego potius culmen

---

[CCIL] 1 Ennodius Auito *Sirm.* 2 fieri *om. Sirm.* 3 defrudit *B*, defraudet *TCPb* 4 cristianis *B* 5 oris] moris *B* 7 ingenium *C et Sirm.* amicus *B* 10 copiosus *B*, copiosius *ceteri* effundi *TCP* 11 essites *B*[1] 18 meritis meis *VLTCP* extettisset *B* sopiritur *B*[1] 19 domini *B*[2]*VL*[2], domine *B*[1]*TCP* meorum *TCP* 20 dampna *V*

[CCL] 21 Ennodius Venantio *b* 24 colloquiis *V* exspectatione *VL* opperior *V* 26 accidere *B* habes *Sirm.* 27 verecundiae *(p. 76, 6) aut* conmendari *malim* 28 epistulares *B* 30 eminentissimo *B*

[CCLI] 32 Ennodius Constantio *b*

vestrum de tabellarum abstinentia iure culparem, qui postquam ad urbem Romam pro-
fecti estis, nulla me recordationis fruge sublevavit. sed vide per rerum providentiam 2
quam cauta est seniorum dispensatio et fabricatis plena sermonibus: praevenitur que-
relis innocentia et, ne dolorem suum in lucem producat, arguitur; fit rea, ne faciat.
ergo haec mihi digrediens promissa contuleras? hac deosculatum fiducia sublevasti,
ut crederem mei inmemores vos futuros? an ad aliud adtributae sunt paginae, nisi ut
secreta pectorum oris clave manifestent? sed abstineo prolixitate paginali, ne gran- 3
diorem generet confabulatio producta rancorem. ad salutationis obsequia me reduco
rogans, ut pro me apud apostolos dei preces effundas, ut eorum beneficiis mortalis
angustiae superetur obscenitas et de puro mandatorum caelestium tramite mens serena
gratuletur.

## CCLII (EPIST. 5, 24).

## LACONIO ENNODIVS.

Bene cupitis superna dispensatio dedit effectum et de negotiosi occasione con- 1
loquii fraternam refovens diligentiam, quod putabatur necessarium, fecit optabile. hinc
caelestis cura nepti meae procum non omnino a sanguine nostro peregrinantem iussit
accedere, ut dum consulendi instat oportunitas, sancto amori pabula praestarentur.
vix sustinebam fateor procurati studia longa silentii, sed interpres mitior putabam ad- 2
plicandum timori, quod subducebatur affectui. deo gratias, qui ad usum stili fraterni-
tatem vestram reduxit et gratiae. divinis tamen legibus cognationem indiculo con-
prehensam in matrimonio licere sociari sine dubitatione noveritis. sed continuo ad
urbem Romam homines meos dirigo exacturos a venerabili papa super hac parte re-
sponsum, ut animum vestrum potioris praecepti firmet auctoritas. domine, ut supra, 3
salutationem plenissimam accipientes sanctum quoque et communem patrem parilis
noveritis esse sententiae, cuius ad vos per hominem meum, si divinus favor adnuerit,
cum sedis apostolicae apicibus litteras destinabo.

## CCLIII (EPIST. 5, 25).

## AVITO ENNODIVS.

Quam saepe aliena peccata nos ingravant et, quod a nobis non oritur, iure 1
nostro inputatur excessui! ex me didici fidem veterum non perire, dum per negotia
novella cana poetarum reparatur adnuntiatio. de me dictum aestimo: 'decidit in- Verg. Aen. 10, 780.
felix alieno vulnere'. super expectandae memoriae viri Sabini filio exhibetur 2
praefata concinnatio, qui hactenus aegritudinis tentus obstaculis sine vitio suo consti-
tuta violavit. fateor paene animum meum reum fecerat magnitudinis vestrae dives
adsertio et credebam culpam esse propriam, quam conscientia non habebat. ecce, ut

1 qui] quia *fort.* 2 subleuasti *CPb* 6 ut] ne *CPb* ad *add. TCP, om. BVL;* an ad aliud tributae *malim* attributae *V*

[CCLII] 12 Ennodius Laconio *b* 13 colloquii *V* 16 accidere *B* 17 applicandum *V* 19 indico (*sup. lin.* ulo) *V* 21 exacturos *B*, exacturus *ceteri* 22 fimet *sup. lin.* r *B* 23 accipientis *B* 25 distinabo *B*

[CCLIII] *Haec eadem epistula iterum inter CCLXXIX et CCLXXX (ep. VI 12 et 13) legitur in BVLTb (om. CP ibi maiore lacuna hiantes)* 26 ennodius auito $B_2 V_2 L_2$ 27 sepe $B_2$ 28 imputetur $V_1 L_1 T_1$ *CP*, imputatur $V_2 L_2 T_2$ 29 adnunciatio $B_2$ dictum (u *ex* a) $B_1$ decidit *CPb* decidet *ceteri* (sternitur *Verg. l. c.*) 30 exspectandae $V_2 L_2$, spectandae *Petschenig* sauini *codices* 31 hactinus $B_1$, actenus $B_2$ egritudinis $B_1 V_2$ 32 paene $V_2$, pene *ceteri* diuis *B* 33 esse culpam *Cb*

primum in bonam valitudinem reductus est, Mediolanum cum summa properatione
3 commeavit. cetera apud vos alleganda esse non credidi, quia qui commendat magnis
viris iustitiam, oblivionem videtur aequitatis opponere. domine mi, salutationis plenis-
simae munus exhibeo et, quod superest, quaeso ut status circa me gratiae vestrae,
quamvis sit plenissimus, adhuc tamen recipere cogatur augmenta.

## CCLIV (EPIST. 5, 26).

## AGAPITO ENNODIVS.

1 Resistunt peccata desideriis et, ut meritorum status delinquentibus innotescat,
a labiorum proximitate cupita subtrahuntur. acrius adfligunt oblata, cum pereunt:
potior sitis est, quam undarum gustus exaggerat. non urunt memoriam prima fronte
negata beneficia: quis ferat ingestam oculis aequo animo se perdidisse dulcedinem?
2 sed recte ista ad supernam remittuntur providentiam: quae caelestis dispensatio my-
sterii idcirco humanis dispositionibus manus opponit, ut votorum praestet effectum.
sanctus pater vester libenter se pariturum iussioni magnitudinis vestrae fuerat de mea
occursione pollicitus, sed animum eius in diversam partem pro utilitate, quantum
dicit, ecclesiae supervenientia rapuere consilia, sicut praefati pagina ad vos directa
3 declaravit. praestulatur tamen super negotio designato magnitudinis vestrae secunda
conloquia, quo manifestius in fratris vestri Fausti particii utilitate me esse necessarium
reseretur, cuius gratiae nihil sibi aestimat liberum denegare. quod restat, obsequii
mei humilitate suscepta precor, ut caeli opifex, qui culmini vestro parvitatis meae
curam est dignatus infundere, ipse per vos sequenda disponat.

## CCLV (EPIST. 5, 27).

## EVGENETI ENNODIVS.

1 Supra modum me sollicitant procurati studia indefessa silentii, et licet animus
in statione sit positus, contristat sermonis abstinentia, qui vivis imaginibus secretum
pectoris oris clave manifestat. patior quidem interdum caritatem sub paginarum pro-
2 mulgatione simulari, numquam tamen credo his muniis abstinere qui diligunt. referat
forte magnitudo vestra, publicae occupationis curam locum scriptis familiaribus non
dedisse. sed idem status erat, cum praecedenti tempore conloquia culmen vestrum
crebra praestabat nec ita aulicis deputatus premebatur excubiis, ut promissi amoris
3 memoriam non haberet. quis favis toxica, quis caenum fontibus clandestinus susur-
rator admiscuit? aut forte, quod fuerat de affectione subreptum, ad iudicium rettulistis?
sed ego occupare vos paginarum promulgatione non differo, ut ad usum veterem ces-
santibus promissae dignationis stimulis vel garrulitatis meae provocati fruge redeatis.
4 domine mi, obsequium salutationis plena humilitate persolvens indico me vestris cupi-
dum esse aspectibus praesentari, si tamen faciendum perpensis quae vobis cordi esse
non dubito rescribatis.

---

2 alliganda *B V2 L2 T2* 3 mi] mihi *B V L* 4 satus *B2* 5 augmenta. explic̃ *B2*

[CCLIV] 6 Ennodius Agapito *b* 8 sub•trahuntur *B* affligunt *V* 11 quae] quoniam *CPb*, qua *Hartel* 12 praestit *B* 14 occursione] occasione *b* 16 declarabit *fort.* praestolatur *V* 17 patrici *B* 18 degare *sup. lin.* ne *B*, derogare *Sirm.* 19 caeli *om. Sirm.* uestrae *Sirm.*

[CCLV] 21 eugeniti innodius *B* 23 contristat tamen *CPb* qui *Hartel*, quae *libri* 27 prae-cedenti *scripsi*, praecidenti *B*, praecedente *ceteri* colloquia *V* 28 aulicis deputatus ita *VLTCP* 29 susurratur *B* 30 retulistis *V* 31 defero *VLTC* 33 mi] mihi *BVL* salutationis obsequium *Sirm.* cupidium *B*[1] 34 faciundum *Sirm.*

## CCLVI (CARM. 2, 107).

### VERSVS MISSI AGNELLO VIRO SVBLIMI.

### EX TEMPORE.

Lucidum tinxit maculante fuco
Quisquis affectum, ferat inde linguam
Iudicis Christi facibus perustam,
Ore sepultus.
Scindit urguens foedus omne fraude vivax perpeti,
Aegre portans quicquid ordo flagitat serenior.
Linque quaeso, amice, mores plebe dignos ultima,
Sanguinis callem secutus serva quod depectus es.

## CCLVII

### ENNODIVS AGNELLO.

Ante imperium diligentiae vestrae valitudinem suam iniuncta tenuerunt. nam ne cui haec darentur vel legenda vel transcribenda praemonitus, obvias poscentibus manus opposui: nunc victus tui caritate transmisi. facies meum pudorem in statione esse, si relegas, in profligatione maxima, si transcribas.

### (CARM. 2, 108).

Vincula solvit amor, quae quondam nexuit alter:
Non nisi per legem cedit lex prisca sequentem.

### (CARM. 2, 109).

Numquam frugiferis per saecula longa thyrambis
In me fluxerunt commoda Castalii.
Tristia ieiunis pangentem carmina labris,
Spes nova, quid stimulas, gurgitis Aonii?
Sed si mutato Parcarum stamine gaudes,
Exhibe cornipedem nunc, Pegasea, mihi,
Qui ferat aligerum per gramina roscida corpus
Nec teneras flectat vestigiis segetes, Verg. Aen. 7, 808.
Sublimem validum formosum passibus aptum:
Qui si contingat, mox mihi, Musa, places.
Mitteris ad largum locupletem poscere parva.
Ni gaudens redeas, dic mihi, Musa, vale.

---

[CCLVI] v. 3 iudicib. $V^{a}$, indiciis *L* cristi *B* v. 5 urgens *V* v. 7 dignos *Sirm.*, dignus *libri*

[CCLVII] 3 trans | scribenda *B* 5 religas *B* transscribas *BV*

*Carm. 2, 109* de uersibus suis *inscr. Sirm.; versus Agnello missos esse epist. CCCLIX et CCCXCVII docemur* v. 1 tyrambis *libri*, corymbis *Schott in mg.* v. 3 ieiuni *V*, ieiunii *L* pangentem *B*, spargentem *celeri* v. 7 ruscida *BVL*, rustica *CP*

## CCLVIII (EPIST. 6, 1).

## ENNODIVS PARTENIO.

1 Nisi te efflictim diligerem et pii amoris soliditas indemutabili radice constaret,
possem iuiuriarum dolore provocatus, vel cum pueriliter irasceris vel cum adroganter
supplicas, conmoveri. nihil enim invenio, quod sit fabricata humilitate superbius.
praefero contumelias fucatae frontis obsequiis: transit amaritudinem dulcedo simulata.
2 non opus est deprecationibus, si quae te catena nectat intellegis. poscant pro exces-
sibus veniam, quibus est liberum non parere. ita famulos nobis iudicii caelestis clari-
tudo deputavit, ut in quacumque mens parte deflexerit, illorum necessitas inclinetur.
ille expetat clemens, qui districtum, si velit, refutare possit imperium. haud procul
3 te ab hoc ordine evagari potestas mihi a deo adtributa patietur. optare te convenit,
ne mansuetudinem, quam in me praedicas, meritorum tuorum consideratio iusta de-
venustet et pietatis tramitem culparum multitudo depretiet. licet, ni fallor, miseri-
corditer vindicta comitatur errantem nec ulla est potior patientia, nisi quae vitiis
aditum non recludit, a te tamen facessat indignatio nostra, quia quod deliqueris, non
4 inclusus dolor et gratia fallente servatus sed verbera castigabunt. nunc uno modo in
cicatricem cogere vulnera intemperatis sermonibus ingesta praevalebis, si te per
culmina liberalis studii ingenuum doctrina monstraverit. veniam nisi peritia suffragante
non exiges. mutata, qua notus sum, lege parcendi circa desidem saevitiam sub peren-
nitate servabo. quod restat, deum precor, ut valeas et de versibus tuis caelesti favore
comitatus spem augeas quam dedisti.

## CCLIX (EPIST. 6, 2).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Summa gaudiorum est oportunitas perlatoris, qui minister diligentiae per
necessitates suas desideriis obsequium praestat alienis. hunc quidem honestas com-
mendat et peregrinus ab officio mercatoris pudor insinuat. iungitur quod ei notitia
culminis vestri ad fidem probitatis accessit. nam scriptionis venerandae frugibus ipso
2 commeante satiatus sum. refundo ergo depositum officii lege constrictus et, quem in
Liguria positum pro virium mediocritate suscepi, ad potissima patrocinia tabella
prosequente transmitto. quod superest, reverentiae vestrae quicquid habet humilitas
devotionis offerimus, supplicans, ut litteras vestras vel pro mearum adsiduitate
iam merear.

---

[CCLVIII] 2 efflictem *BVLT,* efflicte *CP* amoris] cordis *Sirm.* 3 possim *B* arroganter *V* 4 fabricatae frontis *B*¹, e *del. et* humilitate . . . fucatae *in mg. inf. suppl. B*² 7 caelestis iudicii *Sirm.* 9 expetat] expectatat (c *et* at *del.*) *B,* exspectat *VL,* expectat *rel.* districtum *scripsi,* destrictum *libri* uellit *BL* haut *B*ᵇ*LT,* aut *B*ᵃ 10 attributa *V* 13 uendicta *B*¹ 14 non recludit] intercludit *TP*² 18 exegis *B* 20 dedisti. finit *B*

[CCLIX] 24 peregrinum *VLTC* mercatoris (s *add. m. 2*) *B* 26 comeante *VL* 29 debutionis *B* mearum *Bb,* metrum *VLT,* metum *CP* assiduitate *V* 30 merear. finit *B*

## CCLX (CARM. 2, 110).

### VERSVS DE CASTELLO HONORATI EPISCOPI.

Pontificis castrum spes est fidissima vitae.
Cui tutor sanctus, quae nocitura petant?
Hic clipeus votum est: procul hinc, Bellona, recede.
Quod meritis constat, proelia nulla gravant.
Conditor hic muros solidat, munimina factor.
Nil metuat quisquis huc properat metuens.

## CCLXI (DICT. 19).

### DICTIO DATA AMBROSIO IN ALEATOREM QVI AGRVM IN QVO PARENTES EIVS ERANT POSITI PRO LVDI PRETIO DEDIT.

Postquam, iudices, deforme aleatoris studium deductus ad exilitatem census 1
evaserat et crescentem certandi curam facultatum defectus addixit, coeperunt a turpi praemio nec parentum sepulcra subduci, coeperunt expectari dubia casuum de favillis et ridenda proponi contentionum momenta de lacrimis. ubi sunt qui dicunt, perfunctas 2
luce animas nihil cum huius mundi cultoribus habere commune et post saeculi segregationem diem suum habere translatos? ecce iam maiores istius prope quae obtinuerant sepulcra senuerunt et de ipsis per diuturnitatem requirunt busta iam tumuli: et tamen apud comisatorem inprobissimum adhuc creduntur in illis intentionis pretia non perisse. post longa vitae curricula fortuito nil debentes eventum manes 3
iubentur expectare de tesseris; post profligatas quas parentes tui per longam parsimoniam opes collegerant, post multa argenti aurique pondera, quae iutura heredem parcitas sub dimensione servavit, urnas veterum, ut essent in praemio tabulae, sterilitate deterior proles, honorasti. si mausolea praecedentium minor posteri cultus ornaret, esset plectenda neglegentia et spectaret de illis poenam iudicibus, qui filiorum suorum mores in alienis cupiunt emendare commissis. pro festivitate certa temporum lege 4
redeunte, pro sertis et quibus animae pascuntur muneribus, credidisti nefas, si genitorum tuorum sepulcra dominos non mutarent. non tibi licuisset domos ultimas pro abducti ab hostibus pignoris tui redemptione distrahere; quaero quae sit necessitas, quod alienum video in parentum tuorum cineribus possessorem: et nihil mihi aliud nisi ludus opponitur. o misera mortalium condicio, et cum denegantur desideria et 5
cum infelicius conceduntur! quotiens creatores tui sollicitis deum movere suspiriis, ne de huius usura lucis, quod infaustissimum creditur, sine legitimo herede transirent? quotiens futuri mens nescia proximitatem mortis incurrerat de pallore progeniti? editus 6

---

[CCLX] v. 1 est *in lit.* *B* fidissima] fides summa *B* v. 6 huc] hoc *VLCP*

[CCLXI] 2 alteatorem $B^1$ 4 posquam *B* 6 sepulchra *V* exspectari *V* 7 monenta $B^1$ 9 translatus *B* ecce iam quae obtinuerant sepulcra maiores istius prope senuerunt *sic verba invertenda esse censeo* 10 sepulchra *V* de ipsa *Schott in mg. et B teste Hartelio,* re ipsa *Hartel* requirunt *Bb,* fiunt *ceteri* 11 tumulis *VLTC* comesatorem *VL,* comessatorem *TC* 12 fortuitu *B* 13 parentis *B* 14 colligerant *B* 15 ornas *B* 16 praecidentium *B* 17 negligentia *B* 19 pascontur *B* 20 sepulchra *V* dominus *B* domus *B* 21 abducti *Hartel,* abducta *libri* 22 et] e $B^1$ alius *B* 23 mortalis *VLTCP* 24 creatoris *B* 25 sine *sup. lin.* $B^b$, in $B^a$ 26 quotiens — progeniti *om. Sirm.* incurreret *Bb*

institutus eruditus ad hanc messem, iudices, ieiuna pudoris mente pervenit, ne in iure suo patiatur esse, postquam universa perdidit, patrimonii largitores. damnamus in scelerato voluntatem turpissimam. nam contigit forsitan, ut ad probos dominos priorum
7 tuorum ossa beneficio levitatis emiseris. communis est universis defunctorum reverentia et circa religionem sorte ultima conditorum dignam poscit humanitas universa culturam, excellentius tamen maioribus nostris debita suprema redduntur, quos ita sibi veneratio proponit ante oculos, ut dis credamus exhibitum, in quibus defunctorum mandata peraguntur. servamus universa quae iusserint, non credentes inpune contingere, quod
8 de eorum fuerit praeceptione violatum. non invenio novum facinoris genus qua explicem novitate sermonum. quibus fuit sacrilegium non parere, quale est eorum suprema domicilia pro ludicris vendidisse? credite, cognitores, stare ante oculos vestros tot istius atavos vindictae tempora praestulantes, quorum placatione mansura in posterum circa parentes diligentia poterit sine labe sanciri.

## **CCLXII** (CARM. 1, 3).

### PRAEFATIO DICTA NEPOTIBVS PROCVLI SVB DIE XV. KAL. MAI.

Exprimit in spicam tellus iam feta papillas,
  Lacte maritatis turgida cespitibus.
Stringitur in prolem sparsus per gramina sucus,
  De guttis faciens progeniem solidam.
Vestitus gemmis protendit brachia palmes,
  De gremio ligni pampinus ecce viret.
Iussa per augmentum nunc silvam perdere vitis
  Frugibus ut crescat, vulnera conciliant.
Evocat inquirit gaudens infantia mundi
  Nutricem, tepidi quam dedit aura poli.
Ludit per faciem camporum rustica pubes,
  Respiciens duri dulce laboris onus.
Annus reptat ovans tractus per murmura veris
  Fracta locuturis mella ferens labiis.
Cum rebus noster balbuttit carmina sensus:
  Aurea principiis dextera portet opem.
Blandior ad falcem messor perducit aristas,
  Si rastris segetem pectere continuet.
Nunc stirpem Proculi, dans vernum suscipe doctor,
  Ne fervor teneros decoquat in studiis.
Serventur leges: ceu census littera currat.
  Horum Pindareus flumina vicit avus,

---

2 dampnamus *V*  3 torpissimam *B*  contiget *B*, contingit *CPb*  5 relegionem *B*  6 su∗prema *B*  7 diis *TCPb*  11 uindedisse *B*  12 uindictae tempora *B*[2]*CP*, uindicta et tempora *B*[1]*VL*, uindictam et tempora *T*  praestolantes *V*

[CCLXII] sub d̄ xu k̄l mai *VL*, *om. B*  v. 1 exprimit (x *in lit.*) *B*  v. 3 S∗tringitur (*eras.* s) *B*  p///olem *B*  v. 5 uestitur *VLCP*  brachia] eracia *B*  palmis *BVL*  v. 7 per *in lit. B*  uitis *Hartel*, uites *libri (in lit. B)*  v. 14 fracta locuturis *(Phaed. app. 8, 2)]* farcta (*scil.* mella) locuturis *Hartel*  v. 15 balbutit *V*  v. 18 si] sy *B*  v. 20 in studiis *B*, inmodicus *VCP*, inmodicos *L*  v. 21 seu *VLCP*  curat *VL*  v. 22 auus *Sirm.*, auos *BVL*, aues *Cb*

Docta Camenali cecinit qui carmina plectro,
Cuius Apollinei nil tacuere chori.
Phoebus in auxilio repetat mox fortior illum,
Artis nobilitas Marsya si veniat.

## CCLXIII (opusc. 1).

Sirm. p. 291

## IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI INCIPIT PANEGYRICVS DICTVS CLEMENTISSIMO REGI THEODERICO AB ENNODIO DEI FAMVLO.

I. Illi, princeps venerabilis, in laudibus tuis perscribat professio, íllum a prae- 1
coniis propositi repellat consideratio, quem a defensione tua aliquod subtraxit officium.
refundat tibi generalitas rebus obligata sermonem, dum inaequalis vicissitudo conpensat
laudibus, quod adepta est de sudore. armis tuis libertas obnoxia, quod solum potest,
hilaritatem didicit adnuntiare praeconiis. tuum est, inclyte, devotioni pretium dare, 2
p. 292 quam intellegis vires subditorum non posse transcendere. erit dispensationis sacrae
de famulis aestimare quid exigas, in quibus agnoscis totum tibi militare quod prae-
valent. propriis maiestas tua oblationem litterariam dignetur altaribus, quia ne senescat
claritudo operum, advocanda sunt linguarum exercitia. quid egeris, ne vetustas sibi
vindicet, obliget catena referentum; disciplinarum enim quietem vos tribuetis, per quas
vobis continget aeternitas. nihil amplius caelestis dispensator arcani ab humanis poscit 3
ingeniis, nisi ut intellegant, quo veniat auctore quod sapiunt. inter deo proximos
agnovisse qui praestitit reddidisse est beneficium. quod descendit a superis, sola
hymnorum licet mercede taxari. fabricator mundi ad potiora munera modulatis in-
vitatur eloquiis. dicite, si non praemii loco opifici suo lingua blanditur. iungitur, quod 4
de sacrario mundi pectoris laudatio debet principalis effluere, nec solum linguae nitorem
postulat conmemoratio numinis tui bono adserenda conscientiae. in divinis obsequiis
feriato ore peragit mens serena sacrificium; actuum munitus claritate in aetherio cultu
etiam mutus obsequitur. ergo et me titulus, qui obstare putabatur, invitat. utinam
mundior professio habeat concordiam cum secretis nec dissentiat splendor cordis
a corpore.
II. Salve nunc, regum maxime, in cuius dominio saporem suum ingenuitatis vigor 5
agnovit. salve, status reipublicae: nam nefas est, speciatim a te simul conlata narrare
p. 293 et unius bona temporis verborum divisione discernere. si bella regis mei numerem,

v. 23 caminali *B* v. 24 cori *B* v. 25 fortio *B* v. 26 marsia *V*

*Quae sequuntur usque ad CCCCXXIV omnia om. P, perturbata et mutilata sunt in C*

[CCLXIII] *Praeter codices BVLT ad hunc libellum recensendum contulimus et hic illic afferemus U = Urbin. 61 saec. XV, F = Ambros. D 117 sup. saec. XV, D = Monacens. 110 saec. XVI; libri Magliabechiani J 6, 29 saec. XIV (= M) lectiones debemus Hartelio. editus autem est panegyricus post b in Cassiodori editionibus Parisinis a. 1579 (= p), 1583 (= p²), 1588 (= p³), 1600 (= p⁴).*

1 in nomine . . . . . sancti incipit *B*, incipit *ceteri* 2 panygericus *B* 4 illi *B*, illum *ceteri* praescribat *p*, proscribat *Fp²* 6 refundat] referat *MUFDp²* 8 didicit *D*, didicet *B*, dedicet *ceteri* 9 sudditorum *B* 10 agnoscit *B¹*, cognoscis *b* 11 litterariam (ariam *in lit.*) *B* 13 obligec *B¹* tribuitis *malim* 14 dispensatur *B¹* 15 intelligant *B* deo (d *in lit.*) *B* proximos *Schott et Sirm.*, proximus *B*, proxim̄ *VF*, proximum *rel.* 16 red | disse *B¹* 17 fabricatur *B¹* 18 dicete *B* blandiar *B* iungi•• | tur *B* 20 conmemorátio numinis] conmemorationum | in his *B* bona (a *in lit.*) *B* 21 cultu• *B* 22 et *in lit.* *B* 23 nec] ne *Sirm.* 25 dominici (minic *in lit.*) *B* uigors *B* 26 speciatim] separatim *Mp² et Sirm.* collata *V* 27 diuisiones *B*

tot invenio quot triumphos. congressui tuo nullus hostium, nisi qui laudibus adderetur,
occurrit: militavit tropeis qui restitit voluntati. nam semper aut pietati tuae peperit
6 subiectus gloriam aut qui praesumpsit tela virtuti. qui te in acie conspexit, superatus
est: qui in pace, nil timuit. nec promissio venerabilis claudicavit inter prospera nec
passus est moram vigor in proeliis. callis tuus multo vallatus obstaculo et cotidianas
victorias vidit et profectionis detrimenta non attulit: sic inimicorum interclusus agmini-
bus, ut negaret accessum: sic tuo patefactus inpulsu, quasi hostium providentia nil
7 noceret. haec si felicitati tuae adscribenda sunt, est plena dos principis: omni honore
augustior, si labori. prima dextris ominibus contra naturam certamina suscipiens, ne
resistendi spes relinqueretur inimicis, varias tibi loco principe caeli leges, terrarum
munimina, fluminum superbias subdidisti. mentior, si umquam dispositis tuis inpedi-
mentum exhibuit ardor aut frigus, si tumore gurgitum, si bibendi necessitate constrictus
es, si Alpium iuga convexis poli sublimitate sociata cursibus tuis attulere tarditatem.
8 nescierunt resistere, quos devictis locorum munitionibus invenisti: quia securos faciunt
interrupta quos protegunt, et laxatis in otio animis vivunt qui tutiora possederint.
adversus te nec campestris habitatio pares protulit nec quos amplexa sunt invia, nisi
extiterunt supplices, a depraedatione subduxit. in possessione tua positus sine formi- p. 294
dine divitias indicavit; nec rebellem iuvit, si pauper innotuit. nemo indignationi tuae
9 nisi humilitate subtractus est, cum in sociorum profecisset numero qui rogavit. non
Symm. in Valent. I 1. tibi ignotus est algor Scythiae, non Meroen aut anhelum aestibus Cancrum ut alterius
possessor orbis ignoras; didicisti universa subigendo quae nobis vix auditu patuerunt.
haec quidem maiora sunt homine, sed qui ad mundi paratur gubernacula necesse est ut
10 universis veniat cardinibus institutus. — Nimis velociter tempus maturae laudis adripui
et quasi non in primordiis fluvius etiam torrentis fatiscat ingenii, sic per narrationis
famem fruges perfectae aetatis invasi. laurearum ordines quaerit, qui et celeritate
earum superatur et numero. citius a te, invictissime, insignia quae reteximus impleta
sunt quam dicantur. quis ferat in gestorum suorum elocutione torporem, quem in
actione non pertulit?

11 III. Educavit te in gremio civilitatis Graecia praesaga venturi: quem ita ingressum
vitae limen erudivit, ut dum adhuc de puero haberet hilaritatem, mox eam sequeretur
securitas de tutore. adhuc in cano flore degebas adulescentiae nec virtutum messem
lacteus ante experimentum culmus attulerat, adhuc blanda erat imago pubescentis nec
tingens faciem lanugo vestibat: quando aevi purpura et flosculus supervenientis inperii
promittebat sollicitis de gratiae conmutatione terrorem, cum ad probationem roboris p. 295
et clementiae tuae ruptis vinculis furor emicuit et evisceratas diuturna quiete mentes
12 occasionis pabulo subiugavit. pulsa est extemplo principalis urbe reverentia et in
vacuam possessionem nullo adscitus sanguine tyrannus accessit. qui aula potitus
definivit, postquam metu hostes suos debellaverat, nihil superesse quod gereret: cum
animos tuos sine annorum suffragio inpulit lux naturae, ne aut causa melior te coram
posito subiaceret, aut non beneficium necessitatis tempore redderes quod pacis acceperas.

---

1 quod triumphus *B* 2 *post* occurrit *versu interrupto a proxima linea incipit B, ut p. 204, 38 post* gereret *et p. 205, 22 post* decorata; *itemque b* tropheis *V* 4 claudicauit (l *sup. lin.*) *B* 5 moram uigor *B*, uigor moram *ceteri* cottidianas *V* 6 profectioni *Manso* 9 ꝓxima (proxi *del. et* pri *superscr. m. 1*) *V* ominibus] omnibus *BVLUFD* 11 munima *VL* superbias *scripsi*, superbia *codices*, superba *p*², superbiam *Manso*, imperuia *Hartel* 12 ardora ut frigora *B* 13 iugu *B* connexis *b* 14 securas *B* 15 //////inotio *B* possiderent *B*, possident *p* 17 subduxerunt *Hartel* 18 iuuit *p*, iubet *libri* nemo (e *in lit.*) *B* 19 proficisset *B* 20 scytiae (h *sup. lin. m. rec.?*) *B* aut] au *B* aestibi *B*¹, aestibus *B*², aestum *b et man. rec. in B* 23 uniuersis] iniquos *L* arripui *V* 24 fatescat *B* 26 retiximus *B*¹ 29 ingressum] ingress̄ *VL*, ingraes *B* 31 aduliscentiae *B* 32 pubiscentis *B* 33 cingens *coni. Hartel* flusculus *B* 34 ad] in *Sirm.* ruboris *B* 35 mentis *B* 37 uacua *BV¹LUF* tyrannas *B* quia ulla *B* 38 metum hosti suos *BVLUF* debellauerit *B*¹ 39 animus tuus *B* 40 redderis *B* acciperas *B*

in ipsis congressionis tuae foribus cessit invasor, cum profugo per te sceptra redderentur
de salute dubitanti. ventilemus historias, interrogentur annales: apud quos constitit 13
refusum exuli, quem cruore suo rex genitus emerat, principatum? castrensis gloria Symm. in Valent. II 24.
turmarum participatione dispergitur nec ad unum referri potest quod venerit conlatione
multorum. singularis boni fructus est ambitionis refrenatio, illo maxime tempore, quo
sine opinionis damno possis adquisita retinere. par te, inclyte domine, laus respicit 14
donati diadematis et defensi. si te illarum rector partium non amavit, perculsus
praefuit reipublicae: si dilexit, obnoxius: usus es in tuorum fide meritorum teste
purpurato.

IV. Iam tunc in ius tuum se palatia ipsa contulerunt; nemo credidit non te posse 15
ad quem voluisses transferre quod reddideras. sed parcus in exigendis praemiis, quasi
p. 296 sufficerent ad vicissitudinem operum tuorum, fasces accepisti, non quo tibi accederet
genius de curuli, sed ut de te pretium palmata mereretur. quis hanc civilitatem credat
inter familiares tibi vivere plena executione virtutes? ille annus habuit consulem, qui 16
rempublicam non tam sollicitudine quam opinione tueretur, quo in segmentis posito
quae ab hostibus sumpta fuerant arma tremuerunt. quando talis contigit sorte lectoris,
qualem dedit ab ipsa mundi infantia regum examinata claritudo? nolo per casus 17
errare dominatum: in tuo stemmate probati sunt qui reperti. Serranum scipionibus
aratra pepererunt, qui dum grandia sulcis semina conmendaret, honorum ei messis
oborta est. sed minus diligo prospera, quae sumunt a desperatione principium. vix
paucos contigit degenerare nobiliter, cum familiae tuae debeas actus generis nobiliter
custodire. quid mihi, vetustas, obicias agrestis membra paludamentis decorata? ego 18
tibi, quod admirationem vincat, oppono principem meum ita ortum, ut eum non liceat
improbari, ita agere, quasi inter imperatores adhuc precetur adiungi.

V. Sed quid faciam, cui fecunda actuum tuorum seges occurrit, ubi universa 19
eligentem superant? nescio quas aristas horreis inferam, quas relinquam. stat ante
oculos meos Vulgarum ductor libertatem dextera tua adserente prostratus, nec extinctus,
p. 297 ne periret monumentis, nec intactus, ne viveret adrogantiae, in gente indomita domesticus
adstipulator superfuturus roboris tui. qui si sufficiens leto vulnus excepisset, personam
viceras; quod in luce substitit, submisit originem. haec est natio, cuius ante te fuit 20
omne quod voluit, in qua titulos obtinuit qui emit adversariorum sanguine dignitatem,
apud quam campus est vulgator natalium — nam cuius plus rubuerunt tela luctamine,
ille putatus est sine ambage sublimior —, quam ante dimicationem tuam non contigit
agnovisse resistentem, quae prolixis temporibus solo bella consummavit excursu. hos 21
non montanae strues, non fluminum obiectio, non negati egestas alimenti in artum
necessitatis lege continuit, dum credunt satis esse ad delicias equini pecoris lac potare.
quis ferat adversarium, qui pernicis iumenti beneficio currit et pascitur? quid quod 22
et illis animalibus indicunt studiose famis patientiam, per quae esuriem vitare

---

1 cessit *B*, accessit *ceteri* redderuntur $B^1$ 2 uentelemus *B* 3 exsuli *VL* 5 tempore | quo $B^1$, *temere in mg. alterum* quo *adscripserat* $B^2$ 6 dampno *V* par tē (˜ *m. rec.? cf. p. 209, 15*) *B*, partem *b* respicet *B* 7 diadimatis *B* 10 contulerant *(correctum erat* u *super* a, *sed iterum deletum in B) Bb* 12 accideret *B* 13 genius (ge *in lit.*) *B* palmatam *BVLTF*, palmatum *D*, palmarum *b* 14 exsecutione *VL* virtutes *Petschenig*, uirtutis *libri* annus] **nus *(litterae* an *erosae nunc plane evanuerunt) B*, unus *b* 15 sigmentis *B*, figmentis *ceteri* 16 fuerunt *b* contiget *B* lectoris *B*, lictoris *ceteri* 18 dominatum *B*, dominatuum *ceteri* stimmate *B* 19 pepererunt *B* messes *B* 20 a desperatione] ad spiratione *B* 21 contiget $B^1$ 22 quid (d *sup. lin.*) *B* sobicias $B^1$, subicias $B^2$ agrestia (agestia *p*) $p^2$ *et Sirm.* 23 ortum *B*, ornatum *ceteri* 25 occurret *B* 26 arestas *B* horreis aristas *TMUFD* 27 libertatem $Dp^2$, libertem *ceteri* 28 arrogantiae *V* 29 ruboris *B* 30 substitit *om. UFD* 31 titulus *codices, emend. Mb* sanguinem *B* 32 robuerunt $B^1$ 33 contiget *B* 36 dilicias *B* 37 pernices *B* curret *B* quod et] quod det $B^1$ 38 studiosae *Bb* fames *B*

didicerunt? quemadmodum fit, ut ieiunae cornipedis sessor visceribus cibos extrahat,
quos illa ne conderet, diligentia instruente prospexit? his ante mundus pervius esse
credebatur: nunc illam sibi tantum orbis partem interclusam aestimant, quam tueris. —
Cursim multa transcendo, ne pigrioris stili vitio serus advenias, ne Romanae fax curiae
diu in umbram coacta tardius elucescat.
23 VI. Inter vitae tirocinia et triumphorum maturitatem pectori sacro affectum nostri
caelestis favor infudit. iam diuturnae quietis dispendio per gubernantium vilitatem p. 298
potens terra consenuerat, iam attulerat publicis opibus pax intemerata defectum, cum
apud nos cottidianae depraedationis auctus successibus intestinus populator egeret, qui
suorum prodigus incrementa aerarii non tam poscebat surgere vectigalibus quam
rapinis. saeviente ambitu pauper dominus odia effusione contraxerat, sed nec defrudatis
24 viribus quod minuebat opulentiae iungebatur affectui. tunc enim aulae angustia in
artum res privatas agitabat, nec micare usquam scintillas famulantum extinctus tyranni
fomes indulserat. metuebat parentes exercitus, quem meminisse originis suae admonebat
honor alienus; nam ire ad nutum suum legiones et remeare pavore algidus imperabat.
suspecta enim est oboedientia quae famulatur indignis, et quotiens praelatos convenit
25 conscientia stirpis ultimae, et illud metuunt, quod timentur. nata est felicis inter vos
causa discordiae, dum perduelles animos in propinquorum tuorum necem Romana
prosperitas invitavit. generata est ab invalidis causa certandi, et ne vel a negotio
26 perituris veniret fiducia, pars fugacium proelia concitavit. tunc a te conmonitis longe
lateque viribus innumeros diffusa per populos gens una contrahitur. migrante tecum
ad Ausoniam mundo nullus praeter parentem iter adripuit. sumpta sunt plaustra vice
tectorum, et in domos instabiles confluxerunt omnia servitura necessitati. tunc arma p. 299
Verg. Aen. 1, 177. Cereris et solventia frumentum bubus saxa trahebantur. oneratae fetibus matres inter
27 familias tuas oblitae sexus et ponderis parandi victus cura laborabant. tunc in campo
Verg. georg. 3, 366. hiems et iugi pruinarum candore velata caesaries barbam stiriis inplicuit crine possesso.
nam quod diligentius indumentum matrona neverat, durante gelu ut adhaereret corpori
frangebatur. pastum agminibus tuis aut indevotae nationes aut educata lustris fera
suggessit.
28 VII. Inter haec, quae tibi cum glacie aut ardore cesserunt, unam certaminis tui
lineam summotenus libet adtingere. Vlca fluvius est tutela Gepidarum, quae vice aggerum
munit audaces et in iugorum more latus provinciae quibusdam muris amplectitur
nullo ariete frustrandis. ad hunc te callis tui rigor adduxit, ubi pro legatis et gratiae
postulatione obsistendi animo gens diu invicta properavit, cum paene cohortes tuas
29 ante inimicos famis necessitas obsideret. dic, quaeso, clementissime domine, quid
praeter te spei erat residuum in populo harenae aut sideribus conparando? instantibus
Gepidis amne pestilentia iter, quod declinasset fugiens, contra nudatos vagina gladios
Symm. in Valent. II 9. transvolasti. nullius inscii mersa caeno haesere vestigia, nullus vitae prodigus periculum ignarus incurrit. vincitur humanae mentis auctoritas praevisione discriminis,
labascit fortium conscientia, quotiens formidanda oculis ingeruntur. stetit ante indomitam

2 conderit *B* 3 tueres *B* tu tueris *malim ut Petschenig* 4 cur si multa *B* stili *b*, stilli *B*, stellae *ceteri* ne . . uitio ne serus *B* 5 umbram *Sirm.*, umbra *libri* 7 gubernantum *TM* 8 deffectum *B* 9 cotidianae *V* populatǒ regeret *B*, egerit populator *ceteri* 11 saeuientem *libri*, *emend. Fertig*, saeuiente in *Hartel* pauperum *fort.* dominus *B*, dominum *ceteri* 12 affectui *Hartel* (*cf. CXXXIX 2, CCCXXII 2 al.*), affectu *libri* 13 extintus $B^a$ 15 legionis *BVLT* 16 praelatus *codices, emend. p* 17 felices *codices, emend.* $T^2p$ 18 perduellis animus *codices, emend. p* romanam *codices, emend. p* 19 uel an | negotio *B* 21 innumerus *B* 22 arripuit *V* 23 domus instabilis *B* 24 bubus *B*, bobus *ceteri* 25 laborant *Sirm.* 27 nam] iam *malim* 31 attingere *V* 32 munet *B* in *delendum puto* morem *p* 33 ligatis *B* 35 fames *B* obsederet *B* 37 nudatus *B* gladius *B* 39 incurret *B* 40 conscientiam $B^1$

p. 300 iuventutem certa de mortibus optio, cum nulla videretur securitas de salute. quid 30
Catonem extulistis, prisca monimenta, quod per Libycas Syrtes duxit exercitum, dum
humanas neces ludibria faceret esse serpentum, vel cum sine virtutis pretio educatum
caeli vaporibus veneni frigus expertus est? neminem contigit chelydros ante videre Lucan. IX 711.
quam exitium, dum per flamen prodigiosum et corporis fabrica, ut adsolent animae,
in auras evolaret. non cum viri fortis laude perimitur, qui unde veniat nescit occasus.
nec illius militis cuneis tuis fortitudo conparanda est nec par est in duce sapientia.
illum civilis belli furor agitabat, te orbis domina ad status sui reparationem Roma
poscebat. sed quid differo, quod tibi eventus dexter exhibuit? cesserunt confertissimis 31
hostium tuorum turmis quos ulterior ripa susceperat. urguebantur telis quos vorago
aut inruptio non tenebat; ieiunas pectorum crates acta validioribus lacertis lancea
transmeabat, cum inter naufragia terrena et cruoris undas invictissimus ductor apparuit,
tali muniens adstantes alloquio: 'qui in hostili acie viam desiderat me sequatur; non 32
respiciat alterum qui dimicandi poscit exemplum! virtus multitudinem non requirit;
ad paucos vadunt bella, bellorum fructus ad plurimos. de me aestimabitur exercitus,
et in his, quae gessero, gens triumphat. adtollite signa, per quae ne lateam pro-
p. 301 videtur; noverint quem petant aut cuius iugulis adquiescant! qui congressui meo
occurrerint, nobilitentur exitio.' his dictis poculum causa poposcit auspicii et laxatis 33
in proelium habenis effusus est. ut torrens sata, ut leo armenta vastasti; nec con-
currens quisquam substitit nec evadere potuit insequentem. portabare per universa
iam deficientibus telis adhuc ira crescente. extemplo Gepidarum versa condicio est:
palantes visi sunt mutata sorte victores. nam tu, venerabilis, qui incomitatus gustum
luctaminis adripueras, vallatus milibus incedebas. caesa est multitudo adversaria, donec 34
paucos eriperet nox vicina, dum ad vaga horrea copiis urbium referta veniretur, quae
non solum satisfacerent necessitati, sed sublevarent inter deliciarum secunda fastidium.
ita prosperis tuis militavit adversitas et contra famem tuorum excursus pugnavit hostilis.
vicit inediam inimica congressio; nec redisses ad valitudinem, si certamina defuissent.
haec de innumeris actibus in ordinem digesta sufficiant. transeo Sarmatas cum statione 35
migrantes, et plebem conflictuum numeratam sileo de tropeis.
VIII. Tibi cum rectore meo, Odovacar, occurro, qui universas contra eum nationes 36
quasi orbis concussor exciveras. tot reges tecum ad bella convenerant, quot sustinere
generalitas milites vix valeret. deprehensum est varias esse mentes coacervatae multi-
p. 302 tudinis nec spem victoriae venire de numero. adhuc tuorum dexterae de praecedenti 37
tabe titubabant nec peragebat votivos impetus membrorum inbecillitas: sufficit tamen
unum velle pro viribus, et indiscretum consilium de inimicis loco roboris attulit
ultionem. non te castra longo munita tempore, non fluminis profunda tenuerunt: datum
est hostibus tuis vallum construere, non tueri. repente aequora fugacium discursus 38
obnubit, per quae superandam domesticam tempestatem abeuntibus indixisti: interea
acies tuae aspectu consummant proelia, non labore. illic tibi fores reseravit felicitas
manifesto detegens, quod qui primore loco cesserant, secunda eos luctamina non
manerent. sed instruxit rursus in deceptione sui mens vaga conflictum, dum apud 39

---

4 contiget *B* cylidrus *B*, chelidros *V* 5 et] e *p* 6 peremitur *B* uenit *Sirm.* 7 milites *BVL* 10 urgebantur *V* telis uorago aut quos inruptio *B* 16 triumphabit *p* attollite $B^a V$ 18 occurrent *B* nubilitentur *B* aspicii *B*, officii $V^a$, aus picii *superscr.* $V^b$, poposcito aut officii *L* 19 auenis *B* 20 subsistit *B* portaueris *B*, portabaris *p* 21 tepidarum $B^1$ 23 arripueras *V* caessa *B* 24 cupiis *B* 25 diliciarum *B* 26 excursus] esuries *Sirm.* 27 uicet *B* redissis $B^a$ 29 tropheis *V* 31 conuenerant (t *in lit.*) *B* quod *B* 32 coacerbate *B* 33 dextrae *Sirm.* 34 titubant *B* uotiuos *p*, uotibus *codices* suffecit *malim* 35 indescretum *B* 36 longe *B* 38 obnuuet *B* superandum *B* 39 consumant *TMUD*, consumarit *BVL* consummarunt *prop. Hartel*

Veronam tuam apparatu nobili laxis manibus pugna instruebatur inpendiis. nihil
fortius adversariis tuis ante aciem, sed cum bellicum cecinerunt classica, nihil infirmius.
maxima in luctaminis promissione virtus et, si sufficeret lingua pro dexteris, copia
40 summa verborum. electus est locorum situs, non tam congressui utilis quam pavori,
providentes ne ascriberetur casui prima et discessio perfugarum. et tamen candida
reipublicae fortuna perurguebat, ne coepto desisteres. itineris tui permensus intervalla
conspexisti ignes hostium astrorum more rutilantes, ut si aliquando tibi fuisset nota
41 formido, in abruptum te pendere didicisses. numquam animi tui status aut secundarum
rerum tumore elatus est aut dubiis adquievit. instabat certandi dies multis tenebras p. 303
adlatura. cum primum aurora bigis in croceis ortum iubaris indicavit, cum de oceani
lymphis solis flamma surrexit, iam raucum bucina concinebant, iam te sui oblitus
42 quaerebat exercitus. qui dum munimentis chalybis pectus includeres, dum ocreis
armarere, dum lateri tuo vindex libertatis gladius aptaretur, sanctam matrem et
venerabilem sororem, quae ad te diligentiae causa convenerant, dum inter spem et
metum feminea sollicitudo penderet, dum de eventu adtonitae vultus tui sidere
43 pascerentur, talibus alloquiis confirmasti: 'scis, genetrix, partus tui honore universis
nota nationibus, quod natalis mei tempore virum fecunda genuisti. dies est, quo fili
tui sexum campus adnuntiet; telis agendum est, ut avorum per me decora non pereant.
sine causa parentum titulis nitimur, nisi propriis adiuvemur. stat ante oculos meos
genitor, de quo numquam fecit in certamine fortuna ludibrium, qui dextram sibi ipse
peperit valitudine exigente successus. hoc oportet duce contendi, qui omina incerta
44 non timuit, sed ipse sibi secunda conscivit. vos tamen elaboratas vestes et liciorum
tormenta devehite. cultiorem me acies suscipiat, quam festa consuerunt. qui me de
impetu non cognoverit, aestimet de nitore. invitet cupidorum oculos honor indumenti:
pretiosior species feriendos exhibeat. habeat laboris solacium, cui iugulum meum,
fortuna, praestiteris! inhient iacentis splendori, quos non contigerit videre pugnantem.'
45 his dictis excepit te tergo sonipes, lituorum desideriis inquietus. sed dum indulsisti p. 304
adfatibus, inimica legiones tuae premebantur instantia. dedisti inertibus fiduciam, dum
moraris, et hoc credo provisione caelicolum, ne deberetur multitudini quod vicisti.
protinus adventum tuum indicavit hostibus populus occisorum: executorem prodidit
Verg. Aen. 8, 224. caedis enormitas., sed nec illis remedia defuere consueta. continuo alas quas tribuit
46 formido sumpserunt, cursu praepeti interitum metu mortis eligentes. qui me veritati
nescit obsecutum, Atesis undas videat tua vice opulentas extitisse cadaveribus, et dum
tumefaceres gurgites de cruore, in parte alia sistebatur impetus fluentorum. itaque
ne ensibus non sufficeres, pro te et lympha militavit. salve, fluviorum splendidissime,
qui ex maiore parte sordes Italiae diluisti, mundi faecem suscipiens sine dispendio

---

1 apparatu nobili *scripsi*, apparatum nubeli *BVLT*, a. in belli *UD*, a. imbeli *MF*, a. imbelli *Schott*, apparatuum nubilo *Manso*, apparatu inhabili *Fertig*, apparat locum belli *Hartel; cf. Paul. hist. XV 15 (Droys.): Theodericus cum Veronam venisset iterum adversus eum Odovacer non minori quam prius* belli *sese* apparatu *opponit* pugnas *B* inpendiis *fort. delendum* 2 aciae *B* bellicum cinerunt *B*, belli concinerunt *b* 3 si] quasi *prop. Hartel* dextris *VLT* cupia *B* 4 utiles *B* 5 prouidente *p*, prouident *Hartel* ascrueritur *B* prima etiam d. *Sirm.* te tamen *malim* candida reip. *B*, reip. candida *ceteri* 6 perurgebat *V* desisteris iteneris *B* 7 ignis *B* rutilantis *B* 8 in abrupto tum te *fort.* dedicissis *B* 9 dies] dis $BV^2L^2$ 10 allatura *V* cruceis *B* oceani (ni *in lit.*) *B* 11 buccinae *p* 12 calebis *B*, calibis *V* 13 uindix libertatis (rta *in lit.*) *B* 15 euentus $V^1LT^1MUFD$ attonitae *V* 17 fili *B*, filii *ceteri* 20 dextram (*scil.* fortunam) *scripsi*, dextrum *codices*, dextros *p* 21 omina *VM*, omnia *ceteri* 23 tormenta] ornamenta *p in mg.* 25 feriendos $p^4$ *in mg. et Sirm. (cf. p. 150, 11)*, feriendus *B*, feriend̄ *VL*, feriendum *rel.* 26 iacentes *libri*, *emend. Sirm.* 27 excipit *B* tergo] ergo *Sirm.* lituorum $T^2p$, litorum *ceteri* 28 affatibus *V* legiones $T^2p$, legionis *ceteri* 29 caelicolum ne] caeli columnae *B* multitudinis $B^1$ 30 exsecutorem *V* 31 inormitas *B* 32 praepiti *B* 33 uice] nece *Hartel* 34 tumfaceris *B* 35 sufficeris *B* 36 sorde | sit aliae $B^1$ diluisti *Schott (cf. 186, 19)*, deluisti *libri* mundi faecem *p*, mundificem *codices* dispendiu $B^1$

puritatis. ecce ille tectus armatis campus enituit humanorum ossuum candore nobi- 47
lissimus! habemus, quotiens vetusti doloris urguemur memoria quod tueri. scenam
pulcherrimam servet terra sublimis. tamdiu maneat quod passi sunt, quamdiu deleat
oblivio quod fecerunt. o utinam voracibus abripere aliquid bestiis non liceret! perit
desiderabili spectaculo quod adquisiverint furta beluarum.

IX. Illic vellem ut aetatis inmemor, Roma, conmeares. si venires labsantibus 48
p. 305 tremebunda vestigiis, aevum gaudia conmutarent. quid semper delubris inmersa con-
cluderis? hic actum est, ut plures habeas consules, quam ante videris candidatos.
agnosce clementiam domini tui: saporem te voluit haurire triumphorum, quam dubia
elegit nescire certaminum.

X. Ecce iterum ad deditionem sibi cognitam hostium leto debita pars cucurrit, et 49
cum excessissent occumbentes numerum, ad servitium tamen armis instructa radiantibus
agmina convenerunt. flexus est animus tuus pronus semper ad veniam: credidisti,
quod fidem adsuescerent magisterio necessitatis, quam numquam exhibuerant studio
conciliante principibus. servavit te, regum praecipue, quod abiecisti sacramenti con- 50
fidentia cautionem. pependimus anxii, ne mererentur quos de hostibus tuis receperas
non perire. gratias tibi, mundi arbiter deus, qui conscientias veterno errore possessas
ad ultores gladios inpulisti. puderet me recensere levitatem originariam, nisi eam
viderem tuis laudibus obsequentem. quid dissimulo gesta persequi? libuit eos rursus 51
tendenti inermem dexteram Odovacri regna polliceri. innotuit ilico rebus in luce
deprehensis hostilium error animorum. advocasti providentiam actuum tuorum comitem,
et ne inpunita esset libido discurrentium, ultionis vexilla concutiens fecisti consiliorum
participem in secretis populum iam probatum. neminem adversarium agnovisse con-
tigit, quod tecum pars mundi potior disponebat. mandata est per regiones disiunctis-
simas nex votiva. quis haec praeter supernam voluntatem praestitit, ut unius ictu 52
p. 306 temporis effunderetur Romani nominis clades longa temporum inprobitate collecta? hic
quo me vertam nescio. grates referam, qui suscepi officium laudatoris, an arreptum
praeconiorum tuorum iter ingrediar? consumpta res est prospero fatalique bello:
succisa est Odovacris praesumptio, postquam eum contigit de fallacia non iuvari. quid 53
Herulorum agmina fusa conmemorem? qui ideo adversus te deducti sunt, ut hic
agnoscerent etiam in propriis sedibus quem timerent. egit causas longae quietis tuae
furor alienus. taceo ubi tibi iniuncta est pax diuturna, Burgundio, quando sic 54
foederibus obsecutus es, ut deputetur quod vivis feriatus constantiae, non pavori. illud
quoque quis patiatur notitiae perire, quod bono felicitatis tuae concurrentia inter se
vidimus tela perfidorum et inimicas acies te occupatum in aliis pia congressione
cecidisse? quotiens tibi vicit qui contra te sumpserat vota pugnandi? dicat Fridiricus, 55
qui postquam fidem laesit, hostes tuos interitu comitatus est, contra illos arma con-

---

1 puritatis *B*, ueritatis *ceteri* ossium $T^2b$ 2 cotiens *B* dolores *B* urgemur *V* tueris cenam *B* 3 terra sublimis. tamdiu *B*, terra. sublimes tamdiu *ceteri* 4 besteis *B* 5 desiderabilis | pictaculo (s *transposuit man.* 2) *B* 6 uellim *B* commeares $T^2b$, conmearis *B*, commearis *ceteri* ueneres *B* lapsantibus *V* 7 tremibunda *B* 8 uideres $VLT^1MUFD$ candidatus *B* 9 dubiae | liget *B* 10 quem narrantibus elegit n. *MUFD* 11 ad deditionem] adiditionem (id *in lit.*) *B* 15 te] *sup.* e *apex quidam in B ut saepius in vocabulis monosyllabis*, tempore *b* 16 reciperas *B* 17 deus////// || *B* conscientias $T^2p$, conscientia *codices* veterno] aeterno *B* possessas $BT^2$, possessos *ceteri* 18 gladius *B* 20 dexteram *B*, dextram *ceteri* illico *B* 22 inpunita esset] inpunites sed $B^a$ vexilla] uix illa *B* 23 contiget *B* 25 nexi *B* uoluptatem *VL* 26 cladis *B* 27 grates $p^4$ *in mg.*, gratis *libri*, gradum *Sirm.* suscipi *B* 29 contiget *B* 30 ideo] id co *B* 32 diuturna (d *in lit.*) *B* 33 deputitur *B* uiues *B* 34 bono• *B* 35 tela] hasta $V^a$, *del. et* tela *sup. lin. corr.* $V^b$ 36 Fridericus *b* 37 hostis tuus $BV^1$

cutiens, quibus fuerat errore sociatus, quando nata est inter sceleratos de hoc quod
intellegebant se unum velle discordia. adsit divinitas et beneficia sua in aevum
producat, qua disponente votiva inter reos evenere litigia. nam Fridiricus, postquam
tibi de adversariis tuis peregit triumphum, de se praebuit. p. 307
56 XI. Trahit me ad aliam partem venerabilium pars magna meritorum. video in-
speratum decorem urbium cineribus evenisse et sub civilitatis plenitudine palatina ubique
tecta rutilare. video ante perfecta aedificia, quam me contigisset disposita. illa ipsa mater
civitatum Roma iuveniscit marcida senectutis membra resecando. date veniam, Luper-
57 calis genii sacra rudimenta: plus est occasum repellere quam dedisse principia. huc
accedit, quod coronam curiae innumero flore velasti. nullum de honoribus tetigit
desperatio, quem iuverunt deprecantem bona conscientiae. nescit de effectu petitionis
dubitare, qui splendidis inops meritis non rogavit. aut boni sumus proposito nostro
58 aut tuo informamur exemplo. creverunt reipublicae opes cum privatorum profectibus:
nusquam in aula tua ambitus et opum ubique diffusio est. nemo indonatus abscedit
et nullus incommoda proscriptionis ingemescit. legationibus tuis inest vigor inmortalis:
mandatorum ordinem digeris, priusquam legatos aspicias; nec replicationibus tuis
59 reperiuntur contraria nec obiectionibus facilis occurrit resolutio. excubat pro armis
opinio principalis: otia nostra magni regis sollicitudo custodit, nec tamen desistis
castella propagare curas tuas in longum producens. nec viri fortis in te deest
securitas nec cautela metuentis. o geminam in uno principe virtutum plenitudinem,
quae deum resignat auctorem, quia non habet inter homines a quo videatur sumpsisse p. 308
quod exhibet!
60 XII. Sed ecce rursus post quietem solidam ad acies verba revocamus: iterum ad
se tuba vocat eloquium. Sermiensium civitas olim limes Italiae fuit, in qua seniores
domini excubabant, ne coacervata illinc finitimarum vulnera gentium in Romanum
corpus excurrerent. haec postea per regentium neglectum in Gepidarum iura con-
cessit, unde cottidiana insultatio et inconposita legationum frequentia mittebatur.
61 urebant animum principis dolosi blandimenta conmenti et circa alios Gepidas, quorum
ductor est Gunderith, intempestiva Traserici familiaritas. credebas in tua iniuria
perire, quia diu licebat Italiae possessionem te dominante retineri, nec sufficiebat con-
solatio, quod eam tu non perdideras, cum inmensus esset dolor, cur illam retentator
non inter dominationis tuae exordia reddidisset. minui aestimas quod non crescit
62 imperium. postquam tamen liquido Traserici patuere conmenta, Gothorum nobilissimos
Pitzia Herduic et pubem nullis adhuc dedicatam proeliis destinasti, ut si oblatis
pactionibus adquiesceret, semel invasa locorum potiretur arbitrio. sed usus incon-
stantis felicitati tuae obsecutus est: fugit sponte aliena et sine inpulsu exercitus tui
deseruit quod debebat. continuo Pitzia, qui et de te eventus utiles sumpserat et con- p. 309
siliorum momenta librabat, non adquisitam esse terram credidit sed refusam, nec
63 rapinis ut lucrativa populatus est, sed dispensationibus servavit ut propria. quibus
ibi ordinationem moderantibus per foederati Mundonis adtrectationem Graecia est

2 intelligebant *B* 3 euenire *$V^1U$* 5 trahet *B* inspiratum *B* 7 contegisset *B* (*scil.* videre), contigisset (scire) *Hartel (cf. p. 211, 4 97, 13)* 8 iuueniscet *B* resicando *B* 9 repellere *b (cf. CCCIL 28),* repellare *B,* rebellare *ceteri,* debellare *Hartel* 10 accedit *D,* accidet *B,* accidit *ceteri* tetiget desperatio (o *sup. lin. man. 2*) *B* 11 iuberunt *B* 14 abscedet *B* 15 ingemescit *BL,* ingemiscit *ceteri* inest] en . est *B* 16 legatus *B* aspicias; nec obiectionibus (nec obiec *in lit.*) *$B^1$*, nec repl. . . contratria *suppl. in mg. inf.* *$B^2$* 17 repperiuntur *BV* occurret *B* 21 dm̃• *(in lit.) B,* dominum *b* 22 quod] quo *B* 24 tuba] cuba *B* Sirmiensium *p* limis *B* 25 coacerbata *B* 26 regentium (i *exp.*) *V* 27 unde *D,* uae *B,* ue *VL,* ne *rel.* cotidiana *V* ligationum *B* 29 gunderit *B* 31 tu *om. TMUD* 32 reddisset *sup. lin.* di *B* 33 gotorum *BV* nobilissimus *codices, emend. p* 34 distinasti *B* 35 inuasa *B,* invaso *ceteri* 37 debeat *$B^1$* pizia *B* utilis *B* 40 adtrictationem *codices*

professa discordiam, secum Vulgares suos in tutela deducendo, quibus inter Martios
conflictus castelli vice usa minitatur. tunc Mundo credens ad praesidium sufficere, 64
si cohortes tuae quid pateretur agnoscerent, pernicibus nuntiis periculi sui fidem con-
misit, qui ante defensores inire pro partibus suis conspexit certamina, quam moliri
didicisset. ut tamen eminus Pitzia indomitam Vulgarum iuventutem speculatus est,
ardentes adulescentium impetus potioribus verborum armavit incendiis: 'meministis, 65
socii, cuius ad haec loca conmeastis imperio. nemo absentes credat regis nostri
oculos, pro cuius fama dimicandum est. si caelum lancearum imber obtexerit, qui
fortius telum iecerit non latebit. ferro pectora inmergite, ut veniat de horrore vitae
spes manifesta victoriae. credo regii testem roboris iam defunctum nec superesse qui
illis quem habeamus dominum consueverat indicare. aut forte gentem nostram
dedignantur aestimare de principe? intellegant ab eo fluxisse quod gerimus, nec
liceat illis, quod rector noster transmisit ad originem, uni tantum debere personae.'
p. 310 haec eloquia lituis conmutavit: continuo ut adsolet ater nimbus tectis crepitantibus 66
procellarum mugire discursu, sic se praecipitem plebs Martis inmiscuit. incerta diu
conflictus lance titubavit, dum par ex utroque latere pugnandi surrexisset asperitas.
concurrebant duae nationes, quibus numquam inter gladios fuga subvenerat. miratae
sunt mutuo sui similes inveniri et in humano genere vel Gothos resistentem videre
vel Vulgares. interea dum anceps esset fortuna certaminis et pinnatae mortes sibi 67
aethera vindicarent, superavit nostri memoria principis, dum agerent, ut singulorum
apud eum merita campus adsereret. versa est in fugam natio punita gravius, quod
evasit. tellus excita tremuit concussione cornipedum. cum ingenti lamentatione pro-
perabant, postquam viderunt non esse se dubios de salute. caeli arbiter deus, munera
conlata multiplica! illi numquam dubii de triumphis, illi quos suspexit universitas
perditis bellorum signis et perculsi incolumitate discedunt, terque et quater beatos Verg. Aen. 1, 94.
esse clamitantes quos oppetere contigisset. quid strages militum revolvam et Sabiniani 68
ducis abitionem turpissimam, cum a ratione dividatur retexere exterminatis patrociniis
quid evenerit indefenso? tunc ne videretur celebrandus saeculis Pitzia non tam
militasse gloriae quam cupiditati, liquit feris aut avibus campi laborem, cum ieiunum
militem opulentis detrahere cadaveribus nihil iuberet. sed haec quibus linguis suffi- 69
p. 311 cienter explicanda sunt? qua poterunt facundiae dote reserari? diu tu vicisti in
universis congressibus (tuis), nunc incipiens in obsequio habere victores. interea ad
limitem suum Romana regna remearunt: dictas more veterum praecepta Sermiensibus,
de suis per vicinitatem tuam dubitant qui hactenus nostra tenuerunt.

XIII. Quid castigatas Vandalorum ventis parentibus eloquar depraedationes, quibus 70
pro annua pensione satis est amicitia tua? evagari ultra possibilitatem nesciunt duce
sapientia: adfines esse meruerunt, quia oboedire non abnuunt.

XIV. Haec de gestorum tuorum cumulis maior voto quam eloquentia strictim 71
digesta replicavi, melioribus intacta derelinquens. videro quis me vincat facundia, nemo
circa te transcendere valebit affectu. habes hanc deo inspirante mansuetudinem, ut te plus

---

1 tutila *B* martius *B* 2 usam | initatur *B* 3 cohortis *B* pernicebus *B*[1] sui *om. Sirm.* 4 defensoris *libri, emend. p* 5 ut *om. Sirm.* pizia *B* 6 ardentis aduliscentium impius *B* meministis *(del.)* | meministis *B* 7 conmeassites *B*[1], conmeassetis *B*[2] *recte fort.* absentis *B* 8 obtexerit *scripsi*, obtixeret *B*[1], obtexeret *B*[2] *et ceteri (Verg. A. 11, 611)* 9 iecerit *b*, ieceret *B*, iaceret *ceteri* latebit *b*, latebet *B*, lateret *ceteri* 12 intelligant *B* 15 discursu *Manso*, discursum *libri* 16 titubabit *B* 17 nationis *B* 18 similis *BVLT*[1] Gothos *Hartel*, gotus *BVL*, gothus *rel.*, Gothum *p* uidere *Hartel*, audere *libri* 19 pennatae *V* 20 principes *B* 24 collata *V* dubii *B*, dubio *ceteri* 25 incolomitate *B* beatus *B* 27 duces *B* 28 eueneret *B* 30 iuberet *B*, iuuaret *ceteri* 31 dote reserari] docere seruari *B* 32 tuis *om. Bb* 33 dictas *B*, dicta *ceteri* sirmionsibus *V* 35 uuandalorum *V* 36 possebilitatem *B* 37 adfines (ad *in lit.*) *B* 39 degesta *B*

credas posse diligentia quam timore. excellentia bona sunt gloriae tuae inserta
monumentis, ut cum te reges metuant, ament famuli. nam quaecumque tibi metitis
subiectorum viribus dari imperas, credis posse denegari. o regem omni tranquillitate
conpositum, qui devotioni nostrae imputat quod inpendimus servituti!
72 XV. Quid quod! a te Alamanniae generalitas intra Italiae terminos sine detrimento
Romanae possessionis inclusa est, cui evenit habere regem, postquam meruit perdidisse.
facta est Latiaris custos imperii semper nostrorum populatione grassata, cui feliciter p. 312
73 cessit fugisse patriam suam: nam sic adepta est soli nostri opulentiam. adquisistis
quae noverit ligonibus tellus adquiescere, quamvis nos contigerit damna nescire. sub
te vidimus eventus optimos de adversitate generari et fieri secundorum matrem
occasionem periculi. ulvis liberata gratulatur terram incolens, quae hactenus dehi-
scentibus domiciliis solidioris caeni emergebat beneficio.
Symm. in Valent. II 30. XVI. Par fuit etiam, ut eloquentiam laudis praemiis incitares, ne adoreas tuas
74 silentio perderemus. nullarum artium cessat industria: sollers ubicumque latet inquiritur.
magistratum, etiamsi longe deguerit, exigit qui meretur. numquam absconditur quem
75 prodiderit innocentia, dum, subtilis arbiter, non placaris voce sed actibus. parentum
nostrorum qui occubuerunt apud te bene acta servantur: cuius mansuetudini tuae fides
innotuerit, hereditatis iure quod auctori debueras suboli mox refundes. habemus de
maiorum obsequiis fructum, et tamen de excessibus supplicia non timemus. finitur
indignatio moderata cum homine, cum propter retributionem quaerat tua pietas suc-
76 cessorem. — Restant adhuc multa quae dicerem, sed inter plures actuum tuorum
Symm. l. c. 29. praecones convenit inlibatum aliquid reservari. debent tibi veneranda studia quod
loquuntur. amaverunt praecessores tui inscitiam, quia numquam laudanda gesserunt.
sordebat inter aratra facundissimus et, quod peritia dederat, vis negabat. muto maere- p. 313
77 bant actore tribunalia nec ulla concedebatur palma dicenti. in casu negotiorum
nutabat eventus, quando litteris genius non dabatur. unus ubique ingenia maeror
oppresserat, quia adterebant otia eloquentium facultates; pompâm seniorum edax
neglegentia possidebat nec accendebatur tiro aemulatione sectanda. vide divitias
saeculi tui: tunc vix fora habuere perfectos, nunc ecclesia dirigit laudatorem.
78 XVII. Eat nunc et coturnatis relationibus Alexandrum iactet antiquitas, cui famae
Symm. l. c. 26. opulentiam peperit dos loquentium, ut per adiutricem facundiam videatur crescere
rebus mendica laudatio. regis nostri merita solacium non postulant adserentis: minora
sunt eius veris actibus, quamvis aucta sint veterum gesta mendaciis. simulastis, poetae,
79 grandia, sed fateri vos convenit praesentem dominum gessisse potiora. Pelleus ductor
praeconiorum suorum summam Choerili voluit constare beneficio, ne fallendi votum
multitudo deprehenderet et fieret testis inpudentiae, qui adsciscebatur in adstipulatione
victoriae. nihil detraho senioribus, quos praecipuos habuisset antiquitas, nisi Romani
80 nominis erectio te dedisset. illum verae religionis ignarum obtinuit erroris mater

2 ament famuli *B*, famuli ament *ceteri* 3 credes *B*, cred̄ *VL*, credit *MUFD* 4 impotat *B* 7 custus *B* crassata *codices* 8 adquisita est iis *p* 9 nos *B*, non *ceteri* dampna *V* 10 uidimus *B*, uidemus *ceteri, recte fort.* optimus *B* 11 liberatam *Fertig* terram] treram *B* hactenus] fluctibus *Fertig* 12 solidioris coeni emergebat *Schott*, solidiorischeniem (ē *in lit. V*) mergebat *BVLb*, solidioris siccinem (sicime *T*) mergebat *TUF*, sarcine solidioris mergebat *D*, solidioris schoeni emergebat *Manso, quod ipse postea reiecit, Fertig et Hartel probaverunt* 14 perderimus *B* latit *B* 15 exigit *scripsi cum Hart.*, exiget *libri* 16 suptilis *B* placares *B* acti•bus *B* 17 mansuetudine *B* 18 debueris *Bb* soboli *V* refundis *p quod malim* 21 dicerim *B* 22 debent ibi *B* 23 locuntur *V (et Symm. l. c.)* praecessores] praeces sorores *B* laudandam *B* 24 atra *sup. lin.* ra *V* 25 auctore $T^2$ *et Sirm.* concidebatur *B* casum *L et Sirm. (cf. p. 231, 25)* 26 genuis *B* 27 atterebant *V* 28 negligentia *B* nec] ne *B* 29 perfectus *B* ecclesia $T^2$*p*, eclesiae *B*, ecclesiae *ceteri* 31 loquentum *b*, eloquentum *p* 32 asserentis *V* 33 aucta *b*, acta *codices* sunt *VL* simulastes *B* 34 pellius *codices* 35 Choerili *p*, cyrilli *codices* 37 praecipuus *B* 38 obtenuit *B*

inscitia: te summi dei cultorem ab ipso lucis limine instructio vitalis instituit. numquam applicas laboribus tuis, quod eventus dexter obtulerit: scis in te curam, penes
p. 314 deum perfectionis esse substantiam. agis ut prospera merearis adipisci, sed potitus universa adscribis auctori. exhibes robore vigilantia prosperitate principem, mansuetudine sacerdotem. quid! frustra maiores nostri divos et pontifices vocarunt, quibus 81
sceptra conlata sunt. singulare est actibus implere sanctissimum et veneranda nomina non habere. rex meus sit iure Alamannicus, dicatur alienus. ut divus vitam agat ex fructu conscientiae nec requirat pomposae vocabula nudă iactantiae, in cuius moribus veritati militant blandimenta maiorum.

XVIII. Vellem, fateor, ad orationis terminum victus gestorum tuorum enormitate 82
descendere et novellas adoreas hebetatus priscorum luce transire. quemadmodum, si aetherii axis in numerum redigere ornamenta voluissem et trionum fulgore conprehenso caeli decorem inpotenti lingua describerem, cederet divino splendori mortalis obscuritas, iubaris lampadi non sufficeret humilium scintilla sermonum: haec me condîcio resignat inparem, quae testata est obsequentem.

XIX. Nam illud quo ore celebrandum est, quod Getici instrumenta roboris, dum 83
provides ne interpellentur otia nostra, custodis et pubem indomitam sub oculis tuis inter bona tranquillitatis facis bella proludere? adhuc manent in soliditate virium victricia agmina et alia iam creverunt. durantur lacerti missilibus et inplent actionem fortium, dum iocantur; agitur vice spectaculi quod sequenti tempore poterit satis esse
p. 315 virtuti. dum ammentis puerilibus hastilia lenta torquentur, dum arcus cottidianae 84
capitum neces longius dirigunt, urbis omne pomerium simulacro congressionis adteritur. agit figura certaminum, ne cum periculo vera nascantur. ad haec quis credat unum pectus posse sufficere, ut per procinctus indomitos vincat in proeliis et agat consilio, ne dimicandi causa contingat? Rutilium et Manlium conperimus gladiatorium con- 85
flictum magistrante populis providentia contulisse, ut inter theatrales caveas plebs (Nepotian. 10, 22.)
diuturna pace possessa quid in acie gereretur agnosceret. sed tunc feriatis manibus frustra sociae mortes ingerebantur aspectui. numquam bona sunt, quae a crudelitate veniunt instituta: ut armarentur contra inimicos animi, prius videre exitia suorum. interea illa congressio, quod docuit exitus, non tam peperit incrementa robori quam pavori: inter secundas res didicit inbellium animus quid timeret. vide adinventionum 86
diversitates pleno calle distantes: illis vera cruoris effusio animos a dimicatione submovit, hic adulescentium vigor de imagine mentitae concertationis incanduit, quos praecox aetas tot mortes adversariorum repositas docuit habere quot spicula, non inter exoticos discursus adsueti faretrarum dispendia neglegenter effundere nec in auras exitia manifesta torquere, tot exacturi animas, quot tela vibraverint.

XX. Sed inter proeliares forte successus, quibus omnes instruis et concilias omina 87
p. 316 secunda vincendi, civilitatis dulcedini nil reservas? quis credat heroas tuos peregrinam non respuere, dum sunt tranquilla, formidinem! nam indomita inter acies ingenia lex

1 limine *MU²*, lumine *ceteri* 2 amplicas *B* paenis deum perf. *B*, penis de imperf. *ceteri* 3 ages *B* 4 ascribis *V* 5 maioris *B* diuus *B* uocarent *B¹* 6 collata *V* 7 non habere] nõ hare *VL* 8 nec] ne *B* riquirat *B* 10 uellim *B* inormitate *B* 11 discendere *BVL* hebitatus *B* 13 discriberem *BVL* cederet *T²p*, caedere *B*, cedere *cet.* mortali *BVL* 18 manet *B* 19 inplenctationem *B* 21 ammentis *BVL*, amentis *rel.* cotidianae *V* 22 longius *B*, *om. ceteri* diriguntur *p* 23 uero *Sirm.* 24 indomitus *B* 25 contigat *B* Rutilium *b*, rutilum *BVL*, rutillum *TU*; *cf. Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. X 47 et Bücheler Mus. Rhen. XXXVIII (1883) 476* 26 contulisset *B* theatralis *B* 27 geriretur *B* 28 mortis *BVLTMUF* ingeribantur *B* 30 rubori *B* 31 didicet *B* 32 diuersitatis *B* animus *B* 33 aduliscentium *B* 34 quod spicola *B* inter exoticos *scripsi*, terexoticus *BVLTF*, to rex eticus *UD*, terret exoticus *b*, per exoticos *Sirm.* 35 adsuiti *B* pharetrarum *V* 36 quot] quod *B* 37 instrues *B* 38 heroas tuos *b*, eroas tuus *codices* perigrinam *B* 39 sunt *B*, sint *ceteri*

coercet: summittunt praeceptis colla post laureas et calcatis hostium cuneis, quibus
88 arma cesserint, decreta dominantur. solus es meritis et natura conpositus, cuius magnanimi iussa sectentur. origo te quidem dedit dominum, sed virtus adseruit. sceptra tibi conciliavit splendor generis, cuius si deessent insignia, eligi te in principem mens fecisset.

89 XXI. Sed nec formae tuae decus inter postrema numerandum est, quando regii vultus purpura ostrum dignitatis inradiat. exhibete, Seres, indumenta, pretioso murice quae fucatis, et non uno aeno bibentia nobilitatem tegmina prorogate. discoloribus gemmis sertum texatur, et quem vehementior vipera custodit lapis adveniat. quaecumque ornamenta mundo obsequente transmissa fuerint, decorata venerandi genio corporis
90 plus lucebunt. statura est quae resignet prolixitate regnantem; nix genarum habet concordiam cum rubore; vernant lumina serenitate continua; dignae manus quae exitia
91 rebellibus tribuant, honorum vota subiectis. nullus intempestive positum iactet, quia quod agunt in aliis dominis diademata, hoc in rege meo operata est deo fabricante natura. illos faciunt tot divitiarum adiumenta conspicuos, sed hunc edidit simplex et indemutabilis figura meliorem. quid! cultu laborent qui cupiunt peregrinam obtinere p. 317
92 pulcritudinem. Italiae rector in amicitiam colligit duo diversissima, ut sit in ira sine conparatione fulmineus, in laetitia sine nube formosus. feriato ore legatis gentium aut pacem blanda promittit effigies aut bella terribilis. tantis constas insignibus, quanta
93 facerent viritim distributa perfectos. sed utinam aurei bona saeculi purpuratum ex te germen amplificet! utinam heres regni in tuis sinibus ludat! ut haec, quae tibi offerimus verborum libamina, sacer parvolus a nobis exigat similium adtestatione gaudiorum. ecce satisfaciens debito et obsecutus officio orationem meam oratione conclusi.

## CCLXIV (CARM. 2, 111).

## DE HORTO REGIS.

Dextera bellipotens vulgatis plena triumphis,
Qua cecidit quicquid fugit ab obsequio,
Disperso celsam solidas quae sanguine famam,
Cui peperit laudem mitis et arma tenens,
Postquam praelargo rubuisti stymmate campi,
Arva colis pingens germine purpureo.
Virgultis proprio dispensas murice poma,
Das plantis fructum nobilitate tua.
Vilior en cespes iactet se divite ramo,
Dum ligni morsus semina clara fovet.
Demessus ferro floret tibi surculus alter;
Nuda maritatis dos nitet arboribus.

---

1 coercit *B* 2 solus es *T*[2] *et p*[2] *in mg.*, sulues *B*, solues *ceteri* meritis] mentis *B* 3 dedit *om. TMUFD*, fecit *add. T*[2] 4 insigna *B*[1] elegi *B* 7 Seres *p in mg.*, syres *codices* 8 fuctates *B* 9 texator *B* 11 nix] nex *BVL* 12 robore *B* exitia (a *man.* 2) *B* 14 diadimata *B* 15 conspicuus *B* 16 perigrinam *B*[1] 17 pulchritudinem *V* 19 promittet *B* 20 perfectus (r *in lit.*) *B* 21 germen] gerenin *B* 22 paruolus *B*, paruulus *ceteri* attestatione *V* 23 oratione] orationem *B*, *om. b* 24 conclusi. finit in christi nomine panygericus *B*, finit panegyricus *VL*

[CCLXIV] hortu *B*, ortu *VL*; *cf. Muratori inscript. p. 467* v. 3 quae] qui *Sirm.* v. 5 robuisti *B* stymmatae *B*, stemmate *ceteri*, scammate *Sirm.* v. 6 coles *B* purpores *B*[1] v. 9 cespis *B*

Gramina cultorem praenoscunt, muta locuntur;
Quod tetigit princeps, ver habet in glacie.
Gestit terra potens, monstrat cui creverit arbor:
Fetibus et genio panditur hic dominus.
Pervigil Hesperidum quae servas iugera serpens,
Aurea ieiunis munera dant epulis.
Quis silvae subolem carpat custode veneno?
Morte nemus tutum, credite, nullus adit.
Hic commune facis, pietas, quod sola parasti.
Visceribus plenis nescit abire fames.

## CCLXV (CARM. 2, 112).

## DE CAECO QVODAM ET LVXVRIOSO.

Orbe pereffosso fluvidum de lumine vulnus
Pestifer ostentans ora sepulta geris.
Caeca per innumeros facies portatur amicos;
Qui te conspiciunt, iure dolent oculis.
Ebria marcenti locupletas flumine menta,
Circumfers crasso sordida labra fimo.
Oscula nulla petas, madidam suspende mefitem:
Te propter cupiam perdere quod video.
Quis putet ex oculis flammas coalescere turpes?
Nil videt, et rectum servat iter scelerum.

## CCLXVI (CARM. 2, 113).

## DE EQVO SVO SENE.

Fixior annoso sonipes moderamine noster
Nunc iuvenem blando sustinet obsequio.
Mollia grandaevus summittit terga sedenti:
Aetas constantem gressibus esse facit.

## CCLXVII (CARM. 2, 114).

## VERSVS DE FLAGELLO INFANTIS ARATORIS.

Quae capiunt mundum, iunxit mens docta flagello
Exornans censu nobilitante plagas.

---

v. 14 tetiget *B* v. 15 gestit] gestu *Sirm.* v. 16 fetibus (t *in lit.*) *B* v. 17 his peridum *B* v. 18 dant (*scil.* iugera) *codices*, dans *Sirm.*, das *Hartel* v. 19 subulem *B*, sobolem *V* v. 21 faces *B* v. 22 obire *Hartel* famis *B*

[CCLXV] luxorioso *B* v. 1 per effuso *B* fluidum *b* v. 2 geres *B* v. 3 amicus *B* v. 7 mifitem *V*, mi fidem *B* v. 9 coaliscere *B*

[CCLXVI] de eqno suo domni sene *B* v. 1 flexior *Sirm.* v. 2 sustenet *B* v. 4 aestas *B*[1]

[CCLXVII] uersus *B*, *em. cet.* aratores *B*

## CCLXVII[a] (CARM. 2, 115).

### ALITER.

Argenti atque auri vapulat quicumque metallis,
Gaudia cum fletu miscet avara suo.

## CCLXVII[b] (CARM. 2, 116).

### ALITER.

Dentibus argenti fulvum concluditur aurum:
Contempnat nullus verbera pulcra pati.

## CCLXVIII (EPIST. 6, 3).

### EVPREPIAE ENNODIVS.

1 Rerum omnium cursus obsequiis corporis, animarum constat imperio. aliud
nobilitat caelestis adfinitas, aliud abiectio terrena summittit. nec liberum est, ut quo
mens parente deo conlata deflexerit quod de ultimis adsumptum est non sequatur;
2 nec licet militem obviam manum decretis imperatoris adferre. hinc Crispus adseruit
Sall. Cat. 1, 2. aliud nobis cum dis, aliud cum beluis esse commune. huius secreti ratione cum
absentibus peregrinamur et salva membrorum valitudine amantum febribus aestuamus.
per haec vincula nulla itinerum interiectione dividimur et segregati habitaculis in unum
3 studiis convenimus. nosti, soror venerabilis et omnem apud me transgressa dulcedinem,
quae praefationem exegisset occasio. nunc aperta tecum et prodiga pudoris fronte
congrediar. vix quae ante direxeras blandimenta sustinui: post admonitionem meam
duplicia in litteris mella fudisti, quae tota pectoris secreta concuterent et ad desiderium
4 tui captivam animam relicta corporis sede transferrent. quam timeo, ne rursus ad
incertum remittatur affectio et, cum tota mens diligentiae vela laxaverit, subducta
periculum statione patiatur! animus meus quia fuci sit nescius cognovisti nec
detestabilem inter amantes urbanitatem possit adsumere. tua rursus diversum sexus et
Prov. 27, 7. natura pollicetur, ut dicit sapientissimus Salomon: 'anima, quae in saturitate est, favis
5 inludit'. scit verborum meorum testis et iudex disposuisse me, nisi forte subdolo
gratiae sapore decipiar et degustatae caritatis sitienti pocula oblata submoveris, spiritalis coniugii non simulacrum sed ipsam implere veritatem, ut dum inter nos unum
Sall. Cat. 20, 4. velle et unum nolle constiterit, vel quod bonos ad imitationem stimulet vel quod
6 malos adficiat omnium oculis et mentibus exhibere. tu tantum deo medio adversus
omnem quae ex invidia nascitur inpugnationem firmam promitte et indemutabilem
servandam esse constantiam. quocirca vale, mi domina, et brevi pro maximis admoni-

[CCLXVII[a]] Argenti atque aliter auri . . . *B hoc epigramma cum superiore in unum contrahens*

[CCLXVII[b]] v. 2 pulchra *V*

[CCLXVIII] 1 Ennodius Euprepiae *b* eupraepiae *B* 3 nobilitas *B* affinitas *V* summittet *B* 4 parente deo *B*, deo parente *ceteri* collata *V* adsumptus *B*, assumptum *V* 5 afferre *V* 7 ///// | et *ante lin. B* ualiditudine *B*[1] 8 itenerum *B* diuidemur *B* 10 exigisset *B* pudoris *B*, furoris *VLT*, uel pudoris *in mg. T*[2] 13 sedẹ | et transf. *B* 16 orbanitatem *B* assumere *V* 19 sitigenti *B* 20 ut] et *Hartel* 21 bonus *B* 22 malus *B* afficiat *V*

tione contenta, quia nec epistularis concinnatio plura patitur nec ratio penetralium paginis debere committi, si ad haec quae indicata sunt voto et fide respondes, propriae scriptionis testimonio pollicere.

## CCLXIX (EPIST. 6, 4).

## FAVSTO ENNODIVS.

Non scripsi, ut amaro incommoditatis meae indicio vos gravarem, sed ut solli- 1
citudinem vestram, quatenus insistat orationibus, convenirem. male oculos meos ante
receptae valitudinis substantiam inpositus labor accepit. omne a me vobiscum lumen
abscessit. sat est significasse quod patior. vestrum est prosperitatem meam a deo, 2
quem precibus placatis, exigere et reseranti litterarum fores crebris opem ferre con-
loquiis. domine mi, deum quaeso, ut illud a vobis indicari faciat quod me delectet
agnoscere.

## CCLXX (EPIST. 6, 5).

## AVRELIANO ENNODIVS.

Non est fiducia mea praecognitis nudata successibus. validus in affectione est, 1
quem animo meo diligentiae memorem iusta sum aestimatione pollicitus. gratias tibi,
superna dispensatio, quae humanis rebus prosperorum fructum de adversitatis occasione
largiris nec pateris in ordine suo tristia permanere. nescio quid magnitudini vestrae 2
hostilis malitia de patrimonii ubertate decerpserit: tamen sub hoc titulo invictissimi
domini multum locupletem gratiam conparavit. bona est iactura substantiae, si incliti
notitia principis dispendiis invenitur. non est facultatum formidanda decessio, si per
eam, qui omnes vincat divitias, summi domini amor adquiritur. huc adcedit quod nec 3
illa inminutio, dum facta est lucri mater et honorum via, inpactae humilitatis potuit
tenere substantiam. sic reparata sunt quae inimicus eripuit, ut adhuc gaudiorum
cumulum praestuleris. supersunt quae in spe habeantur, cum culmini tuo contigerit
maxima iam tenere. his beneficiis caelo auctore conlatis etiam notitiae et communionis 4
nostrae bona iungamus. quando mihi tantum virum nisi per illa quae praefatus sum
contigisset agnoscere? sed augeant superna quae tribuunt et, ad quae desideria
porriguntur, divina nos cura perducat. quod restat, vale, mi domine, et amantem tui 5
crebris fove conloquiis, quia nisi epistularis concinnatio teneret terminum lege prae-
scriptum, gaudia me in multa verba diffunderent.

## CCLXXI (EPIST. 6, 6).

## BOETIO ENNODIVS.

Par quidem fuerat unis litteris magnitudinis tuae respondisse simpliciter nec 1
geminare debere conloquia semel obnoxium: sed cautione ad hoc, non inscitia devolutus

1 epist•laris *B* paenitralium *B* 2 sunt] gunt (s *sup.* g, nt *in lit.*) *B* respondeas $V^1LT$

[CCLXIX] 4 Enn. Fausto *b* 6 quatinus instat *VLT* 8 sat est] satis *B*, satis sit *b et m. rec. in B* 9 colloquiis *V* 10 mi] mihi *BVL* delectit *B*

[CCLXX] 12 Enn. Aureliano *b* 16 largires *B* tristitia *BL* 19 principis $V^1B^2$, principiis $B^1V^2L$ 20 accedit *V* 22 eripuet *B* 23 comulum *B* prestoleris *V* 24 etiam *B*, *om. cet.* 28 colloquiis *V* perscriptum *B*

[CCLXXI] 30 Enn. Boetio *b*

sum. de utrisque enim epistulis una obsequitur debito, altera praestatur affectui.
credite, nefas putavi non cum fenore suo restituere quod mens venerabilis prima con-
2 tulerat. dulciora sunt ante exemplum bona diligentiae, nec tantum habet virium aut
genii qui amicitiarum callem secundus ingreditur. summatem sibi gratiam non potest
vindicare, cui in amore forma praestatur. inpudentiae est non respondere caritati, cum
3 manifestet res bene orta virtutem. haec in festinatione perlatoris celer scripsi; latius
posthac verba diffundam nec maciem ingenii mei, dum merita vestra respiciuntur,
aspiciam, si tamen desideriis meis tabellarum frequentiam commodetis. domine mi,
salutationis uberrimae servitia dependens quaeso, ut memoriam proximitatis vos habere
resignent promulgata sine intermissione conloquia.

## CCLXXII (EPIST. 6, 7).

## ENNODIVS AVIENO.

1 Diu est quod desideriis voracibus suspensus solo litterarum pascor officio; dum
enim magnitudinem vestram alloquor, votivo me aestimo non deesse conspectui. sed
remediis suis animus aegrescit adflicti; et quod diligentiae pabulum invenitur, hoc
magis macerat de amoris fruge ieiunum. vere, domne, sic vos, lumina mea, deus
servet incolumes, quia si aut vires corporis mei sivissent aut festinatio domni, Ravennam
2 totis intentionis meae viribus expetissem. sed si deus voluerit, salva vita domni mei
patris vestri et domnae matris post pascha cum adiutorio superno veniam, ut vobis
visis ad spem vitae revalescam. domine mi, salutationem uberrimam dicens precor,
ut omnes sanctos orare pro me instantissime procuretis.

## CCLXXIII (EPIST. 6, 8).

## ENNODIVS SENARIO.

1 Quamvis pro peccatis meis etiam litterarum vestrarum solacia subducantur, ego
tamen memor debiti, quo me per gratiam vestram ut dei memores obligastis, scribere
non omitto, sperans, domne Senari, ut deum, quem in me cogitasti, semper adtendas
2 et frequenter mihi litterarum vestrarum munus inpertias. domine mi, saluto plurimum
reverentia consueta et inploro, ut per omnes sanctorum basilicas pro adflictione mea
deum rogare non desinas.

## CCLXXIV (EPIST. 6, 9).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Quamvis ad tutellam pontificis innocentia officii eius comes adsistat nec opus
sit humanis solaciis ei, qui humanitatem professione superavit, scit tamen omnipotens

---

1 affectui• *B* 4 summatem *Iuretus (cf. p. 130, 18)*, summatim *libri* 7 posthac] potest•ac (*eras.* h) *B*, posthaec *ceteri* 8 mi] mihi *BVL* 10 resignent *B*, signent *ceteri* promulgata (m *mutilatum*) *B*

[CCLXXII] 12 desideris *B* voracibus *scripsi*, ueracibus *libri* 13 me aestimo *B*, mea aestimo *b et m. rec. in B* 14 afflicti *V* 15 ieiunium *LT et Sirm.* domine *b* sic vos] siuos *sup. lin.* c *B* 16 incolomis *B* 18 domniae *B* 19 spem *B*, opem *ceteri* recalescam $V^1TL^1$ mi] mihi *BVL*

[CCLXXIII] 23 obligastes *B* 25 mi] mihi *BVL* 26 afflictione *V*

[CCLXXIV] 29 tutelam *V* pontifices *B* comis *B* assistat *V*

deus me sancti episcopi portitoris praesentium iussioni exactum inpendisse conloquium.
diu enim renisus sum, ne arrogans videretur, si minister antistitem et apud sanctissimam
conscientiam potissimum vix mediocris adsereret. sed perfecta oboedientia est, quicquid 2
summus exigit, non negari. et ideo praelato debitae salutationis obsequio precor, ut
ad consolationem multis inpugnationibus praegravati subsidium conferatis, quatenus
singularis boni rem facientes non patiamini inmeritum sacerdotem diuturnae subiacere
maestitiae.

## CCLXXV (EPIST. 6, 10).

## ENNODIVS FAVSTO.

Deus, qui bonorum operum animo vestro inseruit affectum, ipse obsequentem 1
sibi longa felicissimum aetate tueatur, quia quamvis innocentia quam fovetis indesinentes
pro vobis ducat excubias, obligati tamen benificiis vestris non possunt quae pro vobis
deo debent vota conprimere, quia pro inpensis gratias non referre et deus in carne
constitutus exhorruit. utinam tantum valerem pro rebus verborum tribuere, quantum
sentio me debere! his tamen, quod ad aliam mercedem vestram pertineat, suggerere 2
non omitto, ut cartam, quam in causa Laurenti tabularii Comensis fecistis, inpletam
mihi transmitti iubeatis et pro illa caeca muliere, quam Martinus conductor de Modicia
obprimit, comitis patrimonii litteras tollatis, quibus iubeatur quod ei abstulit mancipium
sine dilatione reformare, quia quod in praesenti in mandatis accepit, facere pro rustica
temeritate contemnit.

## CCLXXVI (EPIST. 6, 11).

## ENNODIVS AVIENO.

Digresso de Mediolanensi urbe communi domino sola in consolatione remanserunt 1
solacia litterarum, quia dum sermo ad vos dirigitur, aliqua praesentiae vestrae desideriis
meis imago blanditur. quod et a vobis domnis meis, ut crebro faciatis, exposco,
cogitantes absentiam vestram hac sola posse adsiduitate sustineri. habeant felicissimi
votivam praesentiam, mihi delicta mea cogitanti epistularis cura sufficiet. domine mi, 2
salutem uberrimam dicens precor, ut et per sanctos dei pro me preces fundere
minime desistatis et domno gratias referre, cuius circa me beneficia etiam insperata
tribuuntur.

## CCLXXVII (DICT. 4).

## DICTIO IN DEDICATIONE MISSA MAXIMO EPISCOPO.

Numquam pauper vena timeatur ingenii, ubi dives est causa dicendi. transit 1
hominem, quotiens caelestibus militat mens nostra culturis, nec in angustum redigitur

1 me *om.* B portioris B 2 si mihister antestitem B 4 exiget B 5 praegrauatis B quatinus V

[CCLXXV] 11 beneficiis V 12 deo *sup. lin.* V 15 tabulari *codices* 16 moditia LT 17 obpraemit B, opprimit V iubeatis V[a]T 19 contempnit V

[CCLXXVI] 21 consulatione B[a] 23 domnis B, dominis *ceteri* 24 hac B, hoc *ceteri* adsiduetate B, assiduitate V sustinere V[a] habent *sup. lin.* a B 25 dilecta B mi] mihi BVL 26 et *om.* b dei] domini b 27 domno B (*i. e. Fausto, cf. v. 13*), domino *ceteri* referte *Sirm.* inspirata B

[CCLXXVII] 31 redigetur B

narrationis exilitas, si opifici suo obsequium referat narraturus. potest enim linguam
facundiae dotibus ornare qui contulit, et dare verbis genium, quem fatemur dedisse
2 sermonem. nam prophetici dudum maciem iuvit eloquii, dum ad perfectam magistri
eloquentiam et fortissimi monitoris tubam inbecilla Moysi erigeretur infantia: qui nullis
gradibus dum peritiam meditatur effloruit, nec per aetates alicuius scientiae ad messem
perfectionis ascendit: qui diu militem infabricato portavit ingenio, officium ducis iussus
3 arripere, quia verecunde rennuit, constanter implevit. sic nos dedicationis festa
celebrantes, inter spiritalis laetitiae bona praestulamur gratiam, dum paremus. absit
formido debilis, removeatur fiducia inaniter concepta per studium. nos de humanae
4 perfectionis schemate nec praesumimus aliquid nec timemus. deinde quis in beati
Iohannis prophetae et apostoli, cuius templum hoc sanctificavit ingressus, vel muta
dubitet ora laxari? cuius senior gratia quam natura, dum ante lucis ingressum pii
vatis implesset officium, limen vitae huius virtute signavit. nam uno eodemque tempore
et matrem fecunditate nobilem fecit et inofficiosa genitoris labia in loquelam pristinam
usu remeante commovit. nemo Iohannem nominans post exempli praecedentis miracula
5 pristinam linguae habiturum se suspicetur inperitiam. post sacratissimum Zachariam,
cuius faucibus eliminata per istud vocabulum remeavit humanitas, ab universis iure
creditur Iohannes apostolus clavis esse verborum. in huius comitatu Antoninus,
vetusti heroa saeculi, et beatissimi Cassiani iuncta claritudo faciunt de aede sacra-
mentum, de terrena habitatione caeleste collegium, de manu factis quod nulla possit
6 senectute violari. occasum enim deo oblata non sentiunt, nec ad vetustatem tremulam
pietate fulta mittuntur. stat soliditas machinae, quam Christus ingreditur, et originariae
oblita fragilitatis adipiscitur de possessore virtutem. tecta vilia de consecrantis nobili-
7 tate decorantur, dum rei caducae pretium tribuitur habere de domino. tu autem, frater
sanctissime, huius oblator aedificii, de mercedis retributione gratulare. nescit spes
titubare, cui bonae fructus promittitur actionis. ab exercitio descendit retributionum
fiducia, nec ullo nutat incerto qui laudanda meditatur.

## CCLXXVIII (DICT. 20).

## DICTIO IN EVM QVI IN LVPANARI STATVAM MINERVAE LOCAVIT.

1 Semper venerandorum iudicum ancipitem credimus fuisse sententiam de con-
fusione peccati. ibi cognitoris, quo potissimum vergeret, haesit deliberatio, ubi dubia
extitit sors delicti; nam definitionem aequitati congruam sicut vitia manifesta exigunt,
ita obscura suspendunt. quando in luce est facinus, quid spei remanet addicendo?
2 percipite, quaeso, animis et interna aestimatione tractate, qualis sit qui et virginitatis
oculos et lupanaris secreta violavit, et in utroque sacrilegus nec flagitia veneratur,
quibus inimicam testem adhibuit, et castitatis profligat ruborem, quam indignis adsociat.
expostulo a te, humani generis ostentum, qui levitatem tuam ad erigendum Minervae
simulacrum religionis cultus adduxerit, dum integritatis hostem inlata de loci foeditate

---

3 dudum aciem iubet *B* 4 eregeretur *B* 5 aetates *B,* aetatis *ceteri* scientiae *B,* scientiam *ceteri* 6 diu] dum *Hartel* 7 renuit *V* implebit *B* 8 praestolamur *V* 10 scemate *B* 11 et apostoli *B, om. ceteri* laudem *ante* cuius *inseruit Hartel* 15 praecidentis *B* 18 iohannis *B* 19 heroa | a *B*[a], heros *b et m. rec. in B* sacramentum] sacrarium *malim p. 121, 5* 20 colligium *B* 27 meditatur; in nomine patris et filii et spiritus sancti; | finit dictio in dedicatione; | incipit. in eum qui .... *B*

[CCLXXVIII] 32 dilecti *B* 33 addicendo *B,* ad dicendum *VLT et m. rec. in B* 36 roborem *B* associat *V*

monstret iniuria nec reverentiam te exhibere Veneriae pollutioni clamat publicata
corruptio. nesciunt peccandi terminos, qui ad transgressionem sceleris excessuum 3
amore provocantur: modum in erroribus ignorant, qui crimina excelsa moliti sunt. dum Dionem et Palladem, diversissima numina peregrinantibus mancipata sententiis, in unum fabricata deridens arte coniungis, fecisti religione tua acerbius quod delinquis. res summo digna piaculo, miscere discordantia et in unum colligere, quibus nisi secretum
praestiteris, contumelias inrogasti. creditis inveniri hominem de hac mundi gemina 4
conversatione neutram tenentem, et nec amicum virtutibus existere nec fidum vitiis inveniri? solent aliquos erigere ad despectum boni operis patrocinia culparum et, qui de sapore laudis alieni sunt, de licentiae fruge gratulari. at te quae istarum rerum inveniet sectatorem? meliori ordini manus contrarias adtulisti nec inprobis sinceriter
obsecutus colla summittis. odi, principes viri, morum suorum remissos iudices, con- 5
demno qui per neglegentiam serenorum actuum in dubium trahuntur: execrabilius tamen detestor qui in utroque deprehensi nulli exhibent stabilem conscientiam. pollicentur enim paenitentiae tempore honestati affectum, quos fidem videris exhibere
peccatis. si te, scelestissime hominum, ante Veneris delubra positum stimulasset 6
Minervae recordatio, utramque potestatem male diligens ingenii tui memoria laesisset: fugisses illius domicilium, cuius adversariam mente retinebas. qui honor est ibi eius statuam conlocasse, ubi dea pudicitiae potuisset commemoratione violari? nesciendo, infaustissime, gradibus ad fastigia execrandi erroris accedere, pene postliminio bellum
inter caelicolas excitasti. vident illi oculi semper turpia, detestati iunctos quadam 7
obscenitatis lege conplexus. dum procurante te interest lupanaribus captivum numen, solus es qui ostendisti servire humanae libidini superorum potentiam et illis eos con-
stringi locis, quibus fuerint a mortalibus deputati. quam dissona erit in adolendis 8
inpensa sacrificiis? unius oblatio numinis alteri dabit iniuriam. nam dum per providentiam tuam simplex pulvinar gemina superorum potestas obtinuit et in una aede pudor et luxuria convenit, neuter devotionem nostram favor aspiciet. quas tu habi-
tatione miscuisti, nos propriis habebimus offensas sacrificiis. qualia erunt munera, 9
quae gregatim portanda sunt per incestas et virgines? una offendenda est hilaritate et lascivia placanda altera. inter verbenas et tura hostiarum erit causa certamen, et inde efficienda sunt irata numina, unde mulcentur. submoveo sacrilegiis prolixam narrationem — moras, quas in luce reus accipiet, inter supplicia consumat! — quia devenustat referentem et alienorum actuum turpitudo.

## CCLXXIX (EPIST. 6, 12).

## LIBERIO EVGENETI AGAPITO SENARIO ALBINO.

Vberioribus opus est paginis, ubi fides claudicat perlatoris: per amantem mei 1
cultorem vestrum Stephanum diaconum sufficit parca conlocutio, qui transgrediens epistulas in multa verba diffusas praefert affluentibus necessaria, dum conpendio fidelis

---

1 te monstrat *malim* pollutioni• *B* 5 coniungens $B^a$ acerbius (us *in lit.*) *B* 6 summa $V^a$ collegere *B* 7 inueneri *B* 8 neutram *scripsi*, neutrum *libri* 9 ad despectum] addis peccatum (ca *del.*) *B* 10 at] ad *B* 11 inuenit *Sirm.* contrarias manus *Sirm.* attulisti *V* 12 summittis $T^2$, summiteris *B*, summitteris *VL* condempno *V* 15 honestatis *Sirm.* 18 fugissis *B* 20 exigrandi *B* accidere *B* postlimenio *B*, postlimio (ni *sup. lin.*) *V* 21 caeliculas *B* 22 obscinetatis *B* nomen *B* 24 dissonae | rit $B^1$ 25 numenis *B* 27 luxoria *B* 28 habebamus *VLT* 29 segregatim *prop. Hartel* 30 uerbena sectura *B* 31 nomina *B* submouero *Sirm.* sacrilegiis (is *in lit.*) *B*, sacrilegis *b* 33 turpitudo. explic̃ *B*

[CCLXXIX] 34 incip̄. liberio. eugeniti. agacito .. *B* 36 diāc. *B*

2 arcani alleganda non subprimit. quod restat, valere me deo auspice nuntians prosperitatis vestrae bona disquiro et plenum reddo salutationis obsequium deprecatus, ut fiduciam meam incorrupta dignationis vestrae non denudet integritas.

## CCLXXX (EPIST. 6, 13).

## AVITO ENNODIVS.

1 Inportunum me facit aliena necessitas, quia debeo pro deprecante sermonem. lex propositi intercessionis refutat avaritiam. nam ad conscientiae meae sarcinam iungitur, si respuam supplicantem. expectandae memoriae Sabini filius ad diem constitutum sententiam praestulaturus occurrit; sed agellum suum utilitatis consideratione
2 est coactus expetere, quia et fideiussor et exsecutor definita die defuerunt. abiurantem me de praefati negotio ultra viliscere baiulus inpulit, ut ad eum nuntios, quatenus rursus occurreret, destinarem; quod me fecisse significo. nunc salutationis meae dicens obsequia, in potestate est culminis vestri in praedicti causa, quid iustitia quam fovetis, quid fiducia quam dedistis mereatur, ostendere.

## CCLXXXI (EPIST. 6, 14).

## ENNODIVS AVITO.

1 Scio mea apud vos clamare silentia nec quicquam fieri, quod non secreta interpretatione teneatur. ego tamen ab scriptione non destiti nec sublimis memoriae viri Sabini filium fabricato ingenio a iudicatione subtraxi, qui violentias in agello suo perpessus hactenus operam dicitur navasse cum barbaris. credite mihi, aderit securus
2 examini et disceptationem vestram sine aliqua formidine veniet ingressurus. domine mi, salutati reverentiam dicens precor, ut personam meam tanti habeatis insitae dudum affectionis recordatione fulcire.

## CCLXXXII (EPIST. 6, 15).

## FAVSTO ENNODIVS.

1 Bene providentia superna disponit, ut dum a me beneficia postulantur, sic sollicitudo mea votivos inveniat perlatores. facessat negare aliis, quod mihi tribuo, et
2 illud avaritia sordente continere, quod sublevat largientem. Simplicianus praesentium baiulus adulescens nobilissimus natalem scientiae sedem Romam conatus expetere hoc sibi credidit pro singulari evenire conpendio, si ad notitiam culminis vestri duce pagina perveniret. cui ego nequaquam volui cupita subtrahere, sciens consuetudinis vestrae

---

1 alliganda *BVL* subpremit *B,* supprimit *V* 3 integritas. expliċ. *B*

[CCLXXX] *Inter hanc et superiorem epistulam iterum in codicibus occurrit epist. CCLIII.* 4 item auito ennodius *BVLT* 5 fecit *V*[a] 7 exspectandae *V; cf. p. 197, 30* filius (f *in lit.*) *B* constitum *B* 8 praestolaturus *V* occurret *B* consideratione *B,* ratione *ceteri* 9 definita] defuncta *Sirm.* 10 uilescere *Tb* ut *B, om. ceteri* nuntius *B* quatinus *V* 11 nunc] hunc *B*[a] *ut vid.* 12 praedicta *B* fouetes *B* 13 ostendere. expliċ. *B*

[CCLXXXI] 14 auito ennodius *VL* 16 ab *B,* a *ceteri* distiti *B* uiri memoriae *VLT* 20 mi] mihi *BVL*

[CCLXXXII] 22 Ennodius Fausto *b* 26 adoliscons *B* 28 subtraere *B*

esse quod reliqui faciunt exorati. nunc, mi domine, servitia salutationis accipientes 3 facite, ut praefatum peregrinationis dura non onerent meque crebra scriptionis vestrae per hanc inpetratam frequentiam relevare munia non desistant.

## CCLXXXIII (EPIST. 6, 16).

## ENNODIVS LVMINOSO.

Non deberent esse negotiosa conloquia, quae pro remedio sibi amor invenit, 1 nec religionis stipendium ad necessaria nos oporteret evocare commercia, quia dulce esset epistularum munia soli militare concordiae nec rem diligentiae in aucupia transferre conpendii: sed res ad hoc rediit, ut nisi senior caritas, quae inter nos ab ipso vitae limine sumpsit exordium et per varias profectuum vires messem gratiae perduxit ad aream, conpulsa pro meis partibus stimulo scriptionis adsurgat, grandi ingratitudinis et detrimentorum sterilitate percutiar. meminit amplitudo vestra quae de expensis, 2 quae apud Ravennam episcopus meus fecerat, me ei redhibitionem promittente, pro sedis apostolicae utilitate, vobiscum fuerit conlocutus. de qua restituenda celerem promiseratis effectum; sed pro peccatis meis nescio qui casus manus opposuit. de qua 3 ad me praedicti antistitis se convertit intentio, ut vix indutias ad sacratissimam urbem tribueret destinandi. nunc post deum in vobis causa est, qui potestis et personam meam offensioni pontificis mei et detrimentis eripere, ne officium fidei mihi uni peperisse videatur adversa. domine mi, salutationis munera persolvens deum precor, 4 ut animum vestrum ad utilitatis meae considerationem incunctanter invitet. ego quid amplius facerem invenire non potui, nisi ut cum allegatione manifesta fidum mihi dirigerem perlatorem.

## CCLXXXIV (EPIST. 6, 17).

## ENNODIVS MARCELLINO EPISCOPO.

Magnifici viri domni Stefanionis fili vestri facit dignatio, ut beatitudini vestrae legendus occurram, cuius beneficio itineris caritas detrimenta non patitur et, quod praesentia non valet, sermone conpensat. his ergo servitia apostolatui vestro debita repraesentans quaeso, ut me orationum suffragio sublevetis, quatenus insertus venerabili conscientiae de omni merear dignationis vestrae fruge gratulari, quia fiduciae meae coronam vestram non ambigo responsuram.

## CCLXXXV (EPIST. 6, 18).

## ENNODIVS DOMNICAE.

Fecit magnitudo vestra, quod et sanctis moribus suis debet et sanguini, ut 1 propinquitatis memoriam silentii non patiatur torpore languescere. in quacumque

---

1 mi] mibi *B*  2 honerent *BVT*, honorent *L et B² ut vid.*  scribtionis *B*

[CCLXXXIII] 5 colloquia *V*  quae *sup. lin. B²*  9 lumine *Vᵃ et Sirm.*  vires] vices *Hartel*  11 meminet *B*  12 episcopos *B*  meos *Bᵃ*  14 opposuit manus *VLT*  15 antestitis *B*  16 tribueret *VL*, tribuerit *B*  destinandus *B*  17 offensioni *BVL*, offensione *edit.*  mei *om. B*  18 uideatur peperisse *VLT*  mi] mihi *BVL*  deum] dominum *b*  19 quid • | amplius (*eras.* ã) *B*  20 fidem *B*

[CCLXXXIV] 23 stephanioni *VLT*  filii *V*  24 iteneris *BVᵃ*  26 quaeso *scripsi*, quaero *libri*  quatinus *V*

[CCLXXXV] 29 domniae *sup. lin.* c *B*, dominicae *VLT cf. p. 230, 1*  31 patiator turpore languiscere *B*

terrarum parte vivit adfinitas, nec separantur regionibus parentellae catena sociati.
credite mihi, dilectio sancta non deperit nec ullum patitur per divisiones itinerum
natura dispendium. nam generum vestrum tantum mihi noveritis caritatis inpendere,
2 quantum ad vicissitudinem nulla satisfactio existat idonea. quod superest, domina mi,
accipientes debitae salutationis affectum, deum precor, ut in bono mutuae felicitatis
videndi vos occasionem conferre dignetur, quatenus sub confabulatione votiva pia
desideria subleventur.

## CCLXXXVI (EPIST. 6, 19).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Postquam desideriis meis videndi vos facultas elapsa est, iterum ad litteras
mens revertit: cogitur abiuratum poscere paginale subsidium et institutam melioribus
copiis animam quasi vilioris cibi alere aut sustentare conmercio. o quam grave est,
quotiens variis necessitatibus obsequentem fugitiva libertas ad nova instituta transducit!
quae dura sunt continuatione franguntur: multum de gravitate oneris usus incidit.
flebilis condicio ad optata, quae non sunt mansura, perducit. levior sors est curis
iugibus occupati. hoc sum infelicior peccatorum fasce, quod de bonarum rerum sapore
2 gustavi. sed hinc alias. deo relinquenda sunt, quae humano remedium nesciunt habere
consilio. vobis interim reverentiam salutationis inpendens reditus mei facere indicia
non omisi, cupiens pari scriptionis vestrae hilaritate relevari.

## CCLXXXVII (EPIST. 6, 20).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Ignoratur bonorum sapor in prosperis: vix dinoscitur superni qualitas beneficii,
dum tenetur; post migrationem cupita dulcescunt. desiderii pretia in manibus con-
stituta nescimus. vere fateor, quamdiu Ravenna vos habuit, sinistrum omen credidi
cogitare quae patior, nec inter res secundas quasi malignus propriae felicitatis inter-
pres, quae per absentiam vestram evenire poterant, suspiravi. non debui merita mea,
si ab homine non separarer, agnoscere nec intellegere fugitivum esse, quod sectanti
2 peccata blanditur. sed quid epistolaris concinnatio castigatae terminum dictionis
excedit! ferat his rebus medellam, cuius imperio universa famulantur. ego tamen,
propter quod adtributae sunt paginae, valeo substantia corporali et per haec munia
sub dei ope, ut prosperitas vestra nuntietur, expecto. accipite ergo obsequia mea,
et si quid inter haec, quae mecum geri didicistis, eventus dexter adtulerit, sine dissi-
mulationis obstaculo nuntiate.

---

1 adfinitas (ad *in lit.*) *B*, affinitas *V* parentillae *B*, parentelae *V* 2 deperit] deberet *B*, perit (*sup. lin.* de) *V* diuisiones *Hartel*, diuisionis *libri* itenerum *BV*, itinera *Sirm.* 4 mi] mihi *BVL* 5 accipientis *BVL* felicicitatis *B*

[CCLXXXVI] 10 reuertitur *b* 11 cupiis *B* 15 bonarum (a *ex* o) *B* 17 interim] iterum *B* 18 scribtionis *B*

[CCLXXXVII] 20 dignoscitur *b* 24 poterunt *conicio* 27 excedet *B* medelam *V* 29 ut] at *B*[1], ac *B*[2]*b* exspecto *V* 30 dedicistis *B* attulerit *V*

## CCLXXXVIII (EPIST. 6, 21).

## ENNODIVS FAVSTO.

In occasione rapui solvendae humilitatis personam domestici perlatoris. desi- 1
deriis meis militavit, quod in aliorum negotiorum efficacia providistis. fateor, durum credidi vicinior litteras denegare, qui numquam potui in longinquo constitutus abstinere conloquiis. visus enim mihi sum Ravennatibus occupatus excubiis magnitudinem vestram quadam mentis dextera contigisse. idcirco ad levamen desiderii scripta pro-
rogavi, ut quod vivis subtrahebatur affatibus, lectione pensarem. ergo honorem salutati 2
exhibens rogo, ut me huiusmodi, quotiens oportunitas ingesta fuerit, remediis sublevetis, in quibus absentia unicum habet divina provisione subsidium. agnovistis quae sit curatio affectione languenti: vestrum est medellam aegris animis non negare.

## CCLXXXIX (EPIST. 6, 22).

## ENNODIVS EVGENETI.

Diligentia est multiplicium causa paginarum. reverentiae vestrae debetur, quod ab scriptione non tempero. testis gaudii vox non patitur defectum, quia statum valitudinis vestrae laetus excepi. valete.

## CCXC (EPIST. 6, 23).

## ENNODIVS PARTENIO.

Deo auspice dilectionis tuae primordia convalescant. adsit desideriis communibus, 1
per quem vires studia sortiuntur. declarasti te scriptionis luce urbem amicam liberalibus studiis iam tenere: praemisisti in foribus, quod avara parentum vota superaret. non sum dictionis tuae rigidus aestimator nec respuo tenuitatem praesentium, cui secutura blandiuntur. quotiens vomeribus terram scribimus, animus de spe venturae 2
frugis elevatur. semper de herbis aristarum divitias amicus rationis intellegit: diligens rusticandi adhuc in cano flore pomorum populos iam metitur. facessat adversitas et quicquid pariunt peccata discedat. ductus mihi oratiunculae tuae etsi eloquentiae nitore non subsistit, Latiaris tamen venae sapore radiavit. fluxit sermo non absonus, lectionis tamen opibus ampliandus. sed quid ego post tantum iudicem, cuius 3
auribus operis tui concinnationem placere signasti, quasi post olores anser strepui? Verg. ecl. 9, 36.
illi quicumque placuit, examen securus ingreditur; facundia ab illo praedicata praevalet favorem etiam ab inimicis exigere. labora ergo, ut felix bene coepta eventus extollat, honestorum te obsequiis indesinenter inpende: eos qui consortio ⟨se⟩ suo

---

[CCLXXXVIII] 3 militavit *scripsi*, militabit *libri* 5 colloquiis *V* occupatus excubiis *B*, occupatus studiis (*superscr.* excubiis) *V*, occupatus excubiis studiis *L*, excubiis occupatus *T* 6 scribta *B* 7 uiuis (uidis $B^{a}$) *B*, uiui *VL* 8 subletis *B* 10 medelam *V* animus *B* negare• *B*

[CCLXXXIX] 13 ab scribtione *B*, a scriptione *ceteri* non patitur uox *B* 14 ualete *om.* *B*

[CCXC] 15 partinio *B* 17 scribtionis *B* 18 praemissisti *B* 20 scribemus *B* 21 rationis] sationis *Schott*, arationis *Hartel*, rurationis *ipse conieceram* 22 rustigandi *B* populos *Schott et Sirm.*, populus *codices* 23 si•eloquentiae (el *in lit.*) *B* 24 sermo////// sed quid $B^{1}$, non absonus . . . ampliandus *suppl. in mg. inf.* $B^{2}$ 26 concinnationem operis tui *VLT* resignasti *prop. Hartel* 28 faborem *B* ego *Sirm.* 29 inpende///eos *B* se *om.* *Bb*, te *Hartel*

polluunt, debens monitis nostris reverentiam velut veneni poculum fuge: profectum
4 tuum paginis scire cupido semper adnuntia. quod superest, vale et omnibus superni favoris iutus auxiliis familiae tuae de peritiae messe responde.

## CCXCI (EPIST. 6, 24).

## ENNODIVS ARCHOTAMIAE.

1 Quamvis ius affectionis consanguinitatis lege constrictum regionum prolixitate non pereat nec catena generis, quae animas nectit, terrarum separatione dividatur, attamen pabulum caritatis est aut videre aut officio sermonis appellare quem diligas. nescirentur secreta mentium nisi proditione linguarum. haec in usu vocavit antiquitas,
2 ut illa, quae pectoribus clausa sunt, non laterent. ego Gallias, quae totum me propter vos sibi vindicant, si oculis non inspicio, affectione non desero. gratias tamen praesentium perlatori, qui necessitatis suae occasione desideriis meis praestitit, ut inter aestus animorum, quibus baiulus deerat, optatum praeberet officium. salutans ergo servitio debito precor, ut portitor benificii sui vicem recipiat et, qui in gaudio meo opitulatus est, suis votis restitutum per me credat effectum.

## CCXCII (EPIST. 6, 25).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Scit magnitudo vestra, quo me onerent praeiudicio studiorum liberalium sectatores tamquam rem sibi debitam commendationis meae scripta poscentes. in usum est vos beneficia, me verba conferre, et magnitudinem rerum desiderium vincere postulantis. si ab his muniis temperem, salvo munerum vestrorum genio, ego votum benivoli
2 non habeo. perlator praesentium Pertinax teste apud vos natalium suorum pudore vulgabitur, qui in adstipulatione stemmatis usurus est bono verecundiae. per quem indiciis valitudinis meae pro vestro desiderio factis precor, ut fiduciae suae fructum capiat ex dignationis vestrae messe locupletem, et quotiens votivus conmeantum cursus accesserit, ad sublevandum me quas in amoris solacio accipitis paginas destinate.

## CCXCIII (EPIST. 6, 26).

## ENNODIVS EVPREPIAE.

1 Debentur quidem necessitati silentia, sed scripta diligentiae: exigit metus abstinentiam tabellarum, sed interdum cedit affectui. vix aliquibus adquiescit obstaculis mens amantis; fervet ad redhibenda gratiae stipendia potius cum vetatur. ecce prae-

---

1 ueni *sup. lin.* ne *B* 3 iutus] iustus *B*, iussus *Schott*, adiutus *Sirm.*

[CCXCI] 5 affectionis ius *VLTC* prolexitate *B* 6 nectet *B* 8 nesciuntur *VLTC* 10 uendicant *b* 13 portitor] potior *B* beneficii *V* 14 restitutum (tū *in lit.*) *B*

[CCXCII] 16 onerent *b*, honerent *B*, honorent *VLT* sectatoris *B* 17 usum *codices*, usu *edit.* 18 magnitudine *BTb* 19 salua *B* beniuoli• *B* 20 habeo *Bb*, habebo *VLT* testem *B* 21 abstipulatione stimmatis *B* 24 accipites *B* distinate *B*

[CCXCIII] 25 eupraepiae *BV* 26 scribta *B* 27 cedit *T*, cedet *BVL*

locutus, quae me causa ab his muniis suspenderet, relinquo conscientiae vestrae, quae
faciat obsequentem. deum tamen precatus in bona me valitudine vel Lupicinum nostrum 2
esse significo, hoc de vobis cupiens quae a me sunt prorogata cognoscere. nolo tamen
curam vestram sequestrati pignoris fasce deprimatis. credite conscientiae meae, plus
illi per studium debeo quam ipsa exhibere poteras per naturam. utinam ingenium
illius beneficia superna meliorent! vere dico, vobis ad longiora digredientibus utriusque
parentis sollicitudo me respicit, quam potuimus in unum positi cum ambitione partiri.
domina mi, salutationem plenissimam dicens precor, ut tantum mihi caritatis et 3
orationis suffragium concedatis, quantum me ad desiderii vestri effectum tendere con-
probastis.

## CCXCIV (EPIST. 6, 27).

## ENNODIVS SENARIO.

Vber conscientiam vestram pro superna dispensatione vicissitudo comitetur; 1
reddat pro parvitate mea altissimus, quod agnoscit a vobis, qui semper amantibus
fideles extitistis, fuisse conlatum. certus portus est pectoris vestri invenisse diligentiam.
estis hac conversatione praediti, ut amicorum spem beneficii conlatione vincatis. secun-
dam admonitionem desidero, ut iniunctum iter adripiam. date felicem dexteram humilitati
meae et prospera mecum vestra dividite. domine mi, salutationis obsequia praesentans 2
quaeso, ut si rerum dominus apud Ravennam feliciter commorabitur, indicetis, quatenus
sine ambiguo praecepta vestra perficiam.

## CCXCV (EPIST. 6, 28).

## ENNODIVS GVDILEVO.

Solent quibus felicitas et potentia deo ordinante conceditur humiles consolari 1
officio litterarum et prospera sua paginarum promulgatione partiri. ego multo tempore
ut his sublevarer muniis expectavi, sed cessantibus vobis necessarium credidi non
tacere, ut quod amor non exigit, iuxta evangelicam lectionem mereatur inportunitas.
domine mi, salutationem plenissimam dicens quaeso, ut me antiquum cultorem vestrum 2
illo foveatis quo olim promisistis affectu et prospera vestra paginarum me faciatis
directione cognoscere.

## CCXCVI (EPIST. 6, 29).

## ENNODIVS FAVSTO.

Quamvis sublimi viro et omni integritate praedito Sabino Romam properante 1
tute paginarum officia commisissem, ut resignanda per litteras fidelis relator adsereret,

---

1 suspenderit *malim* 2 uellopicinum *BVL* 4 deprematea *B* 7 respicet *B* 8 mi] mihi *BVL* plenissimam *B*, plenam *ceteri* 9 suffragiom *V*[a] concidatis *B*

[CCXCIV] 12 comittetur *B* 13 prauitate *B* 14 fidelis *B* 15 praecundam *B*[1], diti ut .... uincatis *in mg. inf. et se intra lineas suppl. B*[2] 16 arripiam *V* 17 mi] mihi *BVL* praesentans *B*, praestans *VLT*

[CCXCV] 21 humilis *B* 23 exspectaui *V* 25 mi] mihi *BVL* anticum *B*

[CCXCVI] 29 predicto *B* sauino *BVLT* properanti *coni. Hartel*

attamen sollicitudini meae debui duplicibus magnitudinem vestram indiciis informare,
2 ut perlator ex litteris securus principium narrationis adsumat. haec scripto degustata sufficiant. ad illud revertor, propter quod epistolae destinantur: valere me corpore nuntio deo supplicans, ut statum animae de vestra faciat prosperitate reparari.

## CCXCVII (EPIST. 6, 30).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Non potest doloris magnitudinem eloqui oris infantia, qui mihi de illa re contigit, quod harum perlatoribus ad Liguriam destinatis ab scriptione temperastis, quorum commeationem vos ignorasse non credidi, et praesentiam magnitudinis vestrae a petitionis qualitate deprehendi; datur enim inveniri a dispositis tractatorem. me tamen urunt epistolarum feriae, quas ad levamen maeroris mei etiam occupatissimi reppulistis.
2 nunc ad vota redeo. valete, mi domini, et caelestem circa vos gratiam multiplici resignate conloquio. partum est enim actibus vestris quietis tempore de ea, quae in laboribus sata est, innocentiae messe gaudere.

## CCXCVIII (EPIST. 6, 31).

## DOMNO PAPAE ENNODIVS.

1 Pervigil beatitudinis vestrae cura quasi coram positos, in quocumque loci sint, obsequentes adtendit et sine ullis feriis, dum gratiae suffragium praestat expertis, invitat extraneos. etenim plures ex spectaculo fructus capiuntur laboris alieni, quia discit operam navare, in cuius oculis redduntur praemia sudoris et fidei. atque utinam
2 par votis esset effectus et, quod didici pro religione cupere, daretur implere! domine mi, famulatus mei humilitatem exhibens parca in maximis elocutione contentus, quid domnus episcopus frater vester super directa legatione senserit, patefaciendum praefati litteris derelinquo.

## CCIC (EPIST. 6, 32).

## ENNODIVS AVIENO.

1 Cum semper sint litterarum inter amantes iucunda commercia et ex his muniis, etiam si Spartana adhibeatur brevitas, gaudia prolixa nascantur sintque huiusmodi officia remedio absentibus, votiva sollicitis, attamen aeger animus super eorum de quibus pendet prosperitate iactatur et hac tantum curatione respirat, quam cum negat
2 anxiis is, qui nullo labascit incerto, resignat se diligentia non teneri. paverunt diu animum meum a magnitudine vestra destinata colloquia et hilaritati congrua pabula

---

1 adtamen *B* indicis *V*[a] 2 scribto *B* 3 sufficiat *B* distinantur *B* 4 statũ. *B*

[CCXCVII] 7 ad legoriam distinatis *B* ab] ad *B*, a *b* 9 dator *B* 10 occopatissimi reppolistis *B* 12 colloquio *V* 13 messe gaudere || *hic deest in B folium, in quo scripta erant quae sequuntur usque ad p. 229, 29. ab editore Basileensi etiamtum adhibitum est.*

[CCXCVIII] 14 Enn. domnino papae *b* 15 positum *b* 16 adtendit *b*, attendit *V* 17 ex *b* *(cf. p. 226, 23)*, de *VLTC (cf. p. 27, 13)* 19 cupere $T^2Cb$, cuperem $VLT^1$ 20 mi] mihi *VLb* 21 dominus *b*

[CCIC] 24 iocunda *b* 27 pendet $T^2$, pendit $VLT^1b$ 28 se] sed *b*

praestiterunt. quorum nunc abstinentia non adfert tristitiam, sed cogit ad exitium. potuit enim saluti opem tribuere, quod ante militavit affectui. abiurata est caritatis religio, quando profutura meae valitudini verba denegantur. agnovistis quid fecerunt silentia vestra, quibus emendatione succurrite; nam apud vos si mei non dominatur oblivio, scriptione mutantur. domine mi, salutem largissimam referens deum deprecor, 3 ut aestibus meis superni dispositione favoris occurrat et in solacio maerorum meorum illa a vobis indicari faciat, quae delectet agnosci.

## CCC (EPIST. 6, 33).

## ENNODIVS HORMISDAE ET DIOSCORO.

Scio conscientiam religiosam grande aestimare compendium, si praestandi 1 nascatur occasio, his maxime quos devotos extitisse meminerunt. ergo quamvis prima reverentiae vestrae causa sit scripta mittendi et utilitatis allegatio sit subicienda diligentiae, attamen anxius animus saepe necessaria praeponit affectui. retinet fraternitas 2 vestra domnum papam de expensa, quam episcopus meus apud Ravennam pro eius utilitate me spondente fecerat, restitutionem fuisse pollicitum. sed actum est, ut vix ad vos dirigendi praestaret indutias, et de mea sibi satisfaciendum esse substantia protestatur. nunc quia grandis summa non est quae reposcitur, et summum est beneficium me ab ingratitudine eius, quae videtur iusta, subtrahere, ordinate quod vobis retributio superna compenset. domini mi, salutem abundantissimam reddens deum 3 quaeso, qui animis vestris quod me sublevare possit inspiret. ego autem adfui partibus meis, qui cum contestatione maeroris per paginas indicati direxi fidelissimum perlatorem, qui nobis perferenda sine imminutione suscipiat.

## CCCI (EPIST. 6, 34).

## ENNODIVS FAVSTO ALBO.

Quamvis magnitudo vestra per longum silentium oblivionem mei fuerit contestata 1 et, dum ab epistolaribus muniis temperat, memoriam obsequentis abiecerit, attamen providentia caelestis desideriis meis prospera vestra non patitur occultari et variis indiciis successum circa vos resignat optatum. nunc tamen animus meus usque ad hoc 2 devinctione perductus est, ut proprium ad vos dirigerem perlatorem, qui vivis pastus aspectibus bona ad me manifesta perducat. credite, domini, magna me vobis esse obligatione constrictum nec ullas pectori meo ferias dari, quibus visionem vestram non plena intentione disquiram. superest, ut reducta in ecclesia Romana concordia occurrendi vobis contingat occasio. domine mi, salutationem reverentiae vestrae plenissimam 3 dicens deprecor, ut suggestionem portitoris hominis mei grato suscipiatis auditu et de felicitate vestra vel totius domus statu recurrenti nos instruatis alloquio.

---

1 exitum *b* 3 ualetudini *b* fecerint *b* 5 mi] mihi *VLb* deum] dominum *b* 6 dispositione *b*, dispositio *VLT*, dispensatio *Hartel*

[CCC] 8 hormisdo *V*, ormisdae *b* diochoro *VLb* 10 meminerit *fort.* 13 dominum *b* qua *b* 14 actum est *om. b* 16 sed nunc *b* quare poscitur *b* 17 eiusque *b* 18 compensit *b* domine *b* mi] mihi *VLb* deum] dominum *b* 19 qui *b* *(cf. p. 193, 5)*, quo *VL*, *om.* $T^1$, ut *sup. lin.* $T^2$ 20 contestationem *b*

[CCCI] 27 perductus *VLCb*, productus *Sirm.* 28 domine *b* 29 quibus uisionem] *prima proximi folii verba sunt in B* 30 plenam *B* 31 domini *coni. Hartel* mi] mihi *BVL*

## CCCII (EPIST. 6, 35).

## ENNODIVS DOMNINAE.

1 Inter curas et molestias, quibus pro peccatorum fasce subicior, elegi singulare
subsidium, ut ad vos domnas meas litteras destinarem, quarum precibus omnia mihi
secunda contingerent et ad serena laetitiae depositis angustiarum nubibus reformarer.
prima enim maeroris causa est, quod prospera vestra, dum in longinquo degitis, vix
2 datur agnosci, ex qua nascitur circa personam meam omnis adversitas. adeste ergo
supplici precibus vestris, ut per sanctorum dei suffragia aegro animo medella tribuatur.
domina mi, servitium salutationis inpendens deprecor et per deum vos, quem colitis,
Matth. 11, 12. optestor, ut continuis me postulationibus et lacrimis, quibus regnum caeleste vim
patitur, domino commendetis, quia hoc munus speciale conputo et omnibus commodis
antepono.

## CCCIII (EPIST. 6, 36).

## ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

1 Caelestis dispensatio religiosis desideriis numquam negat effectum: nam quod
pie cupimus, maturo praestat studio. desideranti enim mihi per litteras orationum
vestrarum postulare suffragia perlatorem domesticum vota pepererunt, ut stimulo
Iac. 5, 16. scriptionis admoniti pro suscepti anima supplicetis, quia doctor gentium clamat: 'orate
pro invicem'. nihil enim est, quod deum diligens etiam pro delinquentibus optinere
2 non possit. laborate ergo promissis dudum patrociniis et gaudia mihi per lacrimas
conparate. veniat ad me fructus innocentiae meritis ignoratus. haec sunt, de quibus
sanctum dei admonere praesumpsi. timeo enim facere prolixa conloquia, quia res
necessaria strictis est postulanda sermonibus. nunc in Christo valete, mi domini, et
sentire me deprecationis vestrae munera prosperis indicate.

## CCCIV (EPIST. 6, 37).

## ENNODIVS IOHANNI.

1 Ergo falso creditur amorem reddi diligentiae et tacitis animas se interrogare
conloquiis, fidem mentium sensus adserere, ut quod inpendimus vicaria nobis relatione
debeatur? vocem montium secreta restituunt et in obsequio humanitatis muta fabulantur. sed magnitudinem tuam in contemptu mei contigit silentium pro scriptione
redhibere et in astipulatione artificis genii temperando a paginis pertinaciam garrulitatis
2 obprimere naturae lege calcata. facessat a moribus meis sequi quod admissum
doleo et sublevare culpas imitando. ecce iterum appello linguae ferias foventem et

---

[CCCII] Domninae] *an* Domnicae? *cf. p. 223, 29* 3 distinarem *B* 4 laetiae *B* 5 degetis *B* 6 asnosci *B* quo *Sirm.* omnes *B* ad | estergo *B* 7 medelam *VL* 8 mi] mihi *BVL* seruitionum *B* coletis *B* 9 obtestor *V* post• lationibus *B* caelestem *B* 10 munos *B*

[CCCIII] 12 presbitero *B*, p͞bro *VL* 15 postolare *B* 16 scribtionis *B* 20 colloquia *V* 21 postolanda *B* domine *Bb*

[CCCIV] 24 amatorem (at *del.*) *B* 25 colloquiis *V* adsereret *B* 26 fabulantur *B*, famulantur *VLTC* 27 mei] me *B*[1] scribtione *B* 28 redibere *codices*, reddere *b* artificis .... per *in litura B* 29 opprimere *V* 30 emitando *B* appelleo *B*[1] fereas fouente *B*

in longioribus persequor, habens promissae caritatis memoriam. domine, ut supra, salutationem largissimam offerens quaeso, ut debitum gratiae vel nunc exigat inportunitas, dum providetur, quatenus ardorem desiderii prolixis satietis alloquiis.

## CCCV (EPIST. 6, 38).

## ENNODIVS FIRMINAE.

Quotiens votiva res repente contigerit, pretium de ipsa temporis brevitate sortitur. 1
caelestis enim ut crescat benificii genius, subitum facit esse quod tribuit, ne devenustet
sperantum prolixitas misericordiam largitoris. quis enim effectum desiderii repente
suscipiens non avidius impetrata veneretur? sic litteras magnitudinis vestrae sitiens
tempore profectionis accepi. dolebam fateor et vehementer angebar, dum nec obse- 2
quiorum meorum perlator existeret nec sospitatis vestrae digressurus bona cognoscerem.
ecce utrumque frons bona concessit: accepi pariter indicia optata quae refero, et uno
eodemque tempore regressum me de Alpibus Cottiis et Ravennate significo iter adrep-
turum. orate ut variis laborum iactato incommodis patientiam supernae benedictionis
munus infundat. me autem quod ad custodiam gratiae culminis vestri splendor hor- 3
tatur, facilius credo cursus fluminum in diversa revocari et relictis fluentorum alimoniis
aether vacuum pisces expetere, quam tantorum me inmemorem delicta restituant.
quod superest, valete, mi domina, et redemptori nostro pro persona suscepti incessa-
biliter supplicate.

## CCCVI (EPIST. 7, 1).

## ENNODIVS IVLIANO.

Praeceptis magnitudinis vestrae ministerium devotionis exsolvimus, quia fit 1
aequitati proximus qui iusti viri monitis obsecundat. negotiorum qualitas, quae ab
amico veritatis agnoscenda committitur, cautione instruit animum cognitoris integri.
adfectionem infudisset nobis magnitudinis vestrae consideratio, si studia non dedissent.
in negotio igitur, quod inter Bautonem regiae domus conductorem et Epifanium char- 2
tarium vertitur, dum anceps in disceptatione nostra eventus nutaret et alterna se partes
intentione conliderent, adserente Bautone se sexaginta et quattuor solidos publicos,
quos de reliqua indictionis illius emisso chirographo fuerat debere confessus, idcirco
non posse restituere, quia per manus sublimis viri Proiecti quadraginta solidos Epifanio
suffragii nomine contulisset, pro quibus nullum beneficium secutum fuisse doceretur,
et replicaret ipse Epifanius, se si quid accepisset, labore meruisse nec frustra sibi a
Bautone quicquam fuisse conlatum vel prolati testis fidem laudibus incessanter adtolleret:
statuimus ut sub iureiurando ⟨mihi⟩ nominatus superius vir nobilis Proiectus et sperati 3
genus declararet beneficii et effectum, si ita esset, adsereret non secutum; quod cum
fuisset inpletum, Epifanius acceptam pecuniae refunderet quantitatem. nunc in potestate
est culminis vestri decisionem nostram, si placet, auctoritate fulcire.

---

3 prouiditur *B* quatinus *V*

[CCCV] 4 ferminae *BVL* 5 contigeret *B* 6 beneficii *V* genius (i *in lit.*) *B* 7 prolexitas *B* largitores *B* effectum *scripsi (cf. p. 152, 29 155, 21 227, 9 etc.)*, affectum *libri* 9 angibar *B*[1] nec *sup. lin.* *B*[2] 10 suspitatis *B*[1] 11 frons] sors *vel* fors *conicio* accipi *B* 12 adrepturam *B*[a], arrepturum *V* 13 iactatos *B* incommodus *B*[a] 16 expetire *B* dilecta *B*

[CCCVI] 20 deuotionis *(cf. p. 155, 29) b*, debutionis *B*, debitionis *ceteri* 22 cautionem *B* 23 infundisset *B* 24 epiphanium *V* cartharium *BV* 26 quatuor *B* publicus *B* 27 cyrografo *B*, cyrographo *V* 28 epiphanio *V* 29 nominis *B* docetur (*sup. lin.* re) *V* 30 a Bautone] ab auctone *B* 31 attolleret *V* 32 mihi *om.* *B* 34 epiphanius *V*

## CCCVII (EPIST. 7, 2).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Quantum ad fascem maeroris adiungit interrupta tribulatio, quando ut acrius
urat adversitas, prosperorum mutatione blanditur! ad cuius umquam onus accessit,
quod continuatae sarcinam calamitatis abiecit? quam bene me ad patientiam absentiae
vestrae longus temporum usus aptaverat, dum hoc, quod felicitas non habebat, didi-
2 cerant nec vota praesumere! ecce iterum de inveteratis doloribus passio novella me
lacerat, et obductam cicatricem rescindit ictus acutior. inploraveram a discedente
misericordiam, ut quod de praesenti confabulatione perdebam, litteris pensaretur; nec
hanc frugem omnibus desideriis ieiunus emerui. ego consuetudinis meae non negle-
gens inter lacrimas scripta concinno, quibus de adflictione mea credidi nil potius
3 indicandum, inlustris viri domni Pamfroni relatione contentus. nunc, mi domine,
obsequia famuli vestri dignanter accipite et animae in angustiis constitutae remedia
consueta praestate.

## CCCVIII (EPIST. 7, 3).

## ENNODIVS AVIENO.

1 Quibus magnitudinem tuam discedentem precibus inploravi, merito retexerem,
nisi memoriae vestrae inrogare contumelias evitarem. nam qui amantem de his, quae
recens sunt acta, convenerit, fugiendam bonis oblivionem inportunus opponit, cum hoc
sit peculiare coniunctis, ut sub quadam praescientia mutuo sibi cupita sufficiant et
ad substantiam caritatis efficaci dispensatione, quod votis poscendum est, effectu seniore
2 concilient. caelestis dispensatio facienda suggerit, si quid amor optat inquiras. his
iungitur quod aestuanti animae, dum iter adriperes, multus in promissionibus subvenisti
dicendo sustentandum me esse paginis, qui propriae lucis privarer absentia. ecce et
pollicitatio fide claudicat et spe inritatus ardesco. egit veniens de remedii prae-
3 sumptione fiducia, ut difficilius dura tolerentur. sed nunc, mi domine, honorem salu-
tationis accipiens, postquam apud vos quod male est animo declaravi, curatio properata
subcurrat, ut qui salutis vestrae status est vel gratiae principalis, expectatis resereture
alloquiis.

## CCCIX (EPIST. 7, 4).

## ENNODIVS AGNELLO.

1 Semper famulantes diligentiae paginas nunc in proditione sui dolor exegit et
gaudiorum ministras in vocem reserandae traxit iniuriae, nec contenta fuco dissimu-
lationis urbanae secreta pectoris aut taciturnitate vestivit aut in partem aliam transtulit

---

[CCCVII] 2 meroris *V*, memoris *B* 5 dedicerant *B* 7 rescendit *BL* inploraberam litteris *B*[1], a discedente ...... perdebam *suppl. in mg. inf. B*[2] 9 negligens (gl *in lit.*) *B* 10 scripta *B*, *om. ceteri* afflictione *V*

[CCCVIII] 15 descendentem *B* 16 euitarem *B*, deuitarem *ceteri* 18 praesentia *sup. lin.* ci *V* 21 adriperis *B*, arriperis *VLT*[1]*C* multus *Hartel*, multos *B*, multis *ceteri* 23 irritatus *V* 24 honorem honorem *B*[1] 26 succurrat *V* salutis (is *in lit.*) *B* status] stat et *B* gratiae *B*, gratia *ceteri*

[CCCIX] 29 diligentae *B* exegit *scripsi*, exiget *B*, exigit *ceteri* 31 secretum *B*

**blandimento. novi quidem fabricata, sed fugio et simplicitate contentus cum amantibus
serena animi fronte congredior. ubi gentium fuit sub obtestatione dei inter nos pro-
missa devinctio, ut proficiscentes insalutatum me velut incognitum linqueretis nec
potestatem remanens sortirer necessaria suggerendi? credo providistis, ut inbecillus 2
oculis totum vobiscum lumen amitteret, nec diem meum sub amici praesentia clausis
orbibus intuerer. haec si per neglegentiam contigerunt, aestimationi relinquitis, quem
apud vos locum obtineam: ferenda sunt acerbius, si intelleguntur accessisse per
studium. nunc vale, mi domine, et animum meum, quem in statione consistere suadet 3
innocentia origo propositum, ad potiorem gratiae partem, quia vobis sinceritate patuit,
invitate.**

## CCCX (EPIST. 7, 5).

## ENNODIVS SENARIO.

**Quamvis te dominum meum per intemeratae documenta fidei principalis sibi 1
cura coniungat et morum claritudo ita publicis rebus misceat, ut amabilis a te saporem
quietis excludat, non credo tamen ita religionem amicitiae posthaberi, ut non satis-
faciens deo adiuvante regnantis imperiis debita sua refundas affectui. nostis quid
poscat aula, quid gratia, et uno eodemque tempore nec rerum deestis domino nec
amori, quando Christianae mentis integritas per has partes divisa solidatur. his ergo 2
sollicitudinem meam credo relevari, quibus venerabilis consuetudo servatur studiis.
tantum est, ut dei nostri solaciis magnitudo vestra adiuta gratuletur. domine mi, salu-
tationis obsequia praesentans spero, ut de vestro vel amici vestri domni Fausti statu
hilarem me fieri votivo litterarum contingat indicio.**

## CCCXI (EPIST. 7, 6).

## FLORO ET DECORATO ENNODIVS.

**Permisi hactenus magnitudinem vestram mobilitatem Ligurum urbanae fuco 1
disputationis incessere, quia et me origo reddebat alienum et vos ab eorum culpis
constantia promissa seiunxerat. sed cum una sorte ab oculis vestris et mente discessi,
praeconis voce contestor, neminem damnare posse quod sequitur, nec salvo pudore
sententiam excessibus dictare peccantem. fas est liberos a reatu vitia detestari: quis 2
aequo animo ferat, monitorem quod verbis destruit actibus non vitare? evangelii
sententia est, qui 'fecerit et docuerit sic' dignum dei gratia posse iudicari. vobis** Matth. 5, 19.
**copiosus sermo est, quotiens error arguitur, et sub conversationis neglegentia puritas
amplectenda verborum. perdidistis lacrimarum mearum memoriam, quam discedentibus
gemini doloris ictus effudit. ecce quanti dies sunt, in quibus sub tanta frequentia 3
commeantum nulla neque domni mei amici vestri neque vestra, quae de illo rem voti**

---

2 subtestatione de inter *B* 3 diuinctio *B* liqueritis *B (sup.* q *lit.)* 4 inbicellus *B* 6 negligentiam *B* relinquitis *scripsi,* relinquetis *libri* 7 obstineam (st *in lit.*) *B* intelliguntur *BV* accidisse *Sirm.* 8 animum meum *Hartel (cf. p. 223, 19),* animo meo *libri* suadit *B* 9 propositum] positum *B* ad *om. Sirm.* quia] qua *Sirm.*

[CCCX] 12 intimeratae *B* 13 claritudo (r *ex* m) *B* 14 postaueri *B* 15 nostes *B* 16 et *om. Sirm.* 18 seruatur ....... magnitudo *inter lineas suppl. B* 19 mi] mihi *BVL* 20 praesentans] praestans *V¹LC* sperans *VL* (sperant *Lª*) *T¹*

[CCCXI] 22 Enn. Floro et Decorato *b* 23 mobilitate *VLC* ligorum *B* 24 incesser *B¹* 25 seiuncxerat *V* 26 dampnare *V* 27 a *B, om. ceteri* 28 distruet *B* 30 necligentia *B* 31 quam] quas *conicio* discidentibus *B* 32 substanta *B,* substantia *L* 33 domini *VLTC*

indicent, scripta suscipio. absolvistis imitatione culpabiles, non quod Liguribus evenerit
propositum, quantum vos dicitis, infidelitatis amittere, sed quod eos contigerit invenisse
4 in his quae sunt vitanda consortes. rogo tamen servitio salutationis exhibito, ut tandem
aliquando tamquam boni domini precum mearum memores prosperitatem vestram vel
domni mei amatoris vestri reseretis muniis litterarum.

## CCCXII (EPIST. 7, 7).

## ENNODIVS HELPIDIO DIACONO.

1 Perfecta caritas corporalis absentiae damna non patitur nec animorum serena
coniunctio itinerum sequestratione multatur. quorum animae Christo in caritatem
sociante conveniunt, nulla possunt separari interiectione terrarum. hac ego spe vel
securitate de conscientia vestra securus amantem mei adloquor tamquam in amplexibus
2 constitutum. fove, domne Helpidi, quem deo medio suscepisti. habeat suas mundus
astutias et urbanitatem fallendi prudentiam damnandus appellet: tu illi dulcedini quam
probavi nihil admisceas, nisi quod gradibus ad perfectae caritatis nos bona perducat.
domine, ut supra, salutationem plenissimam reddens quaeso, ut prosperitatem vestram
vel eorum, qui nos diligunt, frequentibus mihi indicetis alloquiis.

## CCCXIII (EPIST. 7, 8).

## ENNODIVS EVPREPIAE.

1 Quam bene animum meum ad patientiam sequestrationis absentiae vestrae usus
aptaverat, dum prolixa silentia contemptum dulcedinis rerum suarum necessitate pariebant!
rescissa est cicatrix, quae ad medicinam pii amoris accesserat. confiteor, soror
venerabilis, ad antiquum me desiderium litterae tuae nimis noto conditae sapore
revocarunt. ecce vide qua mecum arte contendis, cui nec satietatem de praesentia
2 tua nec oblivionem de silentio pateris subvenire. scit mentium discussor altissimus,
lectione apicum tuorum animam meam inter penetralia sua non potuisse consistere et
ad praesentiam tuam diligentiae evolasse melle conpulsam: habuit Arelatensis habitatio,
cum Mediolanensibus muris includerer, et dum ad dulcem sedem libertas mentis
3 excurreret, intra Italiam me corporis captivitas includebat. o si suppeteret sermonis
abundantia ad ea quae cupit animus exponenda aut illa, ad quae lingua sufficit, non
pudor eriperet! parvus amor est, qui oris testimonio sufficienter aperitur. confessio
est tepidae caritatis, quotiens in ea non cedit eloquium. quod restat, deum precor,
ut valeas et ad sublevandum maerorem meum, quem scriptione tua nimis daedala arte
geminasti, bono prosperitatis mutuae reserveris.

---

1 scribta *B* culpabilis *B* ligoribus *B* eueniret *B*[b], etueniret *B*[a] 2 dicetis *B* 3 consortis *B*

[CCCXII] 6 hilpidio *B*, Elpidio *Sirm.* diaci *B* 7 absentiae *BT*[2]*C*, essentiae *VLT*[1] dampna *V* 8 itenerum *B* multatur] mulcatur *Hartel*, minuitur *b et man. rec. in B* caritate *b* 9 terrarum] litterarum *VLC* 10 secutus *V*[a] alloquor *B*[2]*V* 11 constitum *B* hilpidi *B* 12 astuti | asset *B* dampnandus *V*, damnasdus *B*

[CCCXIII] 16 eupraepiae *BV* 17 se sequestrationis *B* 20 antiquũ | qui me *B*; quia *prop. Hartel*, tui *conicio cf. p. 216, 13* 21 reuocarent *B*[1] mecum *om. Sirm.* 23 inter *B*, intra *ceteri* 27 sexponenda (s *in lit.*) *B* aut ad illa ad *Sirm.* 28 eriperit pauus *B* 30 scribtione *B* tuae *B* 31 mutuaer seruaris (e *inter* r *et* s *sup. lin.*) *B*

## CCCXIV (EPIST. 7, 9).

## AVIENO ENNODIVS.

Pompam quam in litteris fugitis optinetis, nec aliud est loqui vestrum nisi 1 declamationum insignia custodire: hoc in vobis natura, hoc peritiae mater indeficiens lectionis cura congessit. sed miseriis meis evenire nulla consolatio potest, quando ante oculos sunt locata quae merui, et quantum praelatus indignior extiterit, tantum in aperto fiunt peccata superati. quid animum meum, inlustrissime hominum, conaris adtollere? quid in vita, quae plena maeroris est, reservare liceat? tribulationibus meis pro bono dispensationis caelestis finem vel cum vita constitui. vobis tamen insuffi- 2 cientes refero gratias, qui illam circa me servatis diligentiam, qua potiorem nec dignissimis praestaretis. domine mi, salutationis reverentiam solvens spero, ut orare pro me minime desistatis et ad calamitatum solacia ferentia opem scripta mittantur.

## CCCXV (EPIST. 7, 10).

## ENNODIVS FLORO ET DECORATO.

Conpulsoris functus officio ad redhibitionem promissionis suae vix advocatum 1 coegi, ut quod advocatis debebat exsolveret. genus durae professionis, ut a vobis dicenda praeveniam, ad verecundiam clericus inclinavi. quale sit quo molliuntur obstinatissimi et quid sibi velit qui raptores spoliat aestimate. argenti libram, quam frater Epiphanius dedit, fratri Gaiano ad vos perferendam tradidi, pactis tamen adhuc apud me quae suscepi constitutis. restat ut, si tradere debeam, designetis. domini mi, 2 salutationem plenissimam dicens rogo, ut primum per sanctos pro me orare dignemini, deinde domnis amatoribus vestris obsequia mea sub illa qua me cupere scitis humilitate reddatis.

## CCCXVI (EPIST. 7, 11).

## ENNODIVS AGNELLO.

Male est animo meo, quod de facundiae suae dotibus mihi abundantia vestra 1 nil tribuit et ita eloquentiae opibus incubat, ut partem ex eis facere sacrilegium computetur. turpis est equidem universarum rerum avaritia: contigit tamen, si verba deneges, plus pudenda. saepe etiam evenit, ut frequenter scribentes minus diligant; numquam tamen accessit, ut aliquid caritati reservet qui in perpetua taciturnitate perdurat. potest nasci de epistolaribus blandimentis ambiguitas: certa fides est ab eo, qui servat silentium, non amari. haec sunt, quae in festinatione perlatoris celer 2 scripsi, geminis stimulis incitatus vel properationis baiuli vel doloris. ergo taedio

[CCCXIV] 1 Enn. Auieno *b* 2 fugetis *B* 7 attollere *V* liceat tribulationibus meis? *distinguunt libri* 9 diligentiam .... praesentaretis *(sic) inter lineas suppl. B* 10 mi] mihi *BVL* 11 ferentiam *B* scribta *B* mittatis *Sirm.*

[CCCXV] 15 uericondiam *B* moliuntur $V^a$ 16 sibi uellit ‖ *hic deest in B alterum plagulae folium (cf. p. 228, 13), quod iam editor Basil. desideravit. interciderunt verba quae sequuntur usque ad p. 236, 33; edidit primus Sirm.* 18 domine *TC* mi] mihi *VL* 19 per me sanctos pro me $V^1L$, pro me sanctos *Sirm.* 20 nostris *Sirm.*

[CCCXVI] 24 nihil *Sirm.*

animi mei remedia incunctanter adhibete, ut quamvis defuerint hactenus affectioni pabula sua, in statione esse tamen promissa caritas innotescat. domine mi, salutem plenissimam dicens quaeso, ut exspectationi meae quod sufficit loquendi peritissimo non negetur.

## CCCXVII (EPIST. 7, 12).

## ENNODIVS HORMISDAE DIACONO.

1 Nullus remaneret imperitis locus veniae, si plura loquerentur: sola brevitas
commendat indoctos. supra errorem est prolixa narratio rusticantis. quando ab
ignaro extortum fuerit quod diu legatur, sibi rancorem suum debet exactor. quis-
quamne hominum in longum vult fastidienda procedere et nullo sapore condita breves
terminos non habere? Romana hoc, frater, et nimium artifici subtilitate flagitasti: sed
2 nos contra fabricatos munit simplicitas nullis colorata praestigiis. etenim quamvis me
delenifica epistolae tuae oratione produxeris, mei immemorem non fecisti. scio artare
paginam, cuius pretium promulgator intellego. noveris me tamen meis partibus non
deesse, quamvis vocet in medium et urbanus et clericus. sed quid produco paginam,
cuius superius angustiam pollicebar? haec mihi cum amante concertatio, talis fructus
3 est litterarum. domine mi, salutem uberrimam dicens precor, ut Christi nostri tribuente
misericordia crebro salutem vestram votivis mihi, dum meam quaeritis, nuntietis affatibus.

## CCCXVIII (EPIST. 7, 13).

## ENNODIVS BOETIO.

1 Si liberum esset imperata differri, concederetur mihi adhuc ornamenta silentii
non perire. nam taciturnitatis munus est, quod non inhumanum loqui me posse
credidistis. videte quantum linguae genium vox pressa contulerit. sed res est vacui
pectoris periclitata remedia non tenere. agit sermonis cura, ne promulgantis celetur
inscitia, quando otii labor gloriam intercipit. ecce ego ille ante probationem laudatus
subdor examini et ferias meas, ne videar praedicatione dignus, inrumpo. nam dum
2 humilitas reddit obsequium, impetrata per silentium non habemus. tu in me, emen-
datissime hominum, dignaris praedicare virtutes, quem in annis puerilibus sine aetatis
praeiudicio industria fecit antiquum, qui per diligentiam imples omne quod cogitur,
cui inter vitae exordia ludus est lectionis assiduitas et deliciae sudor alienus, in cuius
manibus duplicato igne rutilat qua veteres face fulserunt. nam quod vix maioribus
3 circa extremitatem vitae contigit, hoc tibi abundat in limine. vere dedisti pretium
loquacitati meae, dum desiderantem conloquia primus aggrederis. contigit nova res
garrulo, ut usque adeo produceretur, donec exigerent scripta responsum. deo gratias,
qui occultis itineribus de propinqui vos necessaria affectione commonuit. ecce geminae
causas iniuriae iam tenetis: nam postquam agrestis innotui, praesumo dicere me
4 parentem. domine mi, salutationis officium dicens spero, ut circa litterarum munia
frequentiam commodetis, in quo opere adsiduitatem et amans exhibet et facundus.

---

2 mi] mihi *VL*

[CCCXVII] 15 mihi *TC*, mi *V*, mi. *L* 16 mi] mihi *VL* dicens *om. L* Christi] dei *Sirm.* 17 misericordia ut crebro *VL*

[CCCXVIII] 19 adhuc mihi *Sirm.* 29 face *C*, fasce *VLT* 33 || geminae causas *incip. denuo B* 34 agrestes *B* dicere me *B*, me dicere *ceteri* 35 mi] mihi *BVL* salutationis *scripsi*, salutatis *B*, salutis *VLTC*, salutati *coni. Hartel* 36 adsiduetatem *B*, assiduitatem *V* exhibit *B*

## CCCXIX (EPIST. 7, 14).

## ENNODIVS ARCOTAMIAE.

Ita supra claritatem generis morum luce profecistis, ut quos etiam vobis non 1
nectit propinquitas, actuum vestrorum bona subiciant. quis enim non perfectam
reverentiam sit paratus inpendere animae in dei cultura sublimi? quia peregrinum se
facit a redemptoris gratia qui deo non suspicit obsequentes. indicium enim est con-
versationis praecipuae Christi nostri amare cultores. proximus est emendatissimis, qui
diligit iam probatos. testimonium das bonorum sine dubitatione meritorum, si studeas 2
laudibus prosequi sub debita continuatione perfectos. fit sanctis proximus, qui in illis
sine fuco praedicat sanctitatem. quaecumque diligentia hortante praetuleris, dispendium
pudoris est, ni sequaris. quis salva verecundia per spinosa gradiens purgatum iter
adtollat et viam salutis aspiciens calles eligat noxiorum? professio caecitatis est,
bona ante oculos in exemplum locata respuere et unde imitatione proficias non tenere.
haec, mi domina, de te non incertis fama nuntiavit indiciis, non loquax vulgus per 3
ignara iudicii ora iactavit, cui mos est de humanis actibus, dum scintillas in rogos
animat, amplificatas fidelium flammas extinguere; hoc nostrorum relatione propin-
quorum, praecipue tamen domina et sorore Euprepia referente, percrebuit: non solum
vos dignas esse praeconiis, sed instituisse celebrandum et venerabili filio cum pro-
sapiae radiis facem conversationis ingerere. habet, quantum conperi, Lerinensis 4
habitator quod de sancta matre discat, etiam quae urbana domicilia non reliquit. si
mihi credit pietas tua, plus est in acie vicisse saeculum quam vitasse. resignat
timorem fuga certaminis, nec spes est ulla virtutis, quando ante congressionem
declinatur adversarius. conscientia roboris paucis adquiescit ad latebram: hoc est
secretum eligere quod ostendisse formidinem. haec ego non dominum meum et 5
familiae nostrae iubar presbyterum arguens scribo, cui nec ibi credo inpugnationes
deesse, quas superet, in quo loci visus est declinasse conflictum. tunc enim universa
saeculi blandimenta calcavit, quando aetatis opum natalium profectionem eius retinere
catena non valuit. sed vobis quantum sexus infirmior, tantum debetur potissima de
palmae adeptione laudatio. prope est ut etiam illius tu sis tutela propositi, quae mala 6
viduitatis et orbitatis patiens de venerabilis fili meritis solacii tui, occasione pateris
nil perire. ecce ubi femina fragilitatis oblita castelli vice et virum et iuvenem ab
hostili inpugnatione subducit! huius facti dux gloriosa perdures et usque ad illud in
saeculo perseveres, quo illum, si ita res poposcerit, iam maturum mundi istius campus
accipiat. vellem, confiteor, si epistolaris pateretur concinnatio, in longum verba pro- 7
ducere et de actuum vestrorum ornamentis pauca sub loquendi ubertate narrare. sed
haec ad alios scribenda reserventur. sufficit vos scire, quia quamvis a me numquam
sis visa, cognosceris et adorandis inserta monumentis radice animi iam teneris.

---

[CCCXIX] 1 Archotamiae *Sirm.* 2 proficistis *B*, proficitis *ceteri* 3 nectet *B* 4 in *sup. lin. V* 5 a• (*eras.* d) *B* redemptori *B* suspicet *B*, suscipit *TC* 6 proximis *VL* 7 diliget *B* das *TC*, dat *BVL* 9 quaecumque *BC*, quemcumque *VLT* 10 ni] ne *B* pinosa *B* 11 attollat *V* callis *B* 12 respuere] respicere *Sirm.* 14 scentellas *B* rogos *b*, rogus *B*, rogum *VLTC* 15 anplicatas *B* 16 domna *Sirm.* eupraepia *B* percrebruit *VLC* 17 uenerabilis *VLC* 18 lyrinensis *codices* 19 scancta *B* orbana *B* reliquid *B* 21 virtuti *coni. Hartel* 22 adquiescet $B^{a}$ 24 inpugnationis *B* 27 debetur de potissima $V^{1}$, debet potissima *L* 28 etiam •illius (*eras.* m) *B* 29 uiduetatis *B* fili *B*, filii *ceteri* 32 perseueris *B* matura (ũ *sup.* a) *V* 33 uellim *B* confiteor — pauca *om. C* pateritur *B* 34 de *sup. lin. B* 35 seribenda *B* seruentur *sup. lin.* re *V* 36 sis] se *B*

Prov. 27, 2. scriptum est, meministi: 'laudent te proximi tui'. vere sola mihi vellem causa existeret Gallias expetendi, ut cum domno meo presbytero, utrique osculantes manus
8 et oculos tuos, beatam te in quavis adflictione temporis redderemus. domina mi, propter quod mittuntur epistolae, corpore me valere significans prosperitatis vestrae statum requiro, deprecans et per deum coniurans, ne umquam mihi orationum vestrarum adiumenta denegetis.

## CCCXX (DICT. 12).

## DICTIO DATA ARATORI QVANDO AD LAVDEM PROVECTVS EST DICTATA SVB DIE***

### THEMA: LAVS LITTERARVM.

PRAEFATIO.

Littera de proprio laudetur splendida censu!
  Advena nam cultus nil tribuit genii.
Ebria vestito plus lucent vellera Sere,
  Per se candentes colla decent lapides.
Non iuvat externo conponere membra nitore:
  Lux naturalis sidera nobilitat.

NARRATIO.

1 Omnibus rebus, quae aestimantur dignae praeconiis, exhibenda est pro dicendi facultate laudatio. ab eloquentiae dote radiantibus reddenda sunt litteris quae debentur, quia sicut gratuitum munus et opes et animum indicat largitoris, ita accepta denegari avaritiam et inpudentiam reserat supprimentis. libemus litterarum numini, quod de
2 ipsarum fluxit altaribus! quantisvis enim materia ista copiis praedicationis honoretur, qualibet effluat ubertate dictorum, de possessionis suae frugibus pasta satiatur, quia dum inter virecta, quae disposuit, propria oculos amoenitate captivat, habet quidem ipsa iucunditatem de graminibus suis, sed maiora capiunt messes ingeniorum incrementa per dominam. itaque qui fenus litteris solverit, plus ditescet, dum per secretiores meatus quasi per magnos alveos quae ad illas directa sunt fluenta reducuntur; nec quod per guttas emiseris, ⟨non⟩ aliter quam si relabentis Ionii ius habeas, possidebis.
3 quis peritiae depositum neget, nisi qui desiderat mendicus effici, dum reservat? istius rei fructus, quod mirum dictu est, in abundantiam refusus exaestuat, dum ieiunos faciat incubantes. ergo post opem caelestem, post superni favoris auxilium, ministra quibus utaris, ars veneranda, praeconiis, et inventionis tuae bono de his, quae a te
4 fuerint directa, gratulare: a te orta in usu laudis amplectere! nos nihil manet in hac parte quod dignum sit ultione vel praemio. fideli oris nostri famulatu si parum in elevatione meritorum tuorum suggerimus, hoc dedisti. nos horum amnium fistulae sumus nec quicquam de copiis commissi liquoris ebibimus. tu ut per nos meritis tuis

1 scribtum *B* uellim *B* 3 afflictione *V* mi *Schott*, mihi *BVLT*, mea *C* 5 statum *in lit. B* et] sed *B*[a] *ut videtur* uquam *B*

[CCCXX] 8 dictata *B*, dicta *VLC* die |||||| *B; cf. p. 202, 15* 12 tribuit *scripsi*, tribuet *libri* 14 per se candentes *scripsi (cf. CCCLIX 1)*, persica candentes *libri; de sensu cf. p. 214, 10* 15 non] nil *Sirm.* 18 dignae *scripsi*, digna *libri*, *om. Sirm.* 21 libemus] ibimus *B* 22 cupiis *B* 25 iocunditatem *BV* 26 ditiscet *B*, ditescit *b* 28 non *B*, *om. ceteri* 29 negit *B* 30 dictus *B* ieiunus *B* 32 bona *V*[a] 35 dedistis *B* festulae *B* 36 cupiis *B* licoris ebebimus *B*

satisfacias, quasi Aegeum pelagus, ut Pegaseus gurges inlabere. ante oculos vestros 5
sunt morum nostrorum si bene exempla retinetis. salvae sunt quascumque de censu
vestro ad usuram gemmas admovemus. ecce verticem meum coruscans luce vestra
diadema nobilitat et pretiosorum lapidum fulgore variato crescit ex genio, dum con-
petenter ostenditur. a vobis radicem sumunt instituta sapientiae, per vos informata
proferuntur. nullus sine vobis pectori sapor est nec libertas eloquio. vos ingenui 6
testimonium sanguinis, vos materia pudoris, per vos quod bene cor dictaverit lingua
proloquitur. ad investigandam iter iustitiam vos praebetis, dum oppressum dumetis
callem, quo expetuntur superna, purgastis. vos triticeam de loliis segetem, vos
fecundas de sterilitate ingeniorum glebas efficitis et gravidas aristas ad scientiae
horrea, ne fames infantiae possit praevalere, portatis. mundae nitorem familiae 7
servando obscenam prosapiem peregrina luce perfunditis. deo proxima res est vestro
infusa beneficio, dum per cursus elucubrationis traditae, ne optimi degenerent et ut
mali degenerent, salva stemmatum veritate praestatur. per vos de innocentum actibus,
quae ad instructionem sequentium pertinebant, gesta non pereunt; vestris in medium
catenis transacta reducuntur et sepulta reviviscunt: vos instrumenta memoriae, vos
causa pietatis. vestris vomeribus humani pectoris tellus ad fecunditatem praeparata 8
describitur: vos religionis auctores, vos hostes criminum. vobis ducibus quae per
usum subripiunt dediscuntur scelera, per quas bona discuntur: aut ad directum homines
augetis propositum aut mutatis obliquum. vestro exules ornantur indicio et a mundi
culminibus seiunctos vos caelo sociatis. malas conscientias aut intrare contemnitis 9
aut in sacrarium ingressae dedicatis. facessat a litteris vel mutare quod dignum est
vel non mutare quod noxium. vestris vulneribus nulla per chalybem vestitos subducit
instructio: ad penetralia illorum, et quos ferrum texerit, pervenitis. vestris umbonibus
directa ab adversariis tela repelluntur, nec spiculis peritiae vestrae ulla clipeorum
crates obponitur. vos in adflictione constitutos erigitis, vos positos in corporum cruce 10
mulcetis sic gaudiis augmenta tribuentes, ut modum hilaritas et producta custodiat:
si a vobis veniant blandimenta, dulcescunt. non licet contra imperium vestrum vel
defunctum flere quem diligas: vos nuptiis, vos aptae funeribus. scientiae istius studium
diversissima in concordiam tenet et utramque partem amplexa gratulatur. utinam vos 11
longioribus coli liceret affatibus et non vestris legibus deberetur brevitas, a quibus
copia votiva suggeritur! per litterarum species in longum itura vox tute committitur
et sine inminutione sui relegenti solidatur. ante vos ignara ordinis vixit humanitas
et ructantia glandem pectora sine modis verba vomuerunt. vos inter unius naturae Iuven. 6, 10.
homines distantiam facitis, dum caelestibus notitia vestri, pecudibus similes reddit
ignoratio. in propatulo est, qualis ante hanc frugem fuerit mortalium deserta pro- 12
sapies. cum illis enim, quibus nobiscum par adventus in luce est, per discretionem
vestram non est condicio una sapiendi. valete, ornamenta melioris saeculi, et mundum,
quem eruderastis, concessae a deo in temporum remedio possidete.

---

1 ut pes aseus gurgis *B* 2 uestrorum *LT* 5 suumunt (uu *in lit.*) *B* 7 bene | cor *B*, cor bene *ceteri* 8 dumetis | callem *B*, callem dumetis *V*[1]*LTC* 9 purgatis *C et Hartel* 11 famis *B* 12 perfundetis *B* 13 cussus elocubrationis *B* 14 stematum *V* 15 pertinebant (ant *in lit.*) *B*, pertinebunt *fort.* 16 reuiuescunt *B* 17 causae *vel* curae *coni. Hartel* discribitur *B* 18 hostis *B* 19 aut (au *in lit.*) *B* 20 agitis *Hartel* mutates *B* 21 seiunctus *B* contemnetis *B*, contempnitis *V* 23 calybem *B*, calibem *V* uestitus *B* 24 illorum *B*, eorum *VLC* unbonibus *B* 26 cratis *B* opponitur *V* afflictione *V* constitutus erigetis *B* 27 tribuentis *B*[a] 29 istius (st *in lit.*) *B* 32 cupia *B* suggeritur *om. B*[1], superetur *parum accurate et maiore ex parte in mg. add. B*[2] tuto *b* 33 relegenti *scripsi*, religente *B*, relegente *ceteri* 35 pecodibus similis *B* 36 quales *B* 38 meliores *B*

## CCCXXI (EPIST. 7, 15).

## ENNODIVS AGNELLO.

1 Deo gratias, qui circa magnitudinem vestram licet protulerit cupita, non reppulit. etenim ne fides claudicet supplicantis, desideria differuntur, quia devenustat secuturae hilaritatis genium velox impetratio. et vos quidem honores meruisse, non optasse manifestum est: sed praecedens concinnatio eloquitur vota diligentum. novit omnipotens, et generis vestri luce permotus et gratiae quam polliciti estis invitatus fiducia
2 praecessi in prosperis vestris, quicquid vos disciplina aut ratione cohibetis. sufficiant in foribus stricta conloquia. respondete de prosperitate vestra sollicito, quamvis de amore non dubio. domine mi, salutationis plenissimae obsequia dependens litterarum portitorem commendo, quia mihi fide et honestate conpertus est, volens universis quid dignationis vestrae habeam non taceri, ut sperantes de communis gratiae messe pascantur.

## CCCXXII (EPIST. 7, 16).

## ENNODIVS AGNELLO.

1 Solet prosperorum indicia dispergere sermonis iucunda festivitas, dum quicquid boni facundis adcesserit, germana gaudiorum per populos voce discurrit. facilius est
Symm. ep. 1, 31. ignem in pyras animatum lingua conprimere, quam silentium inter optata servare. humanitatis lex est et naturae imperium, hilaritatem mentis opibus scriptionis effluere;
2 emanant enim vel si artentur secunda conclavibus. sed in magnitudine vestra sicut aetas cana est pudoris et scientiae dote maturescens, ita laetitiam frenis moderationis adstringitis. sed numquid in damnum gratiae disciplina debet excurrere et hoc minui amicorum diligentiae, quod ad morum ornamenta sociatur? quamvis monetam Latiaris eloquentiae teneas, non potes tamen invenire quemadmodum iure factum adseras, quod
3 expectanti mihi verba non tribuis. decet ergo beneficia superna sola amantibus opinione nuntiari et de solida gratulatione trepidare gaudiis iam potitum? hac ego necessitate puerum direxi, qui non reposcat scripta, sed exigat. nostis quae sit fiducia simpliciter amantum, eorum praecipue, quorum spem retinetis gratiae promissione
4 firmatam. domine mi, salutationem plenissimam dicens quaeso, ut et frequentes et non in artum coactas epistolas destinetis. videte animi mei securitatem: prolixas posco paginas, qui adhuc nullas accepi.

## CCCXXIII (EPIST. 7, 17).

## ENNODIVS AVIENO.

1 Si vobis de parvitate mea fuisset ulla curatio, tanti temporis silentium non maneret, maxime cum inaequalitas domnae meae matris vestrae per varios rumores

---

[CCCXXI] 2 repulit *B* 5 diligentium *VLTC* 6 estis] est *B* 7 praecessi *BV*[b] *(cf. p. 69, 17)*, praecessit *V*[1]*LTC* cohebetis *B* 8 stricta] scripta *B*[a] respondente *B* 9 mi] mihi *BVL* 10 fede *B*

[CCCXXII] 13 item ennodius agnello *VLT* 14 iocunda *BV* 15 accesserit *V* discurret *B* 19 maturiscens *B* 20 adstringetis *B*, astringitis *V* dampnum *V* 21 monitam *B* 23 exspectanti *V* 24 hac] ac *B* ego] ergo *TC* 27 mi] mihi *BVL* ut frequentes (*om.* et) *b*

[CCCXXIII] 32 dominae *BLTC*

sine remedio adfligat absentem. scio enim hoc solo sanctam feminam fasce praegravari,
quia inmodicam pietatem exhibet non merenti. sed quid produco verba catenis obligata
tristitiae? si bonam valitudinem eius caelestis favor refudit, properato litteris nuntiate.
expecto enim ut tunc mecum prospera concilientur, quando cum illa esse conperero. 2
didicistis causam maeroris, indifferenter post deum date remedii. domine mi, salu-
tationis obsequia praesentans, domno pro me supplice vestro obsequia digna porrigite.

## CCCXXIV (EPIST. 7, 18).

## ENNODIVS AVIENO.

Si iudex vilium personarum laboret iniuriis, nescio utrum possit ab hoc onere 1
alios sublevare, cui ipse subcumbit. gravibus medica manus est adhibenda vulneribus,
ne inpunitate morbus adolescat. sublimis vir vicarius haec a me, quamvis pro iustitiae
consideratione deberentur, tamen extorsit alloquia: quid pertulerit, ipse manifestet.
unum scio, quia nisi subcurritis, generale futurum est malum, cui ipse est disciplinae
tutor expositus. hoc non est alienum a christianitate, cum defero, quia impium est 2
rerum ordinem sub hac permixtione confundi. domine mi, salutationis honore praelato
vos vocem supplicis gratanter accipite, ut qui tanti fascem laboris adripuit, con-
valescat effectu.

## CCCXXV (CARM. 2, 117).

## EPITAFIVM DOMNAE MELLESAE INLVSTRIS FEMINAE.

Sanguine mente opibus facie virtute pudore,
  Optatur qualis femina, sola fui.
Hoc tantum mundi quod lex est corpore gessi,
  Exornans casta prole pudicitiam.
Quae victrix fortem tenui per blanda maritum,
  Melle meo vertens iura, Severe, tua.
Quos genui, celsa coniunctos stirpe reliqui.
  Quod votum est sanctis, coniuge praemorior.
Nil mihi decessit, maneo post busta superstes:
  Felices numquam mors nocitura petit.
Et nomen dulce est: de factis Mellesa dicor.
  Moribus hoc fluxit iure datum propriis.

---

1 affligat *V* 3 fauore fudit *B* 5 dedicistis *B* mi] mihi *BVL* 6 domino *TCb* digna *sup. lin. B*[2]

[CCCXXIV] 8 onere] honore *B* 9 subcumbet *B*, succumbit *V* 10 uigarius *B* priustitiae *sup. lin.* o *B* 12 subcurretis *B*, succurritis *V* 14 permistione *B*[1] mi] mihi *BVL* 15 vos *fortasse delendum* facem *B*[a] adripuet *B*, arripuit *V*

[CCCXXV] dominae *B* mellesae *BVL*, mellisae *Hartel*, melissae *Sirm.* v. 1 sanguinei *B* v. 2 quales *B* v. 3 tantum] tatum *B* v. 7 quos] quod *B* v. 10 felices *B*, felicem *ceteri* v. 11 mellosa *B*, mellisa *Sirm.* v. 12 propriis | . finit . feliciter *B*

## CCCXXVI (CARM. 2, 118).

## DE QVODAM STVLTO QVI VIRGILIVS DICEBATVR.

In tantum prisci defluxit fama Maronis,
Vt te Virgilium saecula nostra darent.

## CCCXXVI[a] (CARM. 2, 119).

## ALITER.

Si fatuo dabitur tam sanctum nomen homullo,
Gloria maiorum curret in obprobrium.

## CCCXXVI[b] (CARM. 2, 120).

## ALITER.

Captivo stultus congaudet stemmate vatis.
Non est Virgilius, dicitur iste tamen.

## CCCXXVI[c] (CARM. 2, 121).

## ALITER.

Externo quotiens vocitaris nomine, demens,
Si tibi sunt sensus, prospice ne venias.

## CCCXXVI[d] (CARM. 2, 122).

## ALITER.

Cur te Virgilium mentiris, pessime, nostrum?
Non potes esse Maro, sed potes esse moro.

## CCCXXVII (CARM. 2, 123).

## VERSVS IN CVBICVLVM SVPER CODICES IN ORDINE POSITOS.

Iste callis est, supernam qui parat potentiam,
Lux pudoris, esca mentis, fax, medella, claritas.
Mundi faece qui fucantur, hunc tenere nesciunt.
Liber extat, hoc quicumque colla loro vinxerit.
Sanguinis venam nitentis comit iste sarculus.

---

[CCCXXVI] *Inscriptionem om. B linea relicta vacua, ubi iam verba* in tantum *scribi coepta erant.* In incognitum (= *b*) *inscr. man. rec.; in mg. denique dextra legimus:* Ich weiſs nit was daſs ist.

[CCCXXVI[a]] v. 1 tam *B, om. VLT,* hoc *C* humullo *B*

[CCCXXVI[b]] v. 1 raptivo *Barth advers. p. 1534* stemate *VL* uates *b* v. 2 ducitur *Barth l. c.*

[CCCXXVI[c]] v. 2 veneas *Barth l. c.*

[CCCXXVI[d]] v. 2 moro] baro *(vel μάτην) Barth l. c.,* mero *conicio*

[CCCXXVII] cubiculo *VLC* positus *B* positos metrum troch͠ *VL,* metrum trocaicum *in mg. sinistra B*[2] v. 2 medela *V* v. 4 exstat *V* v. 5 comet *B*

## CCCXXVIII (CARM. 2, 124).

### EPIGRAMMA ADVERSVS CLAVDIANVM DE MVLABVS.

Claudian. 51

Hic volucrem Rhodani torrentis respice natam
Sermonum frenis subdere colla tuis.
Iussa volat verbis et verbis iussa quiescit,
Cuius captivum est auribus arbitrium.
Vincula nesciret, ni vocis stricta lupatis
Perderet auditu luxuriam generis.
Cum stimulos clamor mentitur, clamor habenas,
Obsequium linguae libera membra ferunt.
Non opus est loris, sed nexus certa loquendi
Dura catenati rostra ligat pecudis.

## CCCXXIX (CARM. 2, 125).

### DE ASINO ET EQVA.

Visceribus propriis externos fundere partus
Cogitur et generis subolem lactare ferini.
Iurgia naturae magno distantia calle!

## CCCXXIX a (CARM. 2, 126).

### ALITER.

Edidit ignotum genetrix male conscia partum,
Naturae fraudes, nobiliore dolo.

## CCCXXIX b (CARM. 2, 127).

### ALITER.

Discrimen generis iunxerunt foedera partus,
Ingenii stirpem permixta lege coacti.

## CCCXXIX c.

### ALITER.

Hic mulus geminum pecus est, sed corpore simplex.

---

[CCCXXVIII] claudiañ *V*, claudia non *L* mulab̄ *V*, mulabant *L* v. 1 rodani *codices* v. 5 uoces *B* v. 6 luxoriam *B* v. 7 stimulus *B* abenas *VL*, auenas *B* v. 10 legat *B*

[CCCXXIX] v. 2 subulem *B*, sobolem *V*

[CCCXXIX b] v. 2 stirpes *Hartel*

[CCCXXIX c] aliter *om. VLC* aliter . hic mulus | *pro inscriptione posuit B*

## **CCCXXX** (CARM. 2, 128).

## VERSVS DE VECTATIONE SVA NOCTE IN AESTATE.

Astrorum populus necdum de lumine solis
Perdiderat lucem, gremio sed noctis adultae
Fundebat rutilos madefacto aspargine crines;
Cynthia per croceas fulgebat lactea bigas,
Rescindens quicquid descripserat orbita fratris;
Vernabat tacitus splendor de munere noctis,
Torrida frigoribus confringens tempora Cancri:
Cum me curarum cupientem spernere fasces
Ruris amoenati facies depicta vocavit.
Cornipedem scandi, qualem vix Cyllarus aequat,
Mollibus aetherias qui vincit cursibus auras,
Inmobilis currit cuius per devia sessor,
In statione volans pedibus constanter adactis.

## **CCCXXXI** (EPIST. 7, 19).

## SIMPLICIANO ENNODIVS.

1 Divini favoris adiumento adulescentiae tuae rudimenta solidentur. ipse det
successum frugibus qui contulit ornamenta principiis, ut quod in cano flore praemisisti,
in pomorum maturitate non subtrahas. est propositi nostri prima curatio, ut de in-
cipientis laude solliciti ad deum vota mittamus, quatenus quod in bonae indolis
2 eruditione praesumptum est, de superna ope maturescat. ille ingenii segetem perducat
ad horrea, qui altricem hominum herbam exegit e cespite; ipse de terreno lacte
expressam in triticum formet effigiem, cuius imbre soli facies maritata fecundatur.
tibi autem, erudite puer, habeo gratias, quod quamvis dicendi splendore nituisses et
in illa urbe litterarum scientia adstipulante lauderis, mei quoque desideras adiumenta
3 praeconii. adcessit tibi fructus diligentiae meae, etsi nulla tribuuntur rusticantis orna-
menta testimonii. libens dicta tua cum facundissimis praedico, cum quibus sententiam
meam, ut bonorum ditescam societate, coniungo. proximum est, ut non dividantur
meritis qui in qualibet iudicatione consentiunt. unus est, nec enim procul evagatur
ab arce sublimium, qui ad hoc, quod illi pronuntiant, non dispari admiratione concordat.
4 ad epistolae tuae tamen dictionisque mella me refero, cui sic est blanda de praesenti
et tenera aetate praefatio, ut non subtrahatur virtus et genius de futura. constitit
cum conatibus Latiaris elocutio, dum per alveum suum Romanae eloquentiae unda prae-
labitur. ad quae se porrigat, vix conprehendit aestimatio, qui maximus adparescit in

[CCCXXX] v. 1 populus *B*, polus *ceteri* v. 3 madefacta *Sirm.* aspargine *B*, aspergine *ceteri* crinis *B*[a] v. 4 cyntia *B* v. 5 rescendens *B* discripserat *BVL* v. 10 cornipidem *B* v. 11 uincet *B* v. 12 curret *B* v. 13 adactis | finit *B*

[CCCXXXI] 1 simplicio *B* 2 adolescentiae *B* 3 successum////////frugibus *B* 5 quatinus *V* 6 maturiscat *B* segitem *B* perducat ad horrea *in litura B* 7 cispite *B* exigit *coni. Hartel* 11 accessit *V* 13 ditiscam *B* 14 unus est *delendum, aut alia supplenda* cuagatus *Sirm.* 18 cum conatibus *scripsi,* concumatibus *B,* concauatis *ceteri* 19 adpariscet *B,* apparescet *V*

foribus. in matutina luce meridiano fulgore rutilasti. tueatur circa te caelestis gratia 5
munus suum et ut frequentibus amantem epistolarum colas muniis, salus nostra Christus inspiret.

## CCCXXXII (CARM. 2, 129).

### IN BASTERNA VXORIS BASSI VIOLAE.

Quam vaga constantem retinent haec tecta decorem!
  Mittitur a domina quicquid habent pretii.
Nam rutilat fulvum Violae de luce metallum:
  Possessor radios spargit ubique suos.

## CCCXXXIII (CARM. 2, 130).

### EPITAFIVM EVFEMIAE.

Obruit haec tumulos, vivit post funera factis,
  Quae mortale nihil moribus inseruit.
Eufemia, tuos tellus conplectitur artus,
  Sed mens est niveis quam bene iuncta choris!
Occidit exitium: sors tunc durissima servit,
  Cum superat fatum nescia vita mali.
Haec thalamis fecunda fuit, viduata pudori:
  Exemplis natam fecit amare deum.

## CCCXXXIV (EPIST. 7, 20).

### MAXIMO ENNODIVS.

Dum prelum famuli autumni dote conplerent et teneras uvarum tunicas properata 1
calce disrumperent, ego ad summatem virum parentem fratremque meum et oculos et verba revocavi, iustum esse coniciens, dum vineta uberem tribuunt liquorem, me sobriam alloqui cum iucunda hilaritate personam. solve ergo Pythagoricam taciturnitatem et mecum peritiae et facundiae tuae bona partire. sit inter nos felicium
vindemiarum vice conloquium, currant dulcia musta sermonum. habes quae cum 2
diacono, sanctissime, de institutis morum nota dicendi ubertate communices. nam qui ecclesiastica, ut vos, probitate subsistunt, silentii apud illos iusta vitatio est. scribite qua aurea castitas districtione teneatur, per quem callem obscena fugiatur avaritia, quibus modis turpis fallendi declinetur obscuritas. in summa, sine dissimu-

---

3 inspiret. finit *B*

[CCCXXXII] uiolas *B* v. 2 a domina] ad omnia *BL*

[CCCXXXIII] v. 1 tumulus *codices, em. Sirm.* uiuet *B* v. 3 eufymia ///// tuus *B* v. 4 neueis *B* v. 8 deum | finit *B*

[CCCXXXIV] 4 Ennodius Maximo *b* 5 prelum *scripsi ut Dombart,* praelorum *libri* dotem *VLTC* 7 uberem *in lit. B* licorem *B* 8 iocunda *B* soluet *B* phytagoricam *B,* pithagoricam *V* 10 colloquium *V* habes quae] auesque *B* 11 sanctissimo *VLTC* comunicis *B* 12 qui (i *in lit.*) *B* 14 falendi *B*[a]

latione docete quae geritis; illud praecipue scire cupidum dignanter instruite, qua
3 sponsae vel blandimenta saeculi religionis districtione respuantur. domine, ut supra,
salutationis munera praesentans precor, ut gratanter accipias quod inter curarum moles
exegit fieri iocorum non respuenda subreptio.

## CCCXXXV (EPIST. 7, 21).

## MAXIMO ENNODIVS.

1 Vbi est fides splendentis periclitata conscientiae, quam et in annis puerilibus
cana reverentia non relinquit, quam per aevi praeiudicium observantia honestatis in-
radiat, quae in tempore iuventutis actibus maturescens infantiam ingressa praelabitur?
numquid aequum fuit amantis paginis tantum mandata restitui, aut par fides est liberae
scriptionis et famuli? numquid dignum probatis moribus censuistis provocantem ad
officia religiosa non subsequi, vel nefas putastis epistolas reddere, quas vobis inter
2 excessus contigit non coepisse? haec igitur est tua disciplina? non talem te probitas
olim manifestata disseminat. ego tamen loquacitate qua notus sum indurata nitor
mutare silentia. numquid tibi inpar est lingua natalibus? aut non testimonium generis
adnuntias flore sermonis? numquid ostrum loquendi deserit pectoris fecunda dictatio?
3 nihil nisi malitiam resignat qui cum possit desideranti verba non tribuit. ecce inter
ructationes Lyaeo debitas qualia Silenus alter verba conpono. scribendum sciatis
nomen vestrum ad genii mei purpuram et libellis propriis inserendum, ut etiamsi nihil
tribues de responso, ego tamen arcem teneam, quod ad doctos viros dirigo sine
trepidatione aliqua quod legatur. domine mi, accipe nostrae salutationis obsequia
reddens debita litterarum.

Sic tibi virginitas mansuro constet in aevo,
Nec pereat quicquid vita beata dedit,
Sic tua non maculent nigrantis membra puellae,
Nec iaceas propter Tartaream faciem:
Vt cupidum sanctis releves per scripta loquelis,
Deque tuis fratri fontibus unda fluat.

## CCCXXXVI (DICT. 5).

## IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI.
## DICTIO INCIPIENTIS EPISCOPI.

1 Par quidem discipulis incipiens magister est et inter exordia doctor nulla est
ab auditoribus sorte sublimior. expertis honor debetur ingeniis: vix mediocrem cultum
exigunt non probati. illa sunt vera praeconia, quae longus sudor elicuit: blandimentum

1 geretis *B* 3 gratenter *B* 4 exiget *B,* exigit *ceteri*

[CCCXXXV] 5 Ennodius Maximo *Sirm.* 6 periclitate $B^a$ 7 relinquid *B* 9 paginas $V^1$ libera *B* 11 quas in uobis $V^1LC$ 12 contiget *B* coepisse *B,* cepisse *ceteri* probitas olim *B,* olim probitas *ceteri* 13 dissiminat *B* 14 impar est tibi *Sirm.* 15 deseret *VLTC* 16 designat *b* 17 solenus *B* 20 aliqua •••••• *(eras.* aliqua *iteratum) B* mi] mihi $BVLT^1$ accipite $B^1$ 24 tua *om. B* nigrantes *Sirm.* 25 propter iaceas *VLC*

[CCCXXXVI] 28 in nomine — sancti *om. VLTC*

est, non iudicium, quotiens laborem gloria ingesta praecesserit. inter maculas numeret,
quoscumque triumphos ante discussionem campi miles adquiret. qui properatis subeunt 2
Olympiaca bella vestigiis, numquid eis ante consummationem certaminis suppetit spes
coronae? dicente apostolo: 'non coronatur, nisi qui legitime certaverit'. ecce nec illos II Tim. 2, 5.
decet ante meritum praedicatio, a quibus iuste poscitur post laborem. nostra e diverso 3
prolixo distat calle condicio, quibus tantum decerpitur de fruge innocentiae, quantum
adcesserit de labore. nam sicut positi in tirociniis aestimamus, plenum necessitatis
et periculi iter est, in quo et sectanda est vita laudabilis et fit probris uberrima, si
desideret ab humanitate laudari. actio nostra si de bonis suis fuerit elata, sordescet
protestantibus divinis eloquiis: 'qui vos laudant, seducunt vos et subvertunt semitas Isai. 3, 12.
pedum vestrorum'. splendorem pontificis res, non lingua testetur. plus lucet claritas 4
huius officii veritatis indicio quam loquelae. ecce cernitis quam tuta sit causa subiecti
et quantis discriminibus sociata praepositi. munia mea plus poteritis fulcire gemitibus
quam clamore. nemo quod auribus lenocinatur credat eximium: sermo noster, nisi
animae medetur, abiectus est. illum praeferte, qui spiritali falce sentibus purgat
interna. tunc pretiosum pastoris diadema est, quando suasioni eius grex ecclesiasticus, 5
dum ad probitatem graditur, non repugnat. ille sine fuco monitorem et feriato ore Isid. Pelag. II ad
diligit, qui eius instituta sectatur. additur quod inperitia nostra iustam sustinet de Bonign. 3.
ipsa novitate formidinem, qui nuper de ovilibus ad custodiam praeparati adsuescimus
de universorum fieri necessitate suspecti, et cui vix fuit pro se fida cautio, suscipit
officium cuncta metuentis. scimus quantum erit humilior famulantibus qui ad religiosum 6
vocatur imperium. necesse est ut etiam extremae condicionis personis obtemperet, cui
inminet sic iubere. ait enim doctor gentium: 'omnibus omnia factus sum, ut omnes I Cor. 9, 22.
adquirerem'. modo divinitatis operatio adsit muneri suo et quem dignum apice tanto
non invenit efficiat.

## PRECATIO MISSARVM.

Dignum et iustum est, vere dignum est, ut inter exordia dignitatis tibi prin- 7
cipiorum domino supplicemus, qui mundi ipsius in novam lucem prodeuntis infantiam
quanto bonorum tuorum secreto orditus es, tanta potentiae virtute solidasti. stabat
in admiratione sui tenera orbis inchoatio et pene decoris proprii concussa stupore
titubabat, ante agnitionem ordinis solam sortita de auctore substantiam, requirens quo 8
esset rotanda lux adtributa moderamine, quale finem diei tempus exciperet, si per
adsiduos semper renasceretur occasus, si nox mundum fuscis ambitura complexibus
quasi rem originariam perenniter non teneret. in hoc ambiguo, ut certis famularentur
per longum confusa temporibus, dei nostri extitit lex voluntas. omnis dispensatio
statutis praefixa limitibus tantum potuit, quantum praestitit qui creavit. sic nos, pie 9
opifex, inter sacerdotalis tituli auspicia sole conversationis inradia, per sudum de
meritis nostris fulgeat dies officii, nulla subreptione nullis diaboli blandimentis pereat
quod vocamur, non liceat admisisse quod non decet, recti studium te inperante transeat
in naturam, adsit muniis nostris aequalis operatio, conposita servitute beatum crescat

---

1 numerit *B* 2 triumphus *B* adquirit *b* 3 consumationem *B* suppetis *B*[a] 5 decit *B* nostrae diuersu *B* 6 decerpitur — quantum *om. L* 7 accesserit *V* labore *B*, fauore *ceteri* 8 iter] inter *B* 9 desiderit *B* sordescit *b* 11 lucet] ducit *B* 12 cernetis *B* 13 gemitibus (b *in lit.*) *B* 15 meditur *B* 18 diliget *B* 19 ad *om. B* 20 suscepit *VLTC* 22 obtemperit *B* 23 inmenit *B* 27 uere dignum] *compendium* VD *coloratum in VL* est *in lit. V* uere d. est *om. T* precatio — dignum est *om. C* 29 uirtute• (*eras.* s) *B* 30 sui itenera *B*[1] incoatio *B* decoris *B*, de corpores *V*[a], de corporis *V*[b]*LTC* 32 attributa *V* quale *B*, qualem *ceteri* exciperit *B* 33 adsiduus *B*, assiduos *V* 35 omnes *B* 36 praestitit ei qui *VLTC* nos] nox *B* 39 inspirante *fort.* 40 niaturam *B* aequales *B* operatio (ratio *post lin. add.*) *B*

imperium, nec subiaceat moribus qui praeminet dignitate: per dominum nostrum Iesum Christum.

### ORATIO ANTE MISSAM.

10 Conlator honorum deus, cui effectus in voto est, qui de medio populi Moysen
in prophetae persona dedicasti — nam dum queritur de inbecillitate, te auctore con-
valuit; sumpsit meritum pontificis, dum iustus sui arbiter se vociferat nil mereri, cui
apicem actione sublimem conciliavit humilitas — da parem nostris exordiis gratiam,
11 quia propensiorem deberi actibus declaramus offensam. non sunt inusitata quae
poscimus: benignitas tua testimonio tenetur exempli. eo circa nos eris bonorum
largitione clementior, quo substantia nostra facta est de peccati fasce proclivior. da,
bone imperator, dignam tua electione virtutem, quia sub pio principe nulla militem
decolorat abiectio: per dominum nostrum Iesum Christum.

## CCCXXXVII (EPIST. 7, 22).

### MAXIMO ENNODIVS.

1 Fidelius a sublimitate tua vocem suscipiunt aut interrupta montium aut secreta
[Isid. Pelag. II ad Benign. 3.] silvarum: praebent hominibus naturae institutione et muta responsum, redit ad mortales
vicissitudo clamosae solitudinis, non perit quod linguae acceperint vel lustra beni-
ficium. quare istud in magnitudine tua laudis et philosophiae genus est, nihil dicere
et silentii tenere inter declamantium incerta cautionem: homo, quem nec infecundum
2 natura protulit nec infabricatum doctrina dereliquit? sed, credo, me dedignaris affatu
opicis nolens pretiosa dare verba iudicio. quid quod! signum est divitis eloquentia
viri, nec indoctis sermonum cupita subtrahere. mendicus fluminum cursus est, qui
tantum nobilissimorum satiare putatur ardorem: ubertas imbrium et nihil paritura saxa
perfundit. liquidae rationis ordo est, ut paupertatem resignet qui damna formidat:
3 quicquid non procurrit exile est. de volucribus tamen munus singulare destinavi, quod
cepit accipiter. nam progressi ad Bromium et Bacchi orgia, inter aves bella com-
misimus. profuit quaestui nostro certamen sociale pinnarum. memento, quod solam
[Verg. ecl. 8, 75.] anatem direximus, scientes quia 'numero deus inpare gaudet'. dona nostra institutio
4 est: sume, si diligis, pro dogmate quod iocamur. fac meam frugiferam esse laetitiam.
si tibi perpetuae diligentiam castitatis indixerit, laborabit in laudibus tuis lingua, quae
modo exercetur in monitis. vale, domine, et amanti ut doctus, si mereor, sequestrata
dissimulatione responde.

---

2 Iesum Christum *om. VLTC* christum . finit *B* 3 missa *B* 4 collator *V* honorum *BVL*, bonorum *TCb* moysi *B* 5 inbicilitate *B*, imbecillitate *V* 6 uociferatur *man. post. in B et b* 7 actionem *B* 12 nostrum Iesum Christum *om. VLTC* christum . finit *B*

[CCCXXXVII] 13 Ennodius Maximo *b* 16 acciperint *B* beneficium *V* 17 laudis est filosophiae *B* 19 natura *Bb*, terra *ceteri* 20 opicis *Bb*, obicis *ceteri*, opici *coni. Sirm.* 21 substrahere *B* 22 •mbrium *B* 23 resignit *B*[a] dampna *V* 24 distinaui *B* 25 bacci *B*, bachi *V* 26 pennarum *V* 27 scientis *B* 28 laetitia *B* 31 responde . finit *B*

## **CCCXXXVIII** (CARM. 2, 131).

### DE SPATA IN FVSTE.

Vtimur incluso per fraudes ense bacillo.
  Mors ligni tunicis quam bene tecta latet!
Subsidium portas, quod cunctis terror haberis:
  Pacificum est nobis quod negat obsequium.

## **CCCXXXIX** (CARM. 2, 132).

### DE BOETIO SPATA CINCTO.

Languescit rigidi tecum substantia ferri,
  Solvitur atque chalybs more fluentis aquae.
Emollit gladios inbellis dextra Boeti.
  Ensis erat dudum, credite, nunc colus est.
In thyrsum migrat quod gestas, inprobe, pilum.
  In Venerem constans linque Mavortis opem.

## **CCCXL** (CARM. 2, 133).

### DE OSTOMACHIO EBVRNEO.

Sollicitata levi marcescunt corda virorum
  Tormento: fas est ludere virginibus.
Frangunt Marmaricis elefans quod misit ab arvis,
  Per micas sparsum mox solidatur opus.
De poena tenerae discunt cum fraude iocari:
  Nam ridere necis munere femineum est.
Angusta norunt res mille includere capsa,
  Omne ebur haec, mulier, pectoris arca tui est.

## **CCCXLI** (CARM. 1, 10).

### HYMNVS VESPERTINVS.

Nigrante tectam pallio
Iam terra noctem suscipit,
Vt viva dulci funere
Reconvalescant corpora.
Mortis figura blandior
Bustum soporis admovet,
Anhela lucis aestibus
Dum mens tepescit otio.

---

[CCCXXXVIII] v. 1 fraude sense $B^a$ bacello *B* v. 4 nobis est *B* negat *B*, necat *ceteri*

[CCCXXXIX] cinoto *B* v. 1 languiscit *B* v. 2 adque *B* caleps *B*, calips *V* v. 3 emollet gladius *B* v. 5 tyrsum *BV* gestans *BVL* v. 6 uenirem *B*

[CCCXL] ostomachio *Schenkl*, stomacio *B*, stomacho *ceteri* v. 1 marciscunt *B* v. 3 elifans *B*, elephas *V* v. 6 nescis *B* v. 7 melle *B* v. 8 haec *B*, hic *ceteri*

[CCCXLI] *Omnia quae sequuntur opuscula usque ad dictionem CCCLXIII unus servavit B. post CCCXL v. 8 in B sequitur CCCLXIII § 2* (Praefatio. Numquid — quam probitas), *tum sex lineae vacuae, deinde in alio quaternione:* in xpi. nomine ymnus. magni | ficis. (fi *in lit.*) ennodi ymnus uesper | tinus dictus a domno ennodio. *B* v. 3 dulce *B* v. 7 anela *B* v. 8 tepescit *Sirm.*, tepescet *B*, tepescat *Rambach*

Lux Christe vita veritas,
Ne fusca somni tempora,
Tetris parata umbraculis,
Nos ad tenebras evocent.

Nox nulla nos subdat sibi
In noctis atrae tegmine;
Sed nec caloris ebrii
Mentita pingat corpora,

Verum reatum nesciis
Falsi ministrans criminis.
Tu per quietis munera
Adsiste, custos pervigil.

Hostis procul sit callidus:
Quod laedit, illud dormiat.
Qui dente saevo mandere
Certat cubantes lectulis,

Hic membra vinctus lugeat
Pulsare sese quos foves.
Madente carne spiritus
Non enecetur naufragus.

Ornet cubile castitas,
Quae prima virtutum micat;
Vivat fides in pectore,
Quae luce vernat perpeti.

## CCCXLII (CARM. 1, 11).

## HYMNVS IN TEMPORE TRISTITIAE.

Deus perenne gaudium,
Pax Christe cordis anxii
Portusque fluctuantium,
Quem nec procella, turbidis

Si verrat ima motibus,
Potest fugare a pectore.
Qui mersa ponto sublevas,
Qui subiugata sarcinis,

Qui dux prophetae naufragi,
Dum vivit esca beluae,
Dum nescit aequor quod tenet,
Tutum ferino e gutture

Exactor abrumpis cibum.
Diro reductus remige,
Custode salvus pessimo,
Vatis locutus te deum

Tunc iussa gessit fortior.
Inmunda lymphis sobrium
Per busta terris vexerat.
Vivens sepulcra pertulit,

Viventis urnae prandium.
Secreta ceti prodidit
Testis verendus intimi.
Sic nos precamur, rex deus,

Maerore fractos ut cibum
De ventre curarum rape.
Vivit medullis quod necat,
Turbantur alta viscerum.

In fonte carnis ardor est,
Qui mergit urit adficit.
Sed si serenus aspicis,
Pressura gignit gaudium.

---

v. 20 adsit te $B^a$ custus *B* *vers. 21—28 om. Rambach* v. 28 none (e *in lit.*) necetur *B* v. 32 quae luce *b*, quiacluce *B* perpeti | . finit . feliciter. *B*

[CCCXLII] hymnus (h *in lit.*) . . tristitie (tie *in lit.*) dictus a domno ennodio *B* v. 4 turpidis $B^a$ v. 5 vertat *coni. Schott; at cf. p. 28 v. 38* v. 10 uiuet (uet *in lit.*) *B* v. 12 totum *B, em. Sirm.* ferinoe gutture *B*, ferine g. *b*, ferino g. *Sirm.* v. 13 abrumpis cibum *Hartel*, abrumpe spibum *B*, abrumpe cibum *man. rec. in B* v. 15 saluos *B, em. Sirm.* v. 16 vates *edit.* v. 18 *totus versus in litura;* sobriam *man. rec. in B et b*, obuiam (*rectius* obuium) *Huemer* v. 19 terris] tetris *Hartel* uixerat *b* v. 21 ornae *B*, ornet *b, emend. Hartel* v. 23 uerendos *B* v. 25 factus *B*, factos *b*, fractos *Schott et Sirm.* v. 30 adficet *B* v. 31 aspices *B* v. 32 presura gignet gaudium | finit. feliciter *B*

## **CCCXLIII** (CARM. 1, 12).

## HYMNVS SANCTI CYPRIANI.

Vatis Cypriani et martyris
Cor lingua sensus dignitas
Mortem ferendo proruunt:
Vitale bustum nex dedit,

Mucrone parta lux micat.
Dictis fuit praefulgidus
Et ore dives unico,
Torrentis undam gurgitis,

Inpacta cornu spicula
Sermone vincens promptulo.
Opes verendi pectoris
Qui iure Christo reddidit.

Nunc munus inplet pristinum:
Orator orat optinet
Et dura causis temperat,
Facit beatos ex reis,

Peccata rumpens carmine.
Non flamma carcer vinculum
Potest nocere quos iuvat.
Mactare iussus hostias

Lugenda risit munia,
Instante mox periculo
Fugit pericla funere.
Parvas loquendi schemata

Moras remisit ictibus,
Accivit enses laetior,
Currente leto plus celer.
Proconsule esse saevior

Nequivit ille Maximus,
Dum quod minatur munus est,
Nec tardat ira lenior
Christum volentes visere.

## **CCCXLIV** (CARM. 1, 13).

## HYMNVS DE PENTECOSTE.

Et hoc supernum munus est,
Quod lingua linguis militat.
Quis non tonantis praemia
Per dona eiusdem praeferat?

Facit loquendo qui sapit,
Dignum loquatur ut deo.
Infundit ecce spiritus
Et ora rursus instruit.

Intrat veterno pectora
Eviscerata nubilo.
In hoc apostolis die
Dum verba Verbum dividit,

Sermone mundi praepotens
Et corda mundi contulit.
Summis feratur laudibus!
Homo habet ora gentium:

Thrax Gallus Indus unus est.
Quod blanda ludit Graecia,
Quod saevit atrox barbarum
Stridor Canopi murmuris,

Quod lingua latrat Parthica,
Pectus replevit hospitum.
Mundi ad salutem curritur
Nolente mundo tot viis.

---

[CCCXLIII] hymnus (h *in lit.*) sci͠ cypriani | dictus a domno ennodio *B* v. 3 pro runt *B*, proruunt *sup. scr. man. rec.*, proferunt *b* v. 4 uitale bustum *Hartel (cf. CCCLII v. 22)*, uitalibus tum *B*, uitalis hunc *Schott*, uitalis ictum *Sirm.* v. 8 unda *edit.* v. 10 promptulo *Huemer*, promolo (p *ex* b) *B*, promulo *b* v. 14 optenit *B* v. 16 beatus *B* v. 19 iubat *B* v. 21 munia] numina *Sirm.* v. 24 schemata *scripsi*, schemate *Sirm.*, stemmatae *B* v. 28 proconsul *edit.* v. 32 uisere *Schott*, uiscere | finit. feliciter *B*

[CCCXLIV] hymnus. (h *in lit.*) de pentecosten | a domno ennodio v. 1 supernum unus *B* v. 2 linguis lingua *Sirm.* v. 4 proferat *Sirm.* v. 9 aeterno *b* v. 14 mundis *Schott* v. 16 habet homo *Hartel* v. 17 trax *B* v. 20 murmuris (is *in lit.*) *B*

Quid! sacra nunc remissio
Paschalis instar gratiae,
Dum mysticam septemplici
Ornat coronam munere.

Augmenta plenitudinis
Opes ministrant diviti.
Nunc mente voce psallite:
Hoc nostra debet mens deo.

## CCCXLV (CARM. 1, 14).

## HYMNVS SANCTI STEPHANI.

Quid Stephano potentius?
Dicas coronam: martyr est.
Hoc est homo, quod praemium:
Fructus laboris nomen est.

Laus haec brevis prolixa fit,
Si sic vocantur inclyti.
Necis minister, aspice,
De morte vitam conferens

Hoc dat saluti quod negat.
Felix sub istis ictibus
Fit sempiternus exitu.
Cruore lucem praeparat,

Caelum sepulcri munere.
Hostem ut triumphus effugat,
Ceu palma sic congreditur.
Hic primus intravit viam

Nullis subactam gressibus.
Secreta lustravit poli,
In veste carnis abditus
Clamavit: ‘ecce filius

Consistit in dextra patris’.
Dum saxa ferrent impii,
Dum mille leti machinas,
Solus bonorum conscius

Orabat ex fide loquens,
Ne nescientes noxios
Caelestis ira perderet.
Insons erat vesania,

Reum furor provexerat,
Per vota currebat labor:
Crucem gemebat carnifex,
Crescente quem subegerat.

## CCCXLVI (CARM. 1, 15).

## HYMNVS SANCTI AMBROSI.

Caelo ferunt Ambrosium
Nomen honor vel actio.
Nil debet hic facundiae,
Dos omnis est a moribus.

Fortis iuvantem non cupit
Vmbone munitus suo.
In carne nil carnis egit:
Regina mens in corpore

Confregit omne lubricum.
Sic vixit ille non sibi,
Sed totus auctori deo.
Adiectus hinc apostolis

Reduxit expulsam fidem,
Dixit triumphos martyrum
Linguae virentis laureis.
Hic ore praedam sustulit

---

v. 25 quid• *B,* quod *Sirm.,* quot *Hartel* v. 26 instat *Hartel* v. 29 aucmenta *B* v. 32 debet *B,* deo et *b,* uox et *Schott et Sirm.* deo | finit. feliciter *B*

[CCCXLV] hymnus. (h *in lit.*) sci stephani | dictus. a domno. ennodio *B* v. 1 potentius est *B,* est potentius *fort.* v. 5 fit] sit *man. rec. in B* v. 6 si sic *Huemer,* sic sic *B,* sic *b* euocantur *Schott et Sirm.* v. 7 necis *Sirm.,* nescis *B* v. 9 salutem quod necat *Sirm.* v. 21 consistet *B* v. 27 perdere *B* v. 28 erat] eat *Hartel* v. 32 subegerat | finit. feliciter *B*

[CCCXLVI] hymnus (h *in lit.*) sci ambrosi (ambrosii *rec. m.*) dictus a domno ennodio *B* v. 1 caelo perunt (ferunt *b*) haec ambrosium *B,* caelo haec . . *vel* . . Ambrosium haec *fort.* v. 5 iubantem *B* v. 7 carnis nil *Schott in not. et Sirm.* egit *B,* eget *Schott in not.,* agit *Sirm.,* regit *Hartel* v. 14 triumphus *B*

De fauce serpentis feri.
Qui bella Christi militat,
Huius timetur ensibus.
Vivit sepultus et iuvat

Clavum tenens ecclesiae.
Iustina virus perdidit,
Dat poena vati praemium.
Sedis memento, lux, tuae.

Exorna, sancte, posteros,
Auctore fultos nobili,
Ne dux sereni culminis
In nube tectus horreat!

Qui pastor est antistitum,
Quod fucat omne summovet,
Gregem gubernat principum,
Magister est docentium.

## **CCCXLVII** (CARM. 1, 16).

## HYMNVS DE ASCENSIONE DOMINI.

Iam Christus ascendit polum,
Necavit ante funera,
Letum sepultus expulit:
Mors mortis inpulsu ruit.

Cantate factum, saecula,
Funus subegit tartarum,
Vicit peremptus exitum:
Sors inde luget pallida,

Praesumpsit unde gaudium.
Escis vorator captus est,
Est praeda raptor omnium.
Iam rete vinctum ducitur,

Iacet catena in nexibus.
Serpens venena pertulit,
Mitis terit superbiam,
Agnus leonem eviscerat.

Plus istud est potentiae,
Quod nostra, Christe, suscipis
Et veste servi absconditus
Nos ad triumphum provehis,

Quam si e coruscis sedibus
Fulgore terreres reos.
Deus patet per omnia,
Nullo remotus tegmine.

Sed ut iacentes erigat,
Dignatus esse quod sumus
Redemit ipse ius suum.
Ovem revexit perditam

Pastoris ad custodiam.
Levate portas, angeli:
Intrat tremendus arbiter,
Maior tropheis hostium.

## **CCCXLVIII** (CARM. 1, 17).

## HYMNVS SANCTAE EVPHEMIAE.

Quae lingua possit, quis valeat stilus
Tantae triumphos virginis eloqui?
Nunc, mente molles, discite, masculi:
Exempla praestat, sumite desides,
Puella fortis cum superat viros.
Virtus teneri nescia semper est,
Nec iura sexus fractaque mens ei,
Quae corde Christum conceperit semel.

---

v. 19 huius *Bb*, nudus *Schott et Sirm.* v. 20 uiuet *B* v. 22 uires *Sirm.* v. 26 autore *B* fultus *B*, *em. Hartel* v. 29 antestitum *B* v. 30 fuscat *Schott* v. 32 docentium | finit . feliciter *B*

[CCCXLVII] hymnus . (h *in lit.*) de. ascensione dni | dictus a domno ennodio *B* v. 2 necauit] nec auet *B* v. 4 ruet *B* v. 8 sors *B*, mors *man. rec. in B et b* v. 14 pertulit *scripsi*, protulit *B*, propulit *Hartel* v. 15 mites teret super uiam *B* v. 18 xpe *sup. lin. B*[2], scae *B*[1] v. 20 prouehes *B* v. 21 e *inser. B*[2] v. 22 terreris *B* v. 27 redimit *B* v. 28 reuixit *B* v. 29 pastores *B* v. 32 hostium | finit . feliciter *B*

[CCCXLVIII] hymnus (h *in lit.*) scae euphemiae | dictus a domno ennodio *B* v. 2 triumphus *B* v. 3 mollis *B* v. 8 conceperit *scripsi contra metrum*, conciperit *B*, conciperet *edit.*

Solvunt caducis pectora vinculis,
Quibus repostus mentibus est deus.
Tormenta torsit fortia corpore.
Lassante poena crevit amor crucis.

Si scire posses vincere martyram,
Vesane tortor, parcere disceres.
Flammas flagellum carnifices rotas
Cui crux sequenda est non metuit nimis.

Hanc cum caminis igne crepantibus
Iussisse fertur praecipitem dari
Priscus, veneni fonte nocentior,
(Nam sic feralem tempore sordido
Dixere sanctae virginis arbitrum),
Huius ministri dum cuperent nimis
Fornacis escae tradere martyram,
Lux tunc Olympi luce serenior

Opus removit saeva volentium,
Cum voce monstrant qui gladium simul:
'Nos hinc precamur dirige tartaro,
Nam nostra sanctam non violat manus.'

Turgescit illi felle iecur calens:
Mox saxa fossas verbera bestias,
Maius venenum blanditias parat,
Quibus virago fortiter obstitit.

## CCCIL (CARM. 1, 18).

## HYMNVS SANCTI NAZARI.

Angusta vitae tempora,
Parvis coacta terminis
Mors sancta donat crescere:
Aeterna finis praeparat.

De fruge casuum venit,
Quo surgat humanum genus.
In stirpe Nazarius bona
De morte lumen addidit.

Nerone felix principe
Diversa perpessus mala
Lustravit orbem non gravi
Pavore cordis algidus.

Sed ut profanis inderet,
Quo calle conscendant polos,
Verus magister actibus
Exempla, non verbis dedit.

Nam ductor ille fortis est,
Qui bella viribus docet.
Quem dicta militem trahant,
Si dux gerendis abstinet?

Ventosa linguae hortatio,
Quod forma praestat, non habet.
Sed magna postquam semina
Scribente terram sarculo

Glebis refudit optimis,
Mediolanium mox petit,
In qua triumpho nobili
Carnis ruinam reppulit.

Qui sede non digna iacens
Vatem tremendus mox monet,
Vt clara rursus munera
Mundo refusus adderet.

## CCCL (CARM. 1, 19).

## HYMNVS SANCTAE MARIAE.

Vt virginem fetam loquar,
Quid laude dignum Mariae?
Det partus ornet exigat,
Quod clausa porta, quod patens
Exposcit, ipsa suggerat.
Sint verba ceu miraculum,
Quid, mens, requiras? ordinem
Natura totum perdidit.

---

v. 13 possis *B* martyrem *Schott et Sirm.* v. 16 metuet *B* v. 18 iussi fefertur *B, em. Schott* v. 25 remouet *B* v. 29 turgiscet *B* iecor *B* v. 32 obstitit | finit. feliciter *B*

[CCCIL] hymnus (h *ante lin. in lit.*) sc͠i nazari | dictus a domno ennodio v. 4 finis *scripsi*, fines *B* v. 12 pauor (pauos $B^a$) et cordis alcidus *B* v. 14 consendant $B^1$ polus (l *ex* b) *B* v. 19 trahunt *Sirm.* v. 22 habet] auet *B, em. Sirm.* v. 26 mediolanum *edit.* v. 29 sede] caede *Sirm.* v. 32 adderet | finit . feliciter *B*

[CCCL] hymnus (h *ante lin. in lit.*) sc͠ae mariae | dictus a dom•no (i *quod in ceteris hymnorum titulis man. rec. insertum est, hic erasum*) ennodio *B* v. 7 requiras ordinem? *distinguunt ceteri*

Hoc est salus, quod vincimur.
Cum sola virgo degeret,
Concepit aure filium.
Stupente factum corpore

Turgescit alvus spiritu.
Quod lingua iecit semen est,
In carne Verbum stringitur.
De matre cunctus noster est,

De patre nil distans deus:
Vtrisque partus integer,
Quae gignit et qui praecipit.
Nil maior ille servulis,

Sed nec minor creante fit.
Fons dicta clausus adcipit,
Fons membra clausus egerit;
Nec rima cessit artior,

Et vera proles emicat.
Dic, mater et virgo, precor,
Quisquamne claudit exiens,
Artantur exta fetibus?

Vinclum pudoris natus est.
* * * de Christi dignior
Quam sunt superna crederis,
Nostri memento praepotens.

## CCCLI (CARM. 1, 20).

## HYMNVS SANCTI MARTINI.

Cum gesta Martini loquor,
Nil laude dignum transeo.
Divisa virtus omnibus
Vnum coacta praetulit.

Labore magno martyr est
Victore carnis spiritu.
Hoc est triumphis proximum,
Si bella calcent intima.

Perdente vires corpore
Res fixa constat laureis:
Sublimat hostem mentium,
Qui vota membrorum facit.

Hic fontis ignem nesciens
Calore fervebat dei.
Vndis vapore iunctus est.
Christo dicatus actibus.

Qua veste nudum texerat,
Hac rex nitebat aetheris.
Sordente panno adquiritur,
Quo fulget astrorum globus.

Quam iusta commutatio!
Ostrum rependit indigens
Et regna mendicus parat.
Mox sacra vitae contigit:

De plebe lusit daemonum,
Iussit favillis surgere,
Vixere tactu funera.
Flagella passus est libens,

Quibus coronam nexuit.
Conpulsus ad antistitem
Votum repugnans induit,
Quod sancta conplevit fides.

## CCCLII (CARM. 1, 21).

## HYMNVS SANCTI DIONYSII.

Dionysio Christus dedit
Quot bella, tot victorias.
Exul piorum civis est,
Vrbis supernae particeps.

Constantius vatem loco
Quondam tyrannus expulit.
Non cessit iste turbido,
Crevit periculis fides.

---

v. 13 turgiscet *B* v. 14 iecet *B* semen• *B* v. 17 cnil (c *del.*) *B* v. 20 seruolis *B* v. 22 adcepit *B* v. 23 egeret *B* v. 24 arctior (c *m. rec.*) *B* v. 27 claudet *B* v. 30—32 *om. b Schott Sirm., exp. m. rec. in B* •////////// de xpi dignior (*prima litt. fuit* q) *B*[2], quae laude *Hartel* v. 31 crederes *B, em. Hartel* v. 32 prepotens | finit. feliciter *B*

[CCCLI] ////ymnus sci martini | dictus a domno ennodio *B* v. 12 facet *B* v. 14 feruebat (b *in lit.*) *B* v. 16 decatus *B* v. 20 quo *Schott,* quod *B* v. 22 ostrum *B*[1], astrum *B*[2]*b* v. 30 antestitem *B* v. 32 fides | finit. feliciter *B*

[CCCLII] ////ymnus sci dionisii | dictus a domno ennodio *B* v. 1 dionisio *B corr. m. rec.* v. 2 quod *B* v. 5 vatem] autem *B*[a] v. 7 turpido *B*

Hoc sancta dic professio:
Te poena tradit prosperis,
Optata mercaris malo!
Persiste, tortor adiuvans,

Lux haec negando ceditur.
O quam beata adversitas,
Si sic triumphant exules!
Nihil verendo martyre

Confessor ille distitit.
Dispersa mors quos adficit,
Ad vota mortis evolant.
Nil lenta perdit coctio,

Intrat latenter abdita.
Vitale funus maeror est,
Velox medella transitus.
Risit furorem principis

Fide manente cursitans.
Fixus per orbem ducitur,
Qua sol coruscat acrior
Negans bibendi copiam.*

A te, tremende, sumimus
Ceu nostra quae remuneras.
Tu mitte sanctum poscere,
Quod ipse nobis conferas.

## CCCLIII (CARM. 2, 134).

## DE AVE PER PADVM SVPER SPVMAS SEDENTE ET TRANSEVNTE.

Riparum frenos, naturae vincula, surgens
Forte Padus tumido gurgite transierat.
In spumam fluxas cogens durescere limfas,
Squamea praevalidis dorsa ferebat aquis.
Ales ut in tenero fidens tunc constitit orbe,
Otia dans pinnis tuta premebat aquas.
De proprio pelagus calcanti suggerit alnum,
Vmida cum siccam cumbula portat avem.

## CCCLIV (CARM. 2, 135).

## DE SEPVLCRO MAIORIANI IMPERATORIS.

Cum praestat gravior bustum fortuna per iram,
Contulit exuviis, Maioriane, tuis.
Nunc indignis pyramidum * prospice mole,
Vilia principibus linque sepulcra piis.

## CCCLV (CARM. 2, 136).

## DE EQVO BADIO ET BALANE.

Cornipedes cuncti, quos gignunt bellica rura
Quosque cruentatis deluit unda toris,

---

v. 9 dic] dat *Hartel* haec] huic *malim* v. 17 distitit *Hartel*, destitit *B* v. 18 adficet *B* v. 20 perdet *B* v. 24 riset *B* v. 32 conferas | finit. feliciter *B*

[CCCLIII] spuma $B^a$ v. 3 duriscere *B* v. 5 consistet *B corr. m. rec.* v. 8 conbula *B*

[CCCLIV] mioriani $B^a$ v. 1 perstat *Sirm.* per iram] petitum *m. rec. in B* v. 2 exubiis maioriane • *B* v. 3 pyramedum *B (in mg. nota crucis!)*, pyramidum fors *Sirm. cum Savaro scripsit*, iam *vel* tu *supplevit Baronius*, pyramidarum *ipse conieceram*, i nunc i. p. *vel* i nunc pyramidum | indignis *coni. Traube* prospice (ro *in lit.*) *B* moles *Sirm.; at cf. p. 11, 26 76, 15 97, 23 al.*

[CCCLV] badio *scripsi*, badeo *B* badeo et balane *exp. m. rec. in B et scripsit* padano, *et sic edit.* v. 1 corui pedis *B*, cornipedis *corr. m. rec.*, cornipedes *Schott* v. 2 diluet *B*

Algida qui Tanais domuistis dorsa profundi,
Quorum praevalidas ungula calcat aquas:
Ecce Padanus adest sonipes, cui iudice recto
Cedant Haemonii quos fovet aura poli.
Ille pruinosis qui mandit gramina lustris,
Et merito et forma dispar utroque venit.
Molliter incedit membris formosus honestis,
Oblectat visum dulcis in obsequio.
Nil iam Phasiacam conlaudet fabula prolem,
Nec peregrina ferant nomina celsa caput.

### CCCLVI (EPIST. 7, 23).

## ENNODIVS MAXIMO V. S.

Producit magnitudo tua nuptiarum festa temporibus. dum rem, ad quam coactus 1
es, sub diuturnitate prosequeris, subito necessitas tua facta est desiderium. aliquis
negotio illi perenniter incumbat, ad quod descendit invitus? sic recessisti a custoditae
beatitudinis diligentia, quasi prolixis temporibus didicisses, qualiter institueretur uxorius.
triginta feliciter dies abierunt, et adhuc te civitati, adhuc meis oculis longa me
macerans expectatione subducis. vere quicquid vis facias: si vixero, quae tibi dicenda 2
texui, non tacebo. tamen honore salutationis accepto, gustum de guttulis, ut fratrem
decet a fratre, directa suscipite. erubesce tu, quia nec aegrum requiris nec de
nuptialibus deliciis quae possent fastidium relevare transmittis.

### CCCLVII (EPIST. 7, 24).

## ENNODIVS STEPHANO.

Exigit a me filii communis Marcelli adhortatio, quem natura vobis, mihi dedit 1
affectus, ut ad scriptionis munia praevius adspirarem et solacium litterarum, per quod
vetustas voluit absentiae nil licere, amore victus inpenderem. iam debes mihi duplicem
gratiam, etsi responsa restitueris, ob hoc quod primus incepi. ille dilectionis ianuam
pandit, qui in conloquiis praestat exemplum: propositam custodiunt formulam qui
scripta restituunt. ergo auctore deo nuntiam prosperitatis nostrae epistolam destina- 2
mus. illud ad gaudium vestrum, quo uberius paterna mens exultet, adiungimus, filium
vestrum in studiis liberalibus ingenuitatis testimonium iam tenere et talem se in hac
cura praestare, ut avara suorum vota transcendat. spes perfectionis est honesta in
adulescente incoatio, nec ab erudito distat qui inter exordia boni gloriam occupat
instituti. salutans ergo adfectione qua debeo spero, ut reparata oportunitate de bono 3
me faciat vestrae prosperitatis adtolli.

---

v. 3 tanaes *B* v. 6 Aemonii *Sirm.*, demonii *B* v. 7 mandit *Hartel*, mandet *B*, mandat *Sirm.* v. 11 fasiacam *B*

[CCCLVI] 1 V. S. *scripsi (cf. CCCLXXXVI et CCCLXXXVIII)*, uersus *B del. man. rec.* 4 incombat *B* discendit *B* 5 dedicissis *B* 6 *prius* adhuc *del. man. rec. in B, om. editores* 7 quae] qui *b* 8 guttulis *b*, gattulis *B* 10 diliciis *B*

[CCCLVII] 14 uoluet *B* 16 exemplum *sup. lin. B* 18 quod *B*, quo *Sirm.* 19 hac *ex* ac *corr. B*[1] 21 aduliscente *B* 23 faciatis *coni. Hartel*

## CCCLVIII (EPIST. 7, 25).

### ENNODIVS SYMMACHO.

MISSA PER IPSVM VRSVM.

1 Lex desideriis scripta vix creditur; inpatiens rigidioris praecepti diligentia non
iugiter dignum facit reprehensione quod libera est. redditur saepe amabilior de reatu,
cum per effrenationem sortitur genium plus placendi: nam delictum suum quodam
ipsius praesumptionis melle commendat. ego hac praefatione me tueor, quia ad
2 epistolas primus adspiro. restat in potestate celsitudinis vestrae, si sustinere eligitis
garrulum, non tacere et de originario Symmachiani fontis lacte me pascere. vale in
Christo nostro, Romanae gentis nobilitas, et me iam ut clientem et famulum pro
morum et naturae luce dignare.

## CCCLIX (EPIST. 7, 26).

### ENNODIVS AGNELLO.

1 Pro voto meo produxistis epistolam, dum res nulla fuscatas nube purgatis.
felicissima defensionis sorte adsumus innocentiae et dextro semper omine per se
splendentibus usuram vocis inpendimus. facile eius lucem qui nitet adfirmas, nec
deest sermo qui commodetur absolutis. sic de caballo promisso processistis adfatibus,
quasi vobis aliquando obscena mentiendi fuisset adfectio. vere per animam meam
2 facilius sacros crederem labi in hanc foveam posse pontifices. vitia maturos nesciunt,
nisi quos primaevos inbuerint: infitiatio in hominibus nova non germinat. quicquid
in moribus nostris est, et sequitur et praecessit. proinde valete, ostrum Latiaris
eloquii, et mihi vicissitudinem amando restituite, illud providentes, ut pro conpensatione
tarditatis dignus mihi munere vestro equus occurrat.

## CCCLX (EPIST. 7, 27).

### ENNODIVS PROBO.

1 Eligo iacturam pudoris, ne subeam dedecus non amantis, sciens facilius sarciri
posse frontis damna quam fidei. indoctum esse infelicitatis est, virtutes familiae
vestrae odisse res criminis. potuimus disciplinis liberalibus defuisse non delinquentes:
nulli sufficit, unde mores excuset. ego in amplitudine vestra tot coacervata epistolari
sermone bona non venerer? ego non illud generis lumen amplificatum studiis et
2 probitate suspiciam? videtur mihi non longe ab honestate desciscere, qui colit
emendatos, dum creditur quicumque sectari posse quod diligit. proinde vale per
gratiam dei et studium meum adprobans amantem tui amplifica muniis litterarum.

---

[CCCLVIII] 5 effrinationem *B* 6 hac *scripsi*, ac *B* (c *m. rec. del.*), a *edit.* praephatione *B* 7 eligitis *prop. Hartel*, eligetis *B*

[CCCLIX] 13 omine *Schott et Sirm.*, homine *Bb* 14 uoces *B* 17 matur • os (*eras.* i) *B* 18 primeiuus *(alt.* i *del.) B* inbuerent *B* 20 uicessitudinem *B* 21 equus occurrat *scripsi*, equo succurrat *B*, equus succurrat *b*

[CCCLX] 26 nulli/////// (nullus *Ba?*) *B* excuset *scripsi*, excussit *B et edit. (cf. CCXXXIV 3)* coacerbata *B* tot *om. Hartel* 28 disciscere *B*, discedere *Iuretus misc. p. 96* colet emendatus *B*, *em. Iuretus l. c. et Sirm.*

## CCCLXI (EPIST. 7, 28).

## ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

Voto meo obsequitur quae ministra ad vos scriptionis existit occasio. nam et 1 praesentiae vice blanditur adloquium et promittit sibi de paginarum promulgatione quod exhibet, quia emendatissimi homines sicut derogari virtutibus suis aestimant, aliquos in diligentiae testimonio praevios extitisse, ita ignominiam reputant exempla neglegere. vixit inter sanctos viros ista communio, ut per intimi hominis providentiam nil noceret terrena sequestratio. par est, domine, ut et votum meum sequaris et 2 formam. ergo salutans principe loco, ut mei memor sis deprecor, ut quod mihi per neglegentiam meam subtrahitur, divinae gratiae per vos suffragio conferatur. indico ergo non mentiens, nocte tertia a profectione mea ingratam mihi sanctam dominam meam Cynegiam apparuisse in ipso lucis exordio, et multum ab ea me de itineris properatione culpatum, quare etiam nullis versibus sepulchrum eius esset honoratum, non sub verborum lenitate conquestam. haec quidem ego non ad imaginem profeticae 3 veritatis adcepi nec nocturnis forte inlusionibus operis mei sudore litavi, sed quia facile suadetur amantibus, debitum opus non laboravit exigere quae monebat. salva est dominae reverentia. versus quos direxi per diem iudicii te coniuro ut in pariete supra ad pedes scribi mox facias. gratum noveris et filio tuo futurum; vult enim merita illius multorum ore celebrari, sed in eo modo quo illos hic invenis. dominam 4 meam Stephaniam et dominam Sabianam, sed et dominam Fadillam pro me saluta. si scripti fuerint, mox rescribe. domno papae dignare dicere, ut aliquid per diaconum Dioscorum de mea causa ordinet. quantum in festinatione veredarii potui, scripsi. domnum et fratrem Hormisdam satis pro me salutate, cui dicite ut clavem illam mittat.

## CCCLXII (EPIST. 7, 29).

## ENNODIVS BEATO.

Non ego epistolam meam intra breves terminos Spartanae memor concinnationis 1 includo nec formam tuam studio coacti sermonis inrideo. abest a me loqui pauca cum modicis: urbanorum est exiguis producta subtrahere et sine aliqua necessitate paginas, quales poscit hominum mensura, formare. quod in me de his, quae praefatus sum, subtile putaveris, festinatio non semper amica artis et casus exhibuit. magnum mihi est, si dederunt fortuita quod mireris. ergo causam scriptionis insinuo, quam tibi 2 praelata salutatione commendo. digresso mihi urbe procul domnae meae Cynegiae occurrit admonitio, quare sepulchrum eius non honorassem laude ducti in carmen eloquii. quod quamvis reverentia viri ipsius fecerim, tractavi, quia quod radiat luce

[CCCLXI] 4 exhibet *Sirm.*, exibit *B* 5 praeuius *B* 6 neclegere *B* 7 sequares *B* 9 neclegentiam *B* meam *om. Sirm.* 10 scanctam (*ex* scam) *B*, *om. Sirm.* 11 cynigiam *B* iteneris *B* 13 non sub uerborum laenitate consequestam *B del. man. rec.*, *om. b* consequestam *B*, conquesta est *Hartel*, esse conquestam *fort.* profeticae *B*1, fe *eras. et* phe *superscr. B*2 15 quae monebat *Hartel*, qui monebat (i *et* m *in lit.*) *B* 18 inuenit *b* domnam *ter Sirm.* 19 saluta *sup. lin. B* 20 dom • no *B* per (*spatium*) hoscorum *B*1, s̃diacidi *in spatio vacuo litteris angustis suppl. B*2, per sanctum Dioscorum *coni. Sirm.*, per sanctum diaconum Dioscorum *Hartel*, per subdiaconum Dioscorum *coniceceram* 22 dom • num *B* (i *manu posteriore insertum et rursus erasum est, ut v. 20*) hormidam *B*1 salute *B*, ta *sup. scr. m. rec.*

[CCCLXII] 27 subtraere *B* 31 cyniae *B*1, cynigiae *B*2 33 fecerim *scripsi*, fecerem *B*, facerem *b* quod *sup. lin. B*2 luce (*sup.* e *lit.*) *B*

meritorum, stili ubertate celebrandum est. nam nec deus officium respuit imperiti et,
3 contentus ipse quod tribuit, a rusticantibus verborum diademata non requirit. his ergo versibus scribendum epitafium destinavi. de quo quid sentiatur, sic pater tuus vivat et Roma te, quantum ad illa quae in ipsa reprehenduntur, non suum faciat, ut simpliciter et pure indices nec auribus meis aut sensui fuco mentitae gratiae blandiaris. non erubescas, etiam aliquibus, praecipue tamen dominae et merito domnae Barbarae
4 paginam meam recensere, quia tecum locatur. opto tamen ut tantum tabella mea quantum spes tua sapiat, quae in cano flore et mea et parentum suorum, quamvis sint avara, et vota transgreditur. domnum Cethegum et domnam Blessillam sororem
5 eius pro me saluta. Fidelem Marcellum Georgium Solatium Simplicianum pro me saluta. quibus dic: si vobis cordi est disciplina domnae Barbarae, domnum vel patres
Lucan. 9, 201. aut fratres eius frequentate, quia est casta luxuque carens: qui aliud fecerit, ad me non speret se esse rediturum.

Optinui pretium votorum munere Christi:
Quae mihi vita fuit, crux dedit haec tumulis.
Dissolvens carni subolem sine vulnere mentis,
Quod faustum et felix, coniuge praemorior.

Disiecit lacrimas medella cordis.
Quae servat meritis torum fidelem,
Exoptet similem matrona sortem.

## CCCLXIII (DICT. 21).

### THEMA. LEX.

1 Liberi parentes aut alant aut vinciantur. cuidam duo filii, frugi et luxuriosus. piratas utrique incidere. scripserunt patri de redemptione. pater vero venditis facultatibus piratas expetiit. cui optio data est, quem vellet redimeret, quia parum pretii detulisset. ille elegit luxuriosum, quia aeger erat, redimere. qui cum reverteretur, in via mortuus est. frugi piratas evasit. pater petit ut alat. ille contradicit.

Actio contra Quintilianum suscepta. ille enim patrem tuetur, nos filium. rogo ne arrogantiam putes, qui legeris.

### PRAEFATIO.

2 Numquid fas est adversus Quintilianum nisi pro veritate dicere? aut inmemorem sui loquendi facit aviditas, qui tribuit verba iustitiae? fallentes decet urbanitas, dum peniculo fucata mendacii peregrinum decorem laudanda verbo tenus sumit elocutio.

---

2 requiret *B* 3 distinaui *B* 5 blandiares *B* 6 erubescas et etiam *b* domine et merito domne barbare *B* dominae *del. Hartel* 9 et *ante* uota *del. Schott* cythegum *B* 10 solatium (l *in lit.*) *B* 11 dic] dici *B* 12 aliut *B* 13 sperit $B^a$, sperat *b* redditurum *B* 15 dedit *sup. lin. B* hanc *Sirm.* tumulis *Schott* (*vel* titulis) *et Sirm.*, totumolis *B* 17 faustum et felix *scripsi (cf. CCCXXV 8)*, faustone et felix *B*, Fausto et felix *Schott*, Fausto felix *Sirm.* praemolior | . aliter . | desiecet *B* 20 sortem | *Relinquuntur 14 lineae vacuae, tum in novo quaternione altera manu scripta exstant quae sequentur inde ab pag. 261, 8.*

[CCCLXIII] *Inscriptio deest in codicibus; man. saec. XVI in B hanc finxit:* in patrem quendam, quí cum filium a pyrata captum redimere non dignatus esset, ab eo tamen ali petebat. Oratio ad iudices. 21—28 *om. B, quae omnia pendent ex argumento Quintil. declam. 5* 22 aut *ante* alant *om.* $V^a T$ uintiantur *V*, uitiantur *L* 25 reuerteret *Sirm.* 27 actio . . suscepta *om. L* 29 prefatio — *pag. 261, 1* quam probitas *ante hymnos (pag. 249) exhibet B; in mg. ibi legimus:* das lass uss *et om. b* 31 aueditas *B* decit $B^a$ orbanitas *B* 32 fugata *B* uerbotinus *B* sumet *B*

sine solacio oratoriae artis aequitas adseratur. eligo pompam, quam probitas defensa
parturiet. procedat contra eloquentissimum virum caelestium favore munita simplicitas.
de fiducia partium nostrarum oritur quod audemus. vos tantummodo, principes viri, 3
benignitatem vestram salva aurium animorumque cautione praestate, ne coturnus ille Isid. Pelag. II ad Benign. 3.
sublimior oris facultate qua praevalet in possessione sua credat esse victoriam. quid
est aliud adversus eius impetus nos iuvare, nisi peregrinantem reducere post intervalla iustitiam?

## PRINCIPIVM.

Gauderem, cognitores amplissimi, evasisse me pedorem carceris, vincla piratarum, 4
nisi regresso mihi myoparonum loco pater existeret. quaerit a me alimenta, quem
nec auro ab hostibus nec lacrimis liberavit. putat quod illi debeat regressus eius
proficere, quem cum potuit non redemit. frustra pastum beneficio legis inploras, qui
factis tuis naturae iura solvisti. exhiberi victum patribus ius decernit. non est 5
tantummodo sacramentum istud in nomine. dicat vel pirata, si pater es. meliorem
me fuisse mortuo saepe cum loqueris, numquam ostendis esse, cum iudicas. viam
culparum germani decedentis adtendite. ipse magis genitoris moribus paruit qui praelatus est: ego quo omine vitam meam per extraneos ab istis actus exegerim, declaratum
est, cum me pater praedonibus sponte dereliquit. valida sibi videtur adversus sobolem 6
argumenta proponere, cum propensiorem gratiam meruisse iactet culpabilem filium et
proximum sepulturae. quaeso, iudices, pronuntiate quid debeam! interim clarum est
me et cineribus vitiosi fuisse postpositum. non erubescit quidquam ab eo auctoritate
parentis exigere, in quo esse noluit quod vocatur. utinam mihi ad hos usus valitu- 7
dinem piratarum catena reservasset! facerem praebitione indebiti alimenti patrem
meum pudore captivum, ut iniustus arbiter de propriae gemeret iniquitate sententiae.
cibus enim, qui ab illo praestatur, cui nihil boni mereris, exhaurit: ieiuna sunt saturi-
tate sua viscera, quae non habent conscientiam beneficii ante conlati. nescio quid de 8
duobus filiis homo ille spei suae residuum putet, qui unum terrae reddidit, alterum
passus est in perpetua raptorum dominatione servari. accipiat, nisi confunditur, quidquid exhausta suppliciis membra gemerent. non novi quid senex a debilitato flagitet.
interim, quod adverto, sumus ambo pascendi. quid mihi rationem modicae facultatis
adducis in medium? qui unum redimere voluit, sic substantiam suam vendidit, ne
pretium pro utroque sufficeret. quis infelicitatem meam, quis miserias possit exponere? 9
cui post Cilicas et ipsa, quam resumpsit, esse fertur libertas obnoxia? dicite quaesumus, iudices, si et in patria mea debitores pronuntiabimur, quid evasi? addidit
creator sanctissimus dolere me, quod emisissent vincla germanum. quasi vero tantum
a nobis exigat natura servitium, ut conpenset erepti fratris hilaritas, quod remansi.
amorem debemus carnis sociis absoluti. credite dicenti manifesta: nesciunt intrare de 10
altero gaudia hominem pro se timentem. illud enim inprobati more clamat examinis,
ditiorem esse quodammodo a quo aliquid poscitur. talem technam in supplicationibus
fucata servat urbanitas, ut utatur conposita humilitate pro iaculis, quatenus conmento

1 sine] sane *Sirm.* oraturiae *B* defensa — iustitiam *om. B* 3 modo *om. Sirm.* 9 cognitores] conditores *B* euasissi *B* carceres *B* uinclas *B* 10 regresso (o *ex* a *vel* u) *B* existerit *B* alimentum *B*[1] *corr. m. ant.* 11 liberat *VLTC* 15 loqueris] loqui res *B* 16 decidentis *codd., em. Sirm.* attendite *V* paruit] par fuit *Hartel, cf. p. 262, 12* 17 homine *BLT*[1] exigerim *B* 18 dereliquid *B* 21 postpositum] potest positum *B* quicquam *V* 23 pirat•rum *B* reseruasit *B* 25 merueris *Hartel* exauret *B* 28 quicquid *V* 29 gemerent *B,* gemerint *VL,* gemuerint *T*[2], gemuerunt *C et Sirm.,* demerent *Hartel* 30 interim *B,* interea *ceteri* 32 sufficerit *B* meserias *B* 33 cui *B,* qui *ceteri* ciligas *B* resumpsit (p *del.*) *B* 35 dolore *B* 37 debimus *B* 38 timentum *B*[a] 39 tegnam *codices* 40 fugata *B* quatinus *BV*

superbae abiectionis nihil ei relinquat liberum, qui rogatur. licitatum pro ambobus
censum testatur, quem pro uno constat expensum, et expectat geminam gratiam de
11 beneficio singulari. nescio utrum quaerendum sit quid cogitaverit, cum apud universos
liqueat quid fecisset. exhausit partium tuarum defensiones pirata, qui de nobis
praestitit optionem. teneat quae sola desideravit sepulchra de filio pater, qui tantum
moriturum redemit. nam qui sano languentem praeposuit, denuntiavit se horruisse
victurum. quid de superstite poscas, nescio, habens in consolatione lacrimas, quas emisti.

## NARRATIO.

12 Perpetuo, iudices, honestatis culturam et in aetate peccatis amica servavi, sub-
trahens inpensas desideriis puerilibus, unde posset aevi gaudere maturitas. huius rei
frugalitate fecimus, ut remaneret patri quod pro luxurioso filio posset offerre. quid
de patrimonii exilitate causaris? si par moribus extitissem, usque eo perducta res
13 fuerat, ut neuter potuisset absolvi. inaequalis est arbiter, qui proficere voluit alteri
quod nostro pudore condidimus. quantum adserit paterna districtio, causa nobis
diuturnae captivitatis probitas fuit. sanus diligens patri fratrique sedulus, talis reduci
non meretur in patriam; et nisi extitissemus una sorte captivi, sorduisset suspicione
nostra regressio. aequales calamitate fuimus, sed patris amore distantes. felix luxuriae
suffragio iuvenis! et ante magnam partem communis exhausit substantiae et ipsi profuit
14 quod remansit. me miserum et semper paterna iudicatione captivum! prolusi in
pace ante quod pertuli et, dum recti iter teneo, indicio parsimoniae, qualiter inter
hostes viveretur, agnovi. hinc est quod cibo, quem ministravit feritas illa, contentus
vixi inter ultima solacio consuetudinis, non humanitate raptoris. quaero cui me
servavit usus ille frugalior, si aequi observantia patrum meretur offensas?

## OBIECTIO.

15 Quid quod! barbaros dixisse perhibet: unius pretium pertulisti. debitum semper
accipiunt obiecta responsum. de nulla pependisti auctione sollicitus: aurum quod
exhibueras ante preces inimicorum oculis obtulisti. dum sic tibi universa procederent,
a nullo potuit ambigi, quod sufficeret desideriis tuis unius liberatio. mox tamen ut
illa antra repleta squalore mortis intrasti, quid esses electurus, antequam optionem
tribueret pirata, cognovit. non descendit ista de amore trepidatio, nihil ostendit
ambiguum, qui de duobus filiis per omnia signa diligentiae quasi ad unum venisset
16 adnuntiat. post egressum tuum fortiores me artavere custodiae. divinitati gratias, si
libertatem meam et hic tutata fuerit, quo evasi. tua interim ad inimicos vocem
videtur emisisse sententia: nisi studiose quem relinquo servetur, elapsurus est. dis
ducibus fuga nostra ante oculos hostium locata efficax fuit.

## EXCESSVS.

17 Praeterea ut est fandi locuples pater et vivendi diuturnitate didicit praesentare
quod loquitur, callens inponere necessitatem mentibus per auditum, dicit omnibus in

---

1 obiectionis *VLTC* 2 consta (sta *in lit.*) *B* et *Bb, om. ceteri* exspectat *V* 4 quid fecisset *B*, quod fecerit *ceteri* 6 redimet *B* 7 consulatione *B* 9 indicis *B* 10 possit *B* 11 luxorioso *B* possit *B* 13 potuisset *B*, posset *ceteri* 15 tales *B* 16 meritur *B* extitissimus *B* 17 luxoriae *B*, luxuria est *ceteri* 21 cibum *B* 23 meritur *B* offensas obiectio quid *sine ulla distinctione B* 25 barbaros *scripsi*, barbarus *libri* dixisse se *codices, sed exp.* se *B*[2] 26 autione *B*, cautione *fort.* 27 exhiburas *B* 28 sufficerit *B*, suffecerit *ceteri* 29 intrasti squamquid *B*, intrasti quemnam *b* elicturus *B* 30 tribuerit *B* discendit *B* de amore] det more *B*[1] 32 me *om. Bb* 33 hic] hoc *T et Hartel* tutata fuerit *B*, tutauerit *ceteri* quo *scripsi*, quod *libri* inimicus *B* 34 elapsus *B* 35 efficax (x *corr.*) *B* 37 locuplebs *B*

humanitate degentibus cibum esse communem, et ab uno flagitat quod non licet quemquam negare, generaliter allegans deberi universis quidquid terra produxerit. sed 18
quando in communem usum seges triticeam subolem et liquorem vineta fundebant nec viritim tellus erat distributa cultoribus, nullus inter hostes filium sic reliquit, ut crederetur gemitus praetulisse servi. ignoro, iudices, postquam elegerit lacrimas, de superstite quid requirat. sed metum nobis legis obiectat et, quod inter parentes et liberos scriptum est, sibi deberi vult qui nihil exhibuit de parente. voluntatem nostram, dum cogimur, quaerit et desiderat hoc nos exhibere pietati, quod ipse professus est excusantem non posse negare formidini. numquid misericordiae locus est 19
ubi instat imperium? quod non licet subtrahi, non possumus dicere liberalitate conferri. clementia nisi ingenua non vocatur: quidquid non dare praevales, inter munus conputa, si dedisti. at frequens nobis naturae iteratio et sanctum creatoris nomen obsistit: quasi usura lucis dono parta caelestium inter illa, quae ab hominibus tribuuntur, possit adscribi. sacrilegium est superorum indulgentiam semen dixisse mortalium. de sola habet libidine testimonium pater crudelis. iungit etiam oneribus 20
meis, dum reposcit solacia destituti, dicens sibi civitatem potuisse succurrere, ni redissem. quid aliud voluntas ista manifestat, nisi ut rursus me pirata suscipiat? si gravis est inempta visio prolis tuae, certe vel quod soles magno conparare, meum bustum sine pretio possidebis: aetas quidem pollicetur vitam, sed tormentorum magnitudo, quam acerbiorem te digresso pertuli, promittit exitium.

## EXEMPLA.

Deinde protulisti exempla paterno digna proposito: sed interpretatione viluerunt, 21
quasi aetas cana desideriis tuis formam et non imitationem sanctis praestiterit institutis. quid magni Aeneae umeri ponderis de creatoris fasce senserunt? aut pressit filium corpore, cuius ipse fuit saepe baiulus actione? vis scire quia eripi de hostibus meruit? ante oculos locatum est, quod noluit, ne gravaret, credens sibi 22
sepulturam procumbentis Ili ruina praestari, et ne procedentem natum vita digniorem senilia membra retinerent, occasum civitatis dixit satis esse pro tumulo. ille praedonibus evadente filio remanere voluit: remeasti ad patriam tu relicto. quid nobilia Scipionis pro genitore suo facta commemoras? ille pro auctore sedulo dum se optulit, totum dedit, sed non consumpsit universa quae debuit. semper votorum bonorum est 23
causa consimilis nec discreta sunt studia benignitatis. pronuntiat, quid de filio mereatur, qui eum ad officia naturae nisi coactum aestimat non venire. vincula, nisi pareant, lex minatur. quid refert? ad hanc me consuetudinem suppliciorum a te procurata formavit diuturnitas, quamvis longa poenarum tolerantia non faciat contumacem. miror tamen, si quod effugi de barbaris, pater intulerit. nihil est unde declinentur praedones, si sors ipsa sequatur in patriam. una est, quantum video, 24
genitalis soli et peregrinationis adversitas nec dispar amaritudo redeuntibus et captivis. nequaquam tamen quid intersit invenio nec quae potissimum cervices meas catena nectat inquiro: rigentis ferri nexus incurram aut gulae vectigal exhibeam, una condicio est. ieiunus epulas portabo satiato et, quod est deterius, non amanti. quantis oblata

---

2 alligans *B* quicquid *V* 3 sobolem *V* licorem *B* 4 uiritem *B* reliquid *B* 5 crediretur *B* serui *B*, seruitiis *ceteri* eligeret *B* 10 conferre *VLT¹C* 11 quicquid *V* praeualis *B* inter munus *scripsi*, innter munos *B*, ceu intermunus *VLTC*, ceu sincerum munus *Hartel* 12 at] ad *B* 13 obsistit *b*, obsistet *codices* 15 oneribus] honoribus *B* 16 meis *oblitum in B, om. b* ni] ne *B* 20 degresso *VLT¹C* promittet *B* 22 digno *Bᵃ* 25 pressit] pera | esset *B* 27 ilii *VLT*, illi *B in mg. nota* R̃ procidentem *B* 30 cum *ante* ille *inser. VLTC* 33 nisi *sup. lin. B* uincla *b* 34 pareant] p eam *B* quid] quod *B* 36 si *B*, nisi *ceteri* 38 genetalis *B* 40 guilae *B*

a me proiciet alimenta fastidiis, quo devotionem meam rancore calcabit homo quem
25 misericordem habere, et dum essem inter extrema, non potui! ex aequo me et ger-
manum meum redemptionem litteris poposcisse denuntiat, paribus absolutionem in-
plorasse lacrimis, in simili epistulas constitutos sorte dictasse. non rennuo, non
refuto: habet de hac obiectione victoriam. illud tamen flagito, quae causa fecerit ut
quod duo poposcerunt, duobus est debitum, unus acceperit? pro utrisque maria
26 intrasti et liquentis elementi minas, quantum adseris, pietate duce transisti. quis de
gemina caritate credat homini cum uno redeunti? numquam misericordia nisi peri-
clitata laudatur: quo pudore, cessante effectu, praedicatur affectio? numquid semper
secretum pectoris innotescit veraciter clave sermonis? pietas, quae non etiam muta
rebus tenetur, ostentum est. inter omnes homines inconvulsa amor radice subsistit,
si valet ista iactatio. lex dicit: 'aut alat aut vinciatur'. clamat pater: 'pastus iste
27 parenti, vel si non redimat, iam debetur'. ad has te equidem partes, cum ab officio,
cui eras per naturam obnoxius, cessares, armasti; proficit ventoso munimini quod
genuinae negatum est turpiter puritati. crede mihi, lex cum parentem locuta est,
non tacuit redemptorem: hortata est iussit extorsit universa sufficienter inpleri religiosi
operis sacramenta per nomina. calamitas mea sensus tuos ad huius rei intellectus
obnubit: redemptio fili, quae est in diligentia necessitudinis, esse non potuit et in
28 praeceptis. impietatem meam et in liberatione fratris invidiam, dum Ledaea pignora
laudas, accusas. nescis quia, si inter illos tuae distributionis processisset aequatio,
generasset errorem. nam unum in perpetuo decore lucis, alterum in iugi noctis
possessione damnasses. mentior, si alia iudicia tua extitere de filiis. quidnam esse
censuisti, cum unum numquam habiturus pirata dimitteret, alium numquam relicturus
29 quasi patre tradente retineret? quidquid post oculos tuos in illa ferali terra sustinui,
a te processisse non dubito. spes mihi universa consumpta est, postquam sine me
de solo barbarico redemptor abscessit. quas naves ad litora inhumana tendentes non
primus inspexi! et quidquid vanescente visione non sequebantur oculi, mente con-
30 prehendi, quia sagacius inspiciunt aliquid qui promptius praestulantur. quotiens ante
adventum tuum, si quando nos lustrare aerem pirata permisit, in extraneis mihi per-
sonis pater occurrit et vidi has, quas sibi amor sine mentiendi dedecore pingit,
effigies? his imaginibus diu sollicitata corda feriuntur. heu! quotiens rennuenti mihi
cibos quos pirata praestabat, hac barbarus consolatione subvenit: 'nil metuas, nil de
hac adflictione suspires; si creator tuus superest, parum a libertatis statione seiungeris'.
31 ecce aliquando adfuit sors cupitis: alacer mihi adventum istius et praedo nuntiavit.
non longe fuit ab integrae amore clementiae qui redemptorem laetus excepit. non
habuimus, iudices, dominos inhumanos: fuerunt qui potuissent et prece molliri. si auri
inopiam conpensassent lacrimae, uno tempore utrosque reduxerat. testatus est noluisse
fieri quod non est magno precatus inpendio. expendite, quaeso, quid a me iure postulet
32 qui mihi in ultimis nec supplicatione subvenit. adiecisti quod privilegiis naturae
munitus sis et, quod in me deliquisti, non liceat vindicari. sed non habet innocentiae
praerogativam qui defensionem suam locat in apice. insons actionis luce niteat; citra

---

1 quo] qui *B* 2 inter] intex $B^a$ 4 simile *B* constitutus *B* non rennuo non refuto *B*, ñ *dimidia lineae parte vacua relicta* $V^1$, renuo ñ rerum *litteris minoribus suppl.* $V^2$ *(vel* $V^b$*)*, non renuo non rerum *LTC* 5 habeat *m. rec. in B et b* flagitio $B^1$ 6 dum *ante* duo *add. Hartel* acciperit *B* 7 minas] moenas *B* 10 innotescet *B* 11 subsistit *scripsi*, subsistet *libri* 12 clamet *B* 13 debitur *B* 14 cessares *Hartel*, cessaris *libri* 17 tuus *libri*, *em. Sirm.* 18 obnubet *B* filii *V* et *om. VLTC* 19 laedaea *B*, ledea *V* 20 laudat *B* processisset ergo aequatio *(del.* ergo *man. ant.)* *B* 22 damnassis *B*, dampnasses *V*, damnasset *Sirm.* 23 demitterit *B* 24 quicquid *V* sustenui *B* 27 quicquid *V* uaniscente *B* 28 praestolantur *V* ante *in lit. B* 30 pinget (*del.* n) *B* 31 renuenti *V* 32 cibus *B* 33 afflictione *V* suspiris *B* parum] patrum *B* 34 capitis *B* 35 integra *B*, integro *fort.* 37 ienopiam *B*

dissimulationem crimina confitetur qui in hoc tutelam suam aestimat, quod praecedit. reos nulla defendit auctoritas, in facinorosis sacramenta nominis evanescunt.

## EPILOGVS.

Et hoc, sanctissimi cognitores, ita post custodias latronum alio labore pectoris 33
allegavi, quasi, etsi essem debitor, valerem exhibere quod poscitur. non considerat spoliata carnibus ossa, dominorum inhumanitate sordentia, et patefacta per carnifices naturae secreta non respicit. in corpore meo in lucem quidquid homo est tormenta protulerunt et penetralia viscerum instante crucibus barbaro, cum pater mihi dedignaretur
adesse, vulgata sunt. modum transit atrocitas, quae vel in debitis exigendis non prin- 34
cipe loco vires interrogat. tu cum videas aetatis in me valitudinem miseriarum fasce mollitam, cum aevi robur multiplicium calamitatum varietate contritum, cum et necessitates senectae habeam et invidiam iuventutis, non a me desistis poscere quod et hostis remisisset exhausto. tu accipies tributariam functionem, et adhuc me magnitudine nominis et genio parentis incessis, cum miserationem, quam debes cuicumque homini,
despicias exhibere vel pignori. superna dispensatio hac intentionem tuam mercede 35
locupletet, ut rursus prolis tuae funera votiva respicias et, qui gravaris de vivaci praesentia, desideriorum summam capias de sepulchris.

ENNODIVS EMENDAVI MEAM DEO MEO IVVANTE.

## CCCLXIV (CARM. 2, 137).

## EPIGRAMMA DE PRINCIPE P. P. EBRIOSO QVI VITEM TENEBAT.

Verus honor vitem tribuit, sed munera vitis
Ieiuno non dant ligna ministerio.

## CCCLXIV[a] (CARM. 2, 138).

## ALITER.

Vt sceptrum princeps, sic gestat dextera vitem:
Vtribus exornet diva corona caput.

## CCCLXIV[b] (CARM. 2, 139).

## ALITER.

Vitifer hic siccus matrem conplector erilis,
Vberibus pressis quae mihi vina negat.

---

1 tutelam] titulam *B*, titulum *b* 2 reus *B* facenorosis *B*, facinerosis *V* euanescunt (euaniscunt *B*[a]). finit. epilogi *B* 4 scanctissimi *B* alia *B* 6 sordentiae *B* 7 respicet *B* quicquid *V* 8 protulerunt tormenta *VLTC* crucibus *B*, cruciatibus *ceteri* 11 robor *BVL* 13 remisisset *VL* 14 debis *B*[a] 16 locupletit *B* 17 sepulchris . finit *VT*, sepulchris . eunodius emendaui meam (*scil. dictionem; an* meum *vel* meā?) deo meo iuuante *B*

[CCCLXIV] epigrama *B*, us̃. epĩg *VL* principe p̉ p̉ *BVL* v. 1 uites *codd.*, *em. Sirm.*

## CCCLXIV c (CARM. 2, 140).

### ALITER.

Heu quotiens calidis vitis sine fruge labellis
Inlusit, nudo nomine me refovens!

## CCCLXV (CARM. 2, 141).

### ENNODIVS HONORATO PRINCIPI.

Terrarum culpis vitium, potator, obumbras:
Ebrius esse nequis vina vomens Ligurum.
Dum replet madidus ferventia pectora Bacchus,
Indicunt validam pocula nostra sitim.

## CCCLXVI (CARM. 2, 142).

### EPIGRAMMA FACTVM DE EPISTVLA DOMNI AMBROSI CONTRA SYMMACHVM DE ARA VICTORIAE QVANDO PETENS CVLTVM IPSIVS VICTVS EST SYMMACHVS.

FACTI SVBITO. MISSI DOMNO FAVSTO PRAEF. P.

Dicendi palmam Victoria tollit amico,
Transit ad Ambrosium: plus favet ira deae.

## CCCLXVII (CARM. 2, 143).

### VERSVS DOMNI FAVSTI.

In Ligurum terris potorem qui vocat errat:
Numquid vina bibit vina bibens Ligurum?

## CCCLXVIII (EPIST. 7, 30).

### FAVSTO ENNODIVS.

1 Solida est spes adulescentium, quam magnorum cultura prosequitur: si cesset curatio, ubertas tritici transit in lolium. Partenium sororis meae filium diu circa diligentiam litterarum, quantum patris ipsius reseravit allegatio, culminis vestri metus

---

[CCCLXIV c] v. 1 callidis $B^1$ uites *B* labelli *BVLC*

[CCCLXV] v. 1 potator] putatur *libri, em. Sirm.* v. 2 neques *B* v. 3 baccus *codices* v. 4 sitim $B^a$, sitem $B^b$

[CCCLXVI] doñ ambrosi *B*, domni ambrosii *ceteri* facti subito missi *(scil. versus) B* factum subito et missum *ceteri* pref p̃ *BV* v. 1 uictoriae $V^1L$ tollet *B*

[CCCLXVII] v. 1 terri *B* potorem *b*, putorem *codices* v. 2 bibit *Sirm.*, bibet *libri*

[CCCLXVIII] 1 Ennodius Fausto *b* 2 adoliscentium *B* cesset *TC*, cessit *BVL*, cessat *edit.*

adtraxerat. sed nunc per absentiam vestram venerandae solutus lege formidinis
molitur obscena. aetas illa peccatis amicior multos repperit ad errata ductores. in- 2
plorat fidem propositi mei pater et incolumem filium loco deflet extincti. sic faciunt
quibus de profectu suorum fiducia nulla responderit. nihil mihi residuum fuit, quod
remedii loco precibus victus ingererem, nisi ut eminentiae vestrae conscientiam de
excessibus ante dicti iuvenis festinus instruerem. vos medicam manum, vos opem 3
praestate consuetam, ne vitiorum profectus universa in eo, quae boni aliquid potuerunt
ferre, succidat. commendate amicis quae agantur, insinuate doctori et quidquid potest
subvenire concedite, quia haec sunt, quae praefatis salutationis obsequiis consanguineo
possim professionis meae memori sine dissimulatione praestare.

## CCCLXIX (EPIST. 7, 31).

## PARTENIO ENNODIVS.

Par quidem fuerat silentio degeneri vicem taciturnitatis opponi et per ipsum 1
callem vindictam, per quem venerat error, exire. numquid aequum est, ut in excessibus
tuis vox, quid deliqueris, et non mutus dolor ostendat? crede mihi, manifestatae
indignationi vicina curatio est. te per longum ferire debuit inclusa commotio, si tamen
non ex toto ab humanitate discessisti. quid deliqueram, postquam primoribus litteris 2
veniam fabricata humilitate poposceras? haec est correctionis fida promissio, ut post-
quam delenifica oratione conceptam iram extorseris, erubescas te minora peccasse?
quantum video, post contestatam verecundiam solas errorum vitas angustias; nefas
aestimas, circa parentem et nutritorem tuum non in tantum te extolli supercilium,
quanta debuisti pro tot beneficiis communione summitti. aut forte putas, quod me 3
puerilis ira sollicitet aut ulla necessitas maturum expugnare possit affectum? numquid
genitori natorum non grata sunt verbera? aut creatores reptantium parvulorum non
et mulcentur iniuriis? nihil amarum putant, quibus inter desideria quod votis pro
parte adversetur efferbuit. invenimus inter triticeas segetes spinas et lolium, et dum 4
frugiferam herbam carpimus, infecunda suggeruntur. numquid ideo culturae respuenda
diligentia est aut cessandum est a vomeribus, si non in toto satisfecerit terra cultori?
deum precor, ut a te quod detestor excludat. ego tamen numquam, si credis, deseram
monitoris officium. audivi te patris tui relatione circa studia iam remissum et, quasi 5
arcem scientiae adeptus sis, ita nullatenus esse de lectionis instructione sollicitum.
nosti, fili, istius rei summam nisi adsiduitate nimia non teneri. non profuit in hoc
opere laborasse aliquando hominem, qui a laboris intentione destiterit. pernicibus
alis neglegentes fugit scientia, et quidquid mora et sudore partum est sub celeritate
transfertur. te salutatum et vigilem volo, ut profectus tui messem cotidianae catenis 6
lectionis adstringas. ad me vel nunc, si quid te deceat cogitas, rescribe, quia, si
credis, numquam similem dictionum tuarum invenies in qualibet orbis parte fautorem.

---

1 attraxerat *V* 3 mei] me $B^1VLT^1C$ incolomem *B* 8 quicquid *V* 9 salutationi *B*, salutatis *VL*, salutis *T* 10 memoro *B*, memor *Sirm.*

[CCCLXIX] 11 partennio *B* 12 et] ut $T^2b$ 13 uindictam *B*, uindicta *ceteri* exire *Hartel*, exiret *libri* 15 indignationi *in lit. L*, curationi $V^a$, cura *del. et* indigna *sup. scr.* $V^b$ 18 delinifica *B* erubescas te] erobis caste *B* 20 aestimans si circa *Hartel* te *quod codices ante* summitti *exhibent, ante* extolli (extollis *B*) *conlocavi, del. Sirm.* 25 efferuuit $B^1$ 26 frugifieram *B* capimus $B^a$ 29 patres $B^1$ 31 assiduitate *V* 32 distiterit *B*, destitit *Sirm.* 33 quicquid *V* 35 astringas *V* 36 fautorum *B*

## CCCLXX (EPIST. 8, 1).

## BOETIO ENNODIVS.

1 Optimae spei plenus, cui fautum cupio, ad curam officii epistularis adspiro.
decet enim vestris fascibus hac praefatione delibari et inter purpuras possessoris luce
crescentes qualicumque non abstinere conloquio. numquid solius doctrinae beneficiis
amor agnoscitur nec fas esse credendum est prodire in medium desideria rusticantis?
2 simplicius innotescunt vota nullo peritiae velata praestigio. ergo nos hoc sumus ore
quod pectore; non amara praecordiorum delenificis possumus mutare sermonibus.
pudens laudator est, cui in concinnatione blandimenti dicenda mens suggerit. deo
ergo omnipotenti gratias, qui in vobis, dum vetera familiae vestrae bona custodit, nova
multiplicat et, quod plus est apice dignitatis, dignos facit esse culminibus. redditur
quidem vestrae gloria ista origini, sed, quod est clarius, merito inpetrante personae.
3 fuerit in more veteribus curulium celsitudinem campi sudore mercari et contemptu
lucis honorum sole fulgere: sed aliud genus virtutis quaeritur, postquam praemium
facta est Roma victorum. noster candidatus post manifestam decertationem debitum
triumphum, dum numquam viderit bella, sortitur. iudicio exegit laureas et congredi
4 non necessarium duxit armatis. inter Ciceronis gladios et Demosthenis enituit et
utriusque propositi acumina quasi natus in ipsa artium pace collegit. nemo dissonantiam
Atticae perfectionis metuat et Romanae, nec praecipua gentium bona in societatem
dubitet convenire. unus es qui utrumque conplecteris, et quidquid viritim distributum
poterat satis esse, avidus maximarum rerum possessor includis. eloquentiam veterum
5 dum imitaris exsuperas: dicendi formam doctissimis tribuis, dum requiris. est apud
me epistulae vestrae, quae huius rei fidem faciat, veneranda conpositio. utinam quae
a vobis diriguntur tam essent crebra quam suavia! dicatis forsitan: par fuit propin-
quum laudare in commune augmentum laborantem, quia non est proprium quod quasi
singulariter videtur palmata conferre. venit ad me equidem portio de curuli; sed si
6 mihi creditis, plus erigor de genio et studiis sublimati. interdum accesserunt ista de
casibus, soli contigerunt illa virtuti. prope inops ad scipionem adducitur suffragii con-
sularis, qui tantum de parentibus gloriatur. tibi utrumque in peculio est, Latiaris
scientia et vena purpurarum. o si mihi non stili epistularis consideratio in longum
equidem producta manus opponeret! quod alii relatione ditant, ego crudum etsi
7 confusis ordinibus explicarem. redeo ad tabellarum fidem. valere me nuntio et ut vos
valeatis inploro, ad summam beneficii postulans, ut dignatio me reciproci sermonis
adtollat, hoc quoque deprecans, ut domum, quam in Mediolanensi civitate et abundantia
vestra et neglectus propemodum iam reliquit, mihi quo vultis genere concedatis. iustum
8 est enim ut parentes vestri habeant, quod de patrimonii mole descendit. credite mihi
deo teste, quia si inpetrare sine detrimento census vestri meruero, quasi dono obligatus
obsequiis potioribus respondebo. de qua parte — sic vobis feliciter universa con-
tingant — si securus esse debeo, plenarii mihi documenti dirigite firmitatem.

---

[CCCLXX] 1 Ennodius Boethio *b* 2 faustum *b*, factum *Iuretus misc. p. 45* cupio] dupio *B*ᵃ aspiro *V* 3 decet] dicit *B* purporas *B* 4 crescentis *B* colloquio *V* 7 non *B*, nec *ceteri* delinificis *B* 8 concinnatione *b*, con ce natione *B*, condempnatione *ceteri* sugerit $B^a$ 9 gratias omnipotenti $V^aLTC$ 12 morem *VLTC* 13 sole] luce *Sirm.* 15 iudici *sup. lin.* o *B* exegit *scripsi cum Hart.*, exiget *B*, exigit *ceteri* 16 gladius *B* demostenis *codices* 17 colliget *B* 18 atticae (ca *in lit.*) *B* 19 quicquid *V* destributum *B* 21 tribues *B* requires *B* 22 fidem *B*, fiduciam *ceteri* 23 propinquam *B* 30 producti *coni. Hartel* dictant *b et man. rec. in B* 31 ut nos *scripsi*, utrum *libri* 33 attollat *V* 34 reliquid *B* concidatis *B* 35 discendit *B*

## CCCLXXI (CARM. 2, 144).

## VERSVS MESSALAE.

Suscipe versiculos, Ennodi proxime, nostros,
  Vt librum nobis reddere non desinas:
Ne foedes cultum, dum reddere, maxime, non vis,
  Quae pridem nobis es quoque pollicitus.

## CCCLXXII (CARM. 2, 145).

## DOMNI ENNODI.

Si te, Messala, studiis mihi pandere velles,
  Non deerant libri, quos tibi, dulce, darem.
Mens iniusta nimis quod spernat tollit amanti,
  Nec gratum est munus, quod fugit ingenium.

## CCCLXXIII (CARM. 2, 146).

## DOMNI ENNODI.

Artis grammaticae librum de carmine fracto
  Qui poscit, solidos certat habere pedes.
O utinam Musis contingant munere nostro
  De te quandoque gaudia certa, puer!
Vitant loripedem, nisi fallor, pangere versum,
  Vel quos in somnis respiciunt studia.

## CCCLXXIV (CARM. 2, 147).

## DE HONORATO.

Vxor flasconis cupis dotata Falerni,
Semper inexhausto pectus repleta Lyaeo,
Quae Bacchum madidis colui venerata labellis,
Turgida ructato permulcens numina musto,
Concludor sicci bene conscia tegmine busti.
Est tamen ad superos coniunx mihi nobilis, euoe,
Pocula quem numquam possint transire beata.
Quem si fata virum servant, tibi vivimus ambo.

---

[CCCLXXII] v. 1 Messala *Hartel,* messalam *libri* uellis *B* v. 4 nec] ne *B*

[CCCLXXIII] v. 1 fracto *B,* facto *ceteri* v. 2 certat habere] certata uere *B* v. 4 quandoque] quando petit *Schott,* quandoque ah *Hartel*

[CCCLXXIV] v. 3 baccum *codices* v. 6 euoe *Hartel,* euue *libri* v. 8 uiuemus *B*

## CCCLXXV (CARM. 2, 148).

## EPITAFIVM DOMNAE DALMATIAE.

Funus obit, virgo quotiens in busta refertur.
Vnum iter est mortis criminis obsequium.
Dalmatiae meritis victa est natura rebellis,
Degeneri caelum nobilitate tenet.
Hoc satis est mundum calcasse in corpore mundi,
De vitio sumptam cedere nil vitiis.
Stemmatis haec lucem transcendit sole pudoris,
Mens cum proposito consociata fuit.

## CCCLXXVI (EPIST. 8, 2).

## ENNODIVS AVIENO.

1 Par erat magnitudinem vestram ingenii sui opulentiam, dum sancti patris
sectatur instituta, depromere et multo adquisitam sudore doctrinam pro diligentiae
testimonio ventilare. gemina vobis contingeret ex antefata concinnatione laudatio,
quando crescente susceptorum devotione ferretur in medium palma sermonis. res, quae
nobis amorem vestrum reserat, vos extollit. uno eodemque usu et oris pompa multipli-
caretur et fidei. in apice constituti illam subiectis adfectionem putantur inpendere,
2 quam locuntur. haec, mi domine, ille occupatissimus pater et in humana locatus arce
custodit. nam contemptum manifestat qui in otio degens verba non tribuit. legisse
me memini: 'sermonis avari nullus honor'. nunc ergo servitiis salutationis exhibitis
indico me valere. superest, ut suggestio mea eliciti gaudeat ubertate conloquii.

## CCCLXXVII (EPIST. 8, 3).

## ENNODIVS MESSALAE.

1 Post unam epistolam, quam victus crebris scriptionibus emisisti, in continua
taciturnitate perduras; et credo necessitate, non studio servas philosophiam nil dicendi,
non respiciens, veteres ut loquerentur melius, in praesentia nil locutos, et illam silentii
curam nutricem fuisse sermonis. tu videris mihi disciplinas Atticas in muta fideliter
2 parte sectari, nolens silentio adquisita vulgare. ostende post oris ferias, quae tibi per
aurium callem divitiae commearunt. destinasti mihi dictiones tuas, in quibus etsi non
fuit optanda sublimitas, non tamen deprehensa est quae sorderet abiectio. egi deo
gratias, quia iam te de vinculo, in quo neglegentia constringebaris, exemeras. promisi
sequentibus potiorem successum aestimatione principii. sed vos inchoationem, quantum
3 ad me, cui nihil dirigitis, cum extremitate iunxistis. domne Messala, cotidie cuius

---

[CCCLXXV] v. 1 obet *B* v. 7 stimmatis *B*, stematis *ceteri*

[CCCLXXVI] 4 contingeret *b*, contingerit *B*, contінget *ceteri* ex *om.* *VLTC* concenatione *B* 5 ferretur *Hartel*, ferritur *B*, fertur *ceteri* (*hinc incip. denuo P*) 6 multiplicaretur *B*, multiplicatur *ceteri* 7 apice] pace *Sirm.* affectionem *V* 9 conteptum *VL* retribuet (re *del.*) *B* 10 me *om.* *B*

[CCCLXXVII] 14 filosofiam *B* 15 ueteris *B* locutus *B* 18 aur•ium *B* 20 neglegentia• *B* eximeras promissi *B* 21 incoationem *B* 22 dirigetis *B* iunxirtes *B*[1] domine *VLTC* messale *B*[a]

**sis filius habere ante oculos cordis dei nostri dispensatione contingat. sed nolo prolixa esse quae aspera sunt. vale officio salutationis adcepto et correptum te suggestionibus meis frequentibus resigna muniis litterarum.**

## CCCLXXVIII (EPIST. 8, 4).

## ENNODIVS ARATORI.

**Ad longinqua digrediens caritatis inmemor extitisti. non licuit tecum piam 1
diligentiam muros exire. dum urbis habitator es, fabricatas blanditias non sine daedala arte custodis: at ubi rus petendum esse decreveris, quasi graves sarcinas amicorum memoriam derelinquis. tu villares delicias expetisti, et nos apud te inter moenium mala remansimus. non habuit radicem affectio, quam velut curarum tormenta separasti. dicas, unde tam velox exprobratio? nec aequum esse parari ante delicta tortorem. 2
scripturum te, mox fuisses ad optata pervectus, sine cunctatione promisisti. quantum pater tuus semper culparum tuarum vulgator exposuit, iam a te pueri paginis vacui commearunt. timeo, ne ista taciturnitas diuturnitate convalescat et in usum silentii turpis crescat incuria. domine mi, saluto ergo et promissi te memorem debere esse convenio, quatenus inter cana nemora redimitus hederis efferaris.**

## CCCLXXIX (CARM. 2, 149).

## DE FONTE BAPTISTERII SANCTI STEFANI ET AQVA QVAE PER COLVMNAS VENIT.

**En sine nube pluit sub tectis imbre sereno
Et caeli facies pura ministrat aquas.
Proflua marmoribus decurrunt flumina sacris
Atque iterum rorem parturit ecce lapis.
Arida nam liquidos effundit pergula fontes,
Et rursus natis unda superna venit.
Sancta per aetherios emanat limpha recessus,
Eustorgi vatis ducta ministerio.**

## CCCLXXX (DICT. 22).

## PRAEFATIO.

**Copiose quidem egregius adulescens inventorum suorum divitias in ordinem 1
digerens verborum quoque ubertate dotavit et, quae pro religione esse credidit, digno reverentia ore deprompsit. sed procul opinionis insidias cessent malignorum commenta**

---

1 disspensatione *B*    2 accepto *V*    correctum *VLTC*    3 sucgessionibus *B*

[CCCLXXVIII] 4 aratori *in lit.* *B*    5 licuet *B*    6 es] et *B*    7 at] ad *B*    8 dilicias *B*    9 habuet *B*    sepasti *sup. lin.* ar *B*    10 tam *sup. lin.* *B*    ante *in lit.* *B*    torrorem *B*    11 scributurum *B*    fuissis *B*    promis | sisti *B*    12 exposui etiam a *B*    13 conualiscat *B*    14 criscat *B*[1]    mi] mihi *BVL*    ego *Sirm.*    15 quatinus *V*

[CCCLXXIX] de fontes aptestirii *B*    stephani *V*    v. 1 en] et *B*    pluet *B*    inbre *B*    v. 4 parturet *B*    v. 7 linfa *B*

[CCCLXXX] 17 adolescens *B*    18 digerens] deserens *B*    ditauit *Sirm.*    19 depromsit *B*    insidiis *Hartel*    insidiae sint! *fort.*

tractatuum! non nos contra Aratorem dictionis pectus opponimus ⟨sed⟩ nec erumpentem in lucem laudis palmitem inimica falce truncamus, sed quem verborum callem sequi debeat demonstrantes, scimus in illo nobis clarius, si eum praeferri contigerit, triumphandum, quia de nostro hausit quicquid deo amplificante de scientia opum largus effuderit.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI.

## THEMA.

LEX: De capta civitate hostium sacerdotes et vestales virgines liberi dimittantur.

2 Post secundos bellici certaminis eventus inter triumphos et laureas vires habere
non potest lex ad resistendum recitata victoribus. quid gladiis per affectionem mortis
egimus, si erit quod post proelia formidemus? iacet ante oculos meos quicquid
hactenus minabatur exanimum, et postquam fusa est inimica congressio, nescio quid
3 nobis adferunt defunctorum principum decreta terroris. nescit probatae qualitatem
virtutis expendere, qui de cartarum freno superbit armatis. adquiescant istis inertia
corda repagulis: ego quicquid mihi licentiam tollebat, ense dispersi. illud tantum
potest nobis quicumque negare, quod nolumus; illum contentus sum habere terminum,
ad cuius me transgressionem desideria non vocarunt. mihi quicquid praevaluero habere,
lex tribuit. otium et toga denegantes aliquid ferant: mihi totum natura peperit, quic-
4 quid in procinctu constitutus extorsero. sola nobis scripta iura sunt, nil timere. et
haec quidem auribus vestris, quasi bona esset formula quae obiectabatur, adserui.
nutrix tamen virorum fortium lex, vindex libertatis, patriae munimentum, iubet post
certamen heroas suos recidivam intentionem habere de praemio; et gestis non contenta
felicibus dum tollit sudoris pretium, frangit studia dimicandi. ergone bona sunt prae-
cepta quae, ne boni efficiamur, occurrunt? quae cum fructum adimant, dant laborem?
5 censores prudentissimi, de aliena nos facultate castigant. numquid aequum est habere
valitudinem sanctiones de externo iure conscriptas? aut videtur rationi vicinum spem
de futura possessione praecidere? quid nobis religionis in sacerdotum personis nomen
opponitis? deo duce, quem in illis veneraris, optinui. cuius intuitu desideras eos de
iugo nostrae servitutis evadere, ipso noveris teneri illos inperante captivos. contra
superos nititur qui, quoscumque illorum sententia prosternit, extulerit. quos festinas
eripere, nequaquam effecti fuerant hominum, si meruissent ministri esse caelestium.
6 ecce tecum de sapore legis, quasi non habeam quae responsi loco obiciam tela, con-
tendo. quam iustitiam putas in illa iussione, quae, ut hostem fulciat, socios inperia
propagantes addicit? tolle spem praedae, tulisti vota certaminis; et si defrudatur
7 genius laureati, ad paenitentiam rediet quicquid contemptu lucis expetii. facessat a

---

1 tractuum *B* non *om. VLTCP* comtra *B* sed *inclusi* 3 scimus $T^2$ *et Sirm.*, sicimus *BVL*$T^1$*CP*, sic scimus *prop. Hartel* illos *B* praeferre *B* triunfandum *B* 4 nostris *Sirm.* anplificante *B* largius *Sirm.* 6 in nomine — sancti *om. VLTCP* 8 de capciuitate *B* uirginis *B* 9 dimitantur *B* 10 bellici *B*$T^2$, belli *ceteri* triunfos *B* 11 gladii *B* 12 post *sup. lin. B* 13 examinum *B* fu•sa *B* nescio (sc *in lit.*) *B* 14 principium *B* qualitem *sup. lin.* ta *B* 15 adquiescantis inertia cordis *B* 16 ense (se *in lit.*) *B* 17 quicumque] quisque *Sirm.* 18 cuius] cupis *B* 19 tribuet *B* 20 procincto *B* 22 tamen] uitam en *B* iobet *B* 23 heroas] aeroas *BV* suus *B* et] at *vel* sed *malim* 24 tollet *B* dimicamdi *B* sint *Sirm.* 25 quae cum] quecumque *B* fractum $B^a$ ademant *B* dant *B*, *om. ceteri* laborum $T^2$*CPb* 26 alieno *B* 27 conscribtas *B* uedetur *B* 28 religiones *B* nomen *om. Sirm.* 29 opponetis *B* optenui *B* optinui . Tu desideras (*om.* cuius intui) *VLTCP* 30 ipsos *CPb* illos inperante *B*, illo inspirante *ceteri* 31 prosternet *B* 32 fuerant effecti *TCPb* 34 socius *B* 35 addidit *B* tullisti *B* deprudatur *B*, defraudatur *ceteri* 36 contemtu *B* expetiit *CPb* facescat *B*

prudentibus aequitatem huiusmodi, non dico lege, sed tyrannica inscriptione requirere,
quae ingrata numinibus, inimica virtuti, contra fas et iustitiam pugnat mentito colore
pietatis. nescis, loquacissime hominum, quam iustus dolor de amissa laboris fruge
nascatur. hoc est dicere, quicquid dis ducibus adquisistis, eripimus. vidi urbem
inimicam quasi uno incendio senescentem et ipsas caelicolum sedes desertas et
spoliatas divinitate prosterni: et putas remansisse quidquam quod non debeat esse
victoris? quid quod! ipsa frivola et inanis constitutio obscuritate confunditur. dicit 8
enim sacerdotes vel Vestales virgines debere libertate gaudere. credo illos nominat,
in quibus domicilium suum esse caeli habitator ostenderit, quos maiores esse hominibus
aetherius favor sua luce signaverit; indicit eorum reverentiam, quos agnosci volunt
divina pontifices. vidimus miseros, quos tuetur iste, inter favillas lapsae urbis de sola 9
expectantes lamentatione praesidium et nil habentes fiduciae de proposito inter turbas
captivitate pressas errare. non illis inerat peregrinus splendor in vultibus, non quae
officium nuntiaret hilaritas. nesciunt inter adversa turbari, quibus in saeculi tempe-
statibus de innocenti conscientia portus occurrit. vidimus adflictiores ceteris trepi-
dantibus, quibus nuda nomina, lex ridenda, concedis. qui remansit locus in meritis, 10
si sacramentum istud solo constat in titulo? dici credo aliud, aliud esse pontificem.
vidi saepe ante confectas ieiuniis facies directa in iugulum tela cecidisse et retusos
ab inermibus gladios rigentem perdidisse naturam. si creditis religiosa dicturo, non
fuit templorum minister qui inter quaelibet discrimina humano eget auxilio. scit
supremus arbiter possessionem suam nova luce vestire. non latet caelestis illa per-
mixtio et, quamvis humanae fragilitatis tunica vestiatur, effulgorat. quid quod! ipsi 11
parati ad famulandum veniunt qui trahi ad servitia non merentur. hac extremitate
qui indignus est non rebellat. occurrunt ad obsequia quorum mens est digna cul-
minibus, et pervicaciam mortalitatis eliminant quos nefas est ad inhonesta constringi.
isti tui pericula, si nequaquam absolvi mereantur, intendunt. non possunt subtrahi
hominibus, quae non intellegimus quicquam amplius habere de homine. iuvate me, 12
socii, iuvate consortes et garrulitatem inpugnatoris mei auxiliante veritate conprimite!
agitur res, de qua quid senserit superorum sententia, iam tenemus. addicantur in-
meriti, ut bonos habere possimus antistites. instituantur per istos, quos suos esse non
conciliatrix fabula, non incerta defensio, sed ipse summi dei fulgor enuntiet.

## CCCLXXXI (EPIST. 8, 5).

## FAVSTO ENNODIVS.

Directos a sancto episcopo artifices prosequi commendatione non opus est. res 1
enim plus suo placitura genio de devotione laudatoris abiurat iniuriam. familia est,

---

1 aequitatem *om. in fine lineae spatium 15—18 litt. integrum rel.* *B* tyrannicam *B* inscribtione *B* 2 nominibus *B* 4 diis *TCb* docibus *B* adquisitis *B* 5 seniscentem *B* ipsas] illas *Sirm.* 6 diuinitatem *B* remansisse *B*, remanere *ceteri* quicquam *V* 7 fribula *B* inanes *B* 9 habitor *B* 10 fabor *B* indicit (*scil.* constitutio)] indicunt *Hartel* agnosci (ci *in lit.*) *B* 11 uidimus *B*, uidemus *ceteri* fabillas *B* 12 expectantes *CP*, expectantis *BT*, exspectantis *VL* nihil *b* 13 captiuitatem *B* inerat *B*, erat *ceteri* peregrinus *B*, diuinus *ceteri* 15 uidimus *B*, uidemus *ceteri* afflictiores *V* tripedantibus *B*, repedantibus *VLT* 16 qui] quis *Sirm.* 17 constat] restat *Sirm.* 18 retusus *B* 19 rigentem (i *corr.*) *B* si creditis] sic redites *B* 21 suprimus *B* permistio *b* 22 tonica *BVL* 24 mens] men $V^1L$ 25 constri | gi (n *videri nequit*) *B* 26 tui $B^1$, cui *liturâ* $B^2$ substrahi *B* 27 quae *B*, quos *ceteri* homines *VL*, hominibus *Sirm.* 28 iubatem consortes (*om.* e socii iuuate) *B* conpraemite *B* 29 sinserit *B* sententiam *B* addirantur *B* 30 auere $B^a$, abere $B^b$ possimus habere *Sirm.* antestites *B* instituantuantur *B*

[CCCLXXXI] 32 Ennodius Fausto *b* 33 est. res] es tres *B* 34 suo $BT^2$, sua *ceteri*

quam cum videritis, non possitis ambigere ab ecclesia destinatam et de eius thesauris
et gremio sub hoc studio processisse, ut tractata liberaliter pariat vobis in illa melioris
saeculi commutatione mercedem. in quibus mancipiis iuxta adnuntiationem beatissimi
(Ambr. off. 2, 140.) 2 Laurenti martyris opes esse maximas quis negabit? sunt enim feminae, quae quamvis
exterioris hominis lumina perdidissent, mentium splendore radiabunt. quicquid enim
corporibus de prosperitate subducitur, ad frugem crescit animarum. nolite male
accipere, quod nec videre poterunt nec videri. procul a maturitate vestra inliciens
decore formositas. qui vitam suam sicut vos in hoc innocentiae calle disposuit, si
tales pascat, in caelis est. crede mihi, quamvis vobis gaudia pariat fusa ad deum
3 ubertas illa lacrimarum, contenti eritis possidere sub continuatione plangentes. inter
ista bona, quae praefatus sum, licet magno vobis labore et pretio constitissent, adicio
quae secuntur. una inter ipsas et ingenua et sine filiis est, puto, quod fit sanctis
vicinum desideriis, nec habebit. est enim in christianis hominibus fecunda sterilitas
4 et maximum solacium saeculi adiutoria non habere. — Sed ne forte animus vester in
occupationes publicas debeat de anagnostici prolixitate fastidium, quamvis bona in
principiis locata vos animent et quemlibet rancorem detergeat in exordio iuxta
oratoriam disciplinam locata dulcedo, tamen ne desideria vestra fabricata dissimulatione
suspendam: nulla ex illis documenta promerui, quia commemorationem mularum facere
episcopo durum videtur; et quamvis famuli vestri fratris Gaiani institisset efficacia et
5 supra modum nos pressisset inportunitas, nihil communi actione profecimus. hoc
tantum volunt inseri, multis sanctum patrem vestrum beneficiis vestris et gratia in-
vitatum muneris vobis vicissitudine prospexisse. quod genus documenti si placet sine
6 cunctatione rescribite aut, quae eius forma esse debeat, intimate. nunc ego ille peri-
clitatae utilitatis et in obsequiis vestris annis plurimis iam probatus, quantum egerim,
quod vix alter per infinita cartae damna narrasset, pernicibus sum verborum saltibus
elocutus.

## CCCLXXXII (EPIST. 8, 6).

### AVIENO ENNODIVS.

Credo ad iustitiam pertinere, ut quod a vobis expecto primus exhibeam. decet enim, ut qui bona opera praestulatur invitet exemplo. expugnat calcaribus tarditatem qui formam ministrat officii. his ergo salutationis munus inpertiens sanum me esse post inaequalitatem, quam pro peccatis sum passus, enuntio et statum vestrae prosperitatis inquiro, sperans ut in huius rei solutione multus incumbas.

## CCCLXXXIII (EPIST. 8, 7).

### SENARIO ENNODIVS.

1 Aput sanctas conscientias non negat caritati debita sua gratiae principalis occupatio, nec eliminat pii amoris aula fervorem. testimonium dat solidae adfectioni,

---

1 anbigere *B* tensauris *B* 3 adnuntio $B^1$, o *in* a *corr. et* tione *in spatio vacuo add.* $B^2$ 4 laurentii *V* negauit *B* 5 lumina (a *in lit.*) perdedissent *B* spendore $B^a$ 8 hac $VLT^1$ 9 credite *fort.* pariat (t *man.* 2) *B* fusa *om. B* 12 est *B*, et *ceteri*, est et *Hartel* poto *B* 13 cristianis *B* sterelitas (r *ex* l) *V*, insterilitas *L* 15 agnagnosticis *V*(s *exp.*)*LTCP* 16 anim • ent (*eras.* a) *B* iuxta $BT^2CP$, iux $VLT^1$ 17 fubricata $B^a$ 18 facere *scripsi*, facerem *libri*, feceram *coni. Hartel* 20 nos] nostra *coni. Hartel* proficimus *B* 21 graciam *B* 22 uicessitudine *B*, uicissitudinem *b* 24 plurimis *B*, pluribus *ceteri*

[CCCLXXXII] 27 Ennodius Auieno *b* 28 exspecto *V* 29 prestolatur *V* 30 me esse] messe *B* 31 inequalitate *B* pectis *sup. lin.* ca *B*

[CCCLXXXIII] 33 Ennodius Senario *b* 34 apud *V* scanctas *B* 35 elimenat *B* affectioni *V*

qui eam inter inpedimenta oblivione non obruit. commendate mihi scriptione culmina
vestra, quae voto inportunus emerui: custodia communionis honor est dignitatum. his 2
ergo obsequentissime salutans epistolas brevitate constringo, sciens posse productas
horreri, faciens ut pro me domino gratias referatis, qui molestiam quam pertuli, antequam eam discere potuissetis, absterait.

## CCCLXXXIV (EPIST. 8, 8).

## HELPIDIO DIACONO ENNODIVS.

Quibus modis fraternitatem tuam ad scribendum quave arte sollicitem, quando 1
homo verborum locuples in me silentia peregrina custodis? elegi, ut loqui te loquendo faciam et illam Atticam eruditionem ad epistolas alia garrulitate producam. iustum fuit, ut tot diebus a promissione desisteres et qualiter pervenisses nulla paginae directione signares? an forte circa me illam tuam cautellitatem aestimas esse
servandam? dedignaris conloquio, quorum gratiam multo sudore quaesisti. crede 2
mihi, nisi ab hoc te vitio sub ea qua ambulare soles velocitate suspenderis, necesse est, ut ad alios nostra patrocinia transferamus, qui memores constituti amorem munerentur obsequiis. his ergo salutans amico et medico indico me gravi corporis inaequalitate laborare, quam nisi te dictante pagina iocos exhibitura curaverit, distensam per tormenta ranulam longis hominibus coaequabo.

## CCCLXXXV (EPIST. 8, 9).

## MESSALAE ENNODIVS.

Si iam te favor divinus a proposito neglegentiae ad votiva ducit studia, si quo 1
te vena, quo domnus Faustus vocat adtendis, optata scriptione non taceas. sed timeo, ne dum officiosum desidero, sustineam rusticantem et incipiat hoc desideriis meis resistere quod cupivi. caelestes divitiae illam inertiam stimulo pietatis exsuscitent et
mendicitatem oris tui superna ope locupletent. ecce vel iniuriis provocatus scribe! 2
salutem ergo dicens rogo, ut quid circa te agitur tabellarum promulgatione cognoscam.

## CCCLXXXVI (EPIST. 8, 10).

## MAXIMO V. S. ENNODIVS.

Bene disponantur superno vota vestra iudicio! ipse ad nuptias tuas veniat qui 1
primo parenti, dum adhuc nativa inmortalitate gauderet, benedictionis munus indulsit.

---

1 culmina (a *corr.*) *B* 2 inportunus] inpor *B* commonionis *B* 4 horrei *BL* facite *coni. Hartel* 5 potuissitis *B*

[CCCLXXXIV] 6 hilpidio *B* diaci *B*, diaci͠ *VL* 7 solicitem *B*[1] 8 locuplepe *B*[1], ps *del. et* x *sup. scr. B*[2] eligi *B* te loqui *CPb* 9 alia] latina *Hartel*, italica *malim* producem *B* 10 tot] tota *VL* desisteris *B* pueruenissis (*pr.* u *del. man. ant.*) *B*, pueruenisses *VL*, puer uenisset *CPb* 11 signaris *BVL* an *BV*[2], ante *V*[1]*L*, aut *CPb* circa] contra *Pb* circam illam *B* cautillitatem *B*, cautelitatem *V* 12 designaris *B* colloquio *V* quaesiti *B* 13 te *om. CPb* qua *T*, quam *ceteri* anbolare solis *B* inambulare *coni. Hartel* 14 alius *B* constitui *B* 15 indeco *B* 16 laborere *B*[a] pacina iocus *B* 17 ranolam *B*

[CCCLXXXV] 18 Ennodius Messalae *b* 19 fabor *B* ducis *VL* 20 quo te domnus *Sirm.* domus *VL* Faustus] fautus *B* attendis *V* non taceas scriptione *VLTCPb* 21 officiosus *B*[a] 22 caelestis *B* stimulo] titulo *B*[1] 23 lucupletint (i *in* e *corr.*) *B* uel *om. Sirm.* iniuriis] inriis *B* 24 agatur *Sirm.* tabularum *Sirm.*

[CCCLXXXVI] 25 Ennodius Maximo *b* 26 nostra *b* 27 gaudere *B* benedictionis (b *ex* h) *B* supernae *ante* benedictionis *add. CPb*

faciat tibi Christus noster nec custoditae integritatis fructum perire nec munera nup-
tiarum. sic virginitas prosit ad subolem, ut castitati tuae fecunditas nil decerpat, et
miro dispensationis arcano nec saeculo, dum pater es, pereas nec dei gratiae, dum
2 pudicus. veniat super te, quod Isaac iuniori filio pie inductus optavit. illis domum
socrus auspiciis uxor introeat, quibus ad Tobiae penetralia nurus accessit. sit tibi
perfectae causa dilectionis in coniuge, in te virginitas custodita. solam illam tibi
deputatam noveris, cui te quasi non esses ex mundi faece servasti. ecce quia venire
3 non potui, oratione non desum. domine mi, spero, ut honore salutationis accepto quae
a me directa sunt dignanter accipias.

## CCCLXXXVII (EPIST. 8, 11).

## ARATORI ENNODIVS.

1 Miror cur devenustes turpi silentio ad Romanum decorem politi in te bona con-
loquii et coactas multo sudore divitias fugiens dispensationem taciturnitate consumas.
quidquid dignis conlatum fuerit, dum in usu est, ornat auctorem: ingeniorum elegan-
tiam qui concludit extenuat. unus error est prodire rusticantem et dignum laudis
2 honore delitiscere. numquid non habuisti digna memoratu? aut ego tibi visus sum
non colendus eloquio? fuit aliquando materia, quae sic omnium linguis et litteris
celebranda sit? quando ad nuptialem copulam perductus homo est, cui cum magna sit
lux natalium abundantia facultatum, disciplina et pudor utrumque transgreditur, qui
vitia carnis abiurans pro blandimento turpi respuebat, quidquid leges dedere pro
remedio, et nolens uxoriis corpus deputare servitiis putavit se addicere, si quidquam
3 mundo inpenderet liberam castitatem? haec etsi non diligis, debes tamen pro ingenii
tui ostentatione laudare. possumus te credere bonum fieri, si audiamus quae honesta
sunt praedicantem. nunc salutem largissimam dicens ut rescribas admoneo, et non
me de epistola mea aestimes, quam, deus testis est, dum de basilica remearem, trans-
cursione dictavi.

## CCCLXXXVIII (CARM. 1, 4).

## EPITHALAMIVM DICTVM MAXIMO V. S.

### PRAEFATIO.

Annus sole novo teneras dum format aristas,
  Natura in thalamis orbe tepente sedet,
Pingitur et vario mundus discrimine florum,
  Vna soli facies: gratia, cultus, amor.
Arbuta vitali coalescunt uda vapore,
  Lignea concretus semina sucus alit.

---

1 cristus *B* noster] nr̃t (t *in lit.*) *B* integritatēs *V*, integritates *L*, integritatem *CP* 2 sobolem *V* nihil *Sirm.* 3 dipensationis *B* archano *V* 4 isac *BV* 5 ad *om.* *B* paenitralia *B* 6 perfectae cassa *B*, causa perfectae *ceteri* tibi depotatam *B*, deputatam tibi *ceteri* 7 essis *B* 8 mi] mihi *BVL* 9 directa sunt *sup. lin.* *V*

[CCCLXXXVII] 10 Ennodius Aratori *b* 11 colloquii *V* 12 dipensationem *B* 13 quicquid *V* ornata *B* eligantiam *B* 14 eror *B* 15 deli•tiscere (*eras.* c) *B* 16 alloquio *coni. Hartel* 18 trangreditur *B*[1] 19 quicquid *V* legis dedero *B* 20 uxoris *CPb* quidquam• *B*, quicquam *V* 21 debis *B* 22 credere te *b* 24 dum de de basilica *B*

[CCCLXXXVIII] epitholamium *B*, epitalamium *V* v. 2 talamis *B* orpe *B*[1] sedit *libri*, *em. Sirm.* v. 5 coalicunt *sup. lin.* s *B* v. 6 lignea *scripsi*, ignea *libri*

Erigitur genio tellus tumefacta marito,
Torrida lascivis silva viret spoliis.
Lactans cespitibus in nodum truditur herba,
Vitea gemmatos brachia dant digitos.
In rerum vultu lex iungit pronuba taedas:
Aura poli ut sponsum germina cuncta facit.
Ergo pari voto lux caelum flumina Nereus
Montes prata ferae gaudia concipiunt.
De te quod vernat sortitur, Maxime, mundus,
Et naturalem dos tua comit opem,
Cui sanguis census genius mens vota superstant
Musarum primo fulta supercilio.
Saecula te fidei monumentum nostra dederunt,
Corporis et cordis virginitate parem.
Vincentem meritis sponsam dat candida vita,
Quae cum te superat, sic tibi palma venit.
Huic niveis consors adridet flamma labellis,
Alba verecundas spargit in ora notas. Ovid. am. I 2, 40.

ALIO METRO.

Adsit, oro, fons loquelae mente voce pectine
Ars natura Musa Phoebus qua tumet facundia.
Vile nil decet sonare in Maximorum laudibus.
Conterunt plebeia celsum saepe dicta verticem.

ALIO METRO.

Orbe captivo Venus alma fusis
Dotibus florum per amoena ludens,
Dum facit vernum pretio et micantis
Sidere formae,
Sprevit aurati decus omne pepli,
Advenae pompam noluit metalli,
Ditior cultu stetit effugato
Sparsa capillos.
Nobilis si quod bibit arte virus
Lana, mentito potior colore,
Dic! ita algentis pelagi lapillos
Nuda superstat.
Fulserant raro sub hiante filo
Pectoris gemmae in roseis papillis.
Invidum membris dum negat amictum,
Altera lux est.
Proditum risit sine nube corpus,
Carcere inrupto nituit serenum,
Quodque servabat male tuta vestis,
Panditur arte.
Aliger laxo remeabat arcu,
Marcidam damnans otiis faretram,
Sanguine in nullo madefacta lentus
Spicula gestans.

Tunc sic alloquitur matrem fluitantibus armis:
'Perdidimus, genetrix, virtutis praemia nostrae.

---

v. 8 torrida *i. e. quae hiemis frigore torrida fuerat]* turgida *Schenkl* v. 10 digitus *B* v. 11 vultu] cultu *Sirm.* lex] lux *malim* iungit (g *in lit.*) *B* v. 17 suprestant *B* v. 19 munumentóm (u *sup.* o) *B* v. 23 niveis] *immo* roseis consors *B*, concors *ceteri* adridit *B*, arridet *V* v. 24 alpa uericundas *B* v. 25 uoce mente *CPb* v. 26 foebus *B* v. 27 decit *B* v. 28 plebeia] Phoebeia *Sirm.* v. 31 facet *B* micantes *B* v. 33 sprevit] spernit $B^a$ p•epli (*eras.* l) *B* v. 37 bibet *libri*, *em. Sirm.* v. 39 dic ita *scripsi*, dic et *libri*, cedit *Barth. advers. p. 478* v. 40 suprestat *B* v. 42 roseis] *hic potius* niveis apapillis *B* v. 43 dum negat $BV^a$, abigens *sup. scr.* $V^b$, dum abiens negat *L*, dum al. abigens negat *CP*, negitando *Hartel* v. 45 riset *B* v. 46 innupto *B* nituet *B*, munit *CPb*, minuit *Schott* v. 47 uestes *B* v. 48 panditur (u *ex* r) *B*, proditur *ceteri* v. 50 otii *L et Sirm.*, vitiis *Barth l. c.* v. 51 lentus *Barth l. c.*, laetus *libri*

Iam nusquam Cythere sonat, ridetur Amorum
Fabula, nec proles nascenti sufficit aevo.
Frigida consumens multorum possidet artus
Virginitas fervore novo, sublimia carnem
Vota domant, mundus tenui vix nomine constat.
Primaevi tremulos fractis imitantur ephebis.
Rara per inmensos saeclorum, respice, campos
Coniugii messis! per flores sola vetustas
Exerit albentes ieiuna et pallida canos!
Vna fides rerum nulla dulcedine flecti
Et, si quid teneros potuit transducere mores,
Praeceptis calcare malis; servatur ubique
Iustitium; culpa est thalamos nominasse pudico.
Tu remissa iaces et tanti nescia iuris
Nuda per effusos respectas membra capillos.
Surge, age, et obstantem properanter discute somnum,
Ne te, quod turpe est, captivum numen habere
Iura pudicitiae vel lex malesuada putetur.'
  Talibus arsissent dictis et viscera ponti.
Ovid. met. 3, 169. Colligit in nodum passos lux aurea crines
Et naturalem concludens veste decorem
Mutavit formam. tunc quidquid fulget iaspis,
Quae viret in pretio pasturae ficta smaragdus
Et latet in concis melior custode veneno,
Alba venit, niveum sumptura ex corpore lumen.
Palla per adcinctos decrescit splendida lumbos
Et zona teneras conpressit dura papillas.
Adfatur natum: 'quem, spes mea, figere temptas?
Quem sequimur? quove ire iubes? post otia maior
Flamma decet: discant populi tunc crescere divam,
Cum neglecta iacet. superos nil perdere somno
Ostendant geminis reparata incendia curis.
Maximus ecce, vides, generis spes unica summi,
Verg. Aen. 6, 715. Dulcibus inludit per longa oblivia taedis.
Sectatur matrem, quae caelo purior ipso est
Femina, quam scimus mulierem vincere mente.
Hic domuit puerum mores sortitus avorum.
Quod pudet, heu longo nobis nescitus in aevo est!
Huius ad abstrusas veniat mea lampada fibras:
Suspiret cupiat discurrat ferveat oret.'

---

v. 55 cytere *B*, citerea *ceteri*, Cytherea *edit.* riditur *B* v. 56 sufficet (s *ex* f) *B* v. 57 possidit *B* v. 59 domant et mundus *B* v. 60 fractos *Hartel* efoebis *BVL*, ephebi *Hartel* v. 61 inmensus *B* campus *B* v. 62 mensis *B* v. 63 canos *Schott et Sirm.*, canus *codices* v. 64 fedis *B* v. 65 quid *B*, quis *ceteri* transdure mortes *B* v. 68 iacis *B*, iacet *VL* v. 71 ne *BVL*, nec *rel.* v. 72 mallesuada *B* v. 73 ponti *B*, ponto *ceteri* v. 74 colliget *B* passus *B* v. 76 mutauet *B* quicquid *V* iaspes $B^{b}$*VL*, iapes $B^{a}$ v. 77 ma•ragdus (*eras.* g) *B* v. 79 uenet niuium *B* v. 80 palma *B* accinctos *V* splendida] plandida $B^{1}$ v. 82 affatur *V* v. 83 iuues *B* v. 84 decit *B* v. 85 neglicta *B* v. 87 uidis *B* *versus 90 et 91 transposuit B* v. 91 domuet *B* sortitus $BV^{b}$, sortitur $V^{a}$*LCP* v. 94 suspirat *B*

Haec ait et subolem fotu conplexa benigno
Mollia mellitis artavit ad oscula labris.
Ille volat celeri tranans per nubila vento,
Omnia lascivo socians elementa furore.
Vt stetit et iuvenem formae conspexit in ostro, Verg. georg. 3, 17.
'Tune Dioneum tumefactus despicis?' inquit.
'Huc, Venerem culture, veni: qui tardius arsit,
In multum calet ille rogus, celeresque favillas
Restituit quaecumque pyrae subducitur arbor.'
Deprompsit iaculum, quo divos fixerat omnes,
Tunc pulcer, teretem flexuram protulit arcus,
Singula diverso traxerunt brachia calle,
Pinnigeri vulnus praesensit dextera fatum.
Moxque ferit, laeto factum clamore salutans:
'Ille ego! quid trepidas! semper contemptus adhaesi
Visceribus, fugitive, tuis. hac victima matri
Litamus, multis quam tu non suspicis annis.'
Ecce iterum magno rimatus stemmate cretam,
Quam thalamis iungat, cernit sublime puellae
Sidus et adtonitus ad matrem lumina flexit,
Germanam credens: conlaudat nobile furtum.
Sed teneram leviore ferit puer ille sagitta,
Inque virum totos exhausit fortior ictus.
Post haec digrediens permulcet pectora dictis:
'Nostra tuas, iuvenis, confortent vulnera vires.
Nam quicumque mea est percussus cuspide, crescit.
Haec faciunt multos, si credis, bella nepotes.
Sis felix semperque feras mea munera tecum!'

Nunc me Pierio favore iutum
In laeta, proceres, locate fronte.
Sustentent gracilem per omne carmen,
Qui doctum faciunt benignitate.
Quod nunc ingenium premunt pruinae,
Distendat refovens decore vernum.

---

v. 95 sobolem *V* v. 96 artaue *B* labris **** ***** (ille uolat *eras.*) | Ille uolat *B* v. 97 ille *B*, illa *ceteri* celeri] cele *B* v. 100 ditioneum *B* dispicis *B*, despicit *VL*[1]*P* inquid *B* v. 101 cultore *B* v. 102 calet ille *B*, ille caret *ceteri* rogus *om. VLCP* celerisque *codices, em. Schott* fabillas *B* v. 103 restituit *scripsi*, restituet *libri* v. 104 depromsit *B* diuus *B* v. 105 tum *Sirm.* pulceri *B*, pulcher *V* teritem *B* protulit *scripsi*, pertulit *libri*, perculit *Sirm.* v. 106 singula] spicula *Hartel* v. 107 penniger i *V* uulnus *B*, uultus *ceteri* praesensit *scripsi*, praesens et *B*, praesentet *ceteri*, praesentit *Hartel* fatum] tactu *Hartel* v. 109 quid trepidas *B*, qui trepida *ceteri*, qui trepidus *fort.* v. 110 fugitibe *B* v. 111 suscipis *B* v. 112 temmate *B*, sanguine *Sirm.* *(cf. Verg. A. 4, 191)* v. 113 cernet *B* v. 114 attonitus *V* v. 116 feret/////// *B* v. 117 totus *B* exausit *B*, extorsit *ceteri*, contorsit *Sirm.* ictos *B* v. 118 permulcit *B* v. 122 munera *B*, uulnera *VLCP* v. 123 iutum *B*, iustum *ceteri* v. 128 distendat (nd *in lit.*) *B* decore] tepore *Hartel*

## CCCLXXXIX (EPIST. 8, 12).

## ENNODIVS FLORO.

1 Qua te devinctione teneam, qua diligentia conplectar, ex animi tui potes quali-
tate colligere. vix enim amari contigit, nisi quos sinceriter amare constiterit. con-
greditur inter se caelestis vigor animarum et studia sua mutis sibi pandit affatibus.
et ideo si vicissitudinem mihi reddere disponis, insiste domno, ut suburbanum illud,
dato si dignatur a me pretio, comparari iubeat: quod dum in Liguria fuero, feliciter
2 habeam et post obitum meum ipse suique possideant. mihi tamen post deum liber-
tatem substantiam videtur ipse conferre, si hoc beneficii per ipsum fuero consecutus.
sed sic filia tua vivat, sic de illa quales optas filios teneas, sic deus animam tuam
sanctos suos faciat coaequari et frater tuus vivat, ut insistas suppliciter inportune,
3 quatenus ad effectum petitionem meam perducas. cogitet deum, cogitet necessitates
meas, quia nihil est quod potentia ipsius, quod affectus circa me maius possit praestare.

## CCCXC (EPIST. 8, 13).

## ENNODIVS AVRELIANO PRESBYTERO.

1 Affectionem mentior, si vobiscum digrediens non remansi et beatitudinem vestram
mecum quamvis locatam in statione non detuli. et quia animus in me, ut in ceteris,
inperator est corporis, ipse circa diligentiam vestram est tota intentione captivus. ergo
salutationis honorificentiam debita humilitate persolvens nihil valitudini meae de itineris
2 confractione indico decessisse. ecce qua sollicitudinem vestram benigni studii cura
remuneror! facite, quod scriptum est, adcepta restituentes de prosperitatis vestrae
me significatione gratulari.

## CCCXCI (EPIST. 8, 14).

## ENNODIVS FAVSTO.

Tacerem molestias meas, nisi intellexissem, quod sollicitudo vestra me sublevat. nam dum agnoscitis, quam variis morborum fatigor incommodis, pro peccatis meis febribus frequenter addicor et vires, quae videbantur restitutae, franguntur. ergo vos remedia consueta praestate et usum illum sanctae conversationis inpendite, ut quidquid medicina mortalium non valet, fusis ad deum nostrum precibus inpetretis.

---

[CCCLXXXIX] 2 diuinctione *B* 3 contigit *scripsi*, contiget *B*, continget *ceteri* 4 effatibus *B* 5 si *om. VLTCPb* uicessitudinem *B* 6 si dignatur dato $P^1b$ 9 uiuat sic sic de *B* 10 scantos *B* sanctis suis *TCPb* faciet $VLT^1CP^1$ suppliciter (li *in lit.*) *B* 11 quatinus *V* petionem *B* cogite *b*, cogites *Sirm., et sic utroque loco* cogitet deum *sup. lin. B* 12 praestare *cod. Ottobon. Schott et Sirm.*, stare *ceteri*

[CCCXC] 15 quamvis] quam uix *B* locatum *B* et *del. Hartel* in ceteris] interis *B* 16 captiuos *B* 17 ualitudine *B* 19 rem muneror *B* accepta *V* restituenstes (s *del. et* n *sup. scr.*) *B*

[CCCXCI] 22 tacerem] tarem *B* 23 nam dum] nondum $T^2$ *et Hartel* agnoscitis *B*, agnoscetis *ceteri*, cognoscitis *Sirm.* imcommodis *B* 24 quae* *B* 25 scanctae *B* quicquid *V*

## CCCXCII (EPIST. 8, 15).

## ENNODIVS EDASIO.

Ante experimentum amicorum fides occulta est: postquam in lucem processerint, 1
eorum qui aliquid saporis habuerint sibi mentes obligat. est tamen nimis libera
servitus, quae caris exhibetur. confiteor magnitudini tuae: latebat me ante relationem
hominis mei, quid in sublimitate tua et saporis et gratiae sub nobili humilitate deli-
tisceret; didici hominem, qui canam in fide beatitudinem, dum amicorum absentiam
bene tractat, exsuperet. plura quidem discedens promiseras, sed ad genium conscientiae 2
tuae majora praestitisti. domine fili, salutationis effusissimae munus inpertiens ago
atque habeo insufficientes gratias de his, quae mihi in prima notitiae fronte conlata
sunt. quod restat, deprecor, ut residua illa mancipia teneri iam facias. ecce fiduciam
de bonis praecedentibus descendentem! qui ante ignoto preces metuebat offerre, iam
non dubitat inperare.

## CCCXCIII (EPIST. 8, 16).

## ENNODIVS BARBARAE.

Non ego debiti inmemor ab officiis temperavi nec constituta despiciens garruli- 1
tatem meam ab obsequii exhibitione suspendi, sed postquam ab urbe regressus sum,
continuo me variae aegritudines et quicquid ad mortem vocat artavit. vere, domna
mea, sic vobis vestrisque laeta contingant, quia ad testimonium veteris mysterii Christus
noster iterum quamvis peccatorem nec ut illum, qui amicus dici meruit, sed rursus
vocavit Lazarum de sepulchro. est facti unitas in distantia personarum, eo nunc 2
amplior magnitudo divini operis, quia quod ille meruit mihi cessit indebite. haec
causa me ab officii promulgatione revocavit. postquam tamen ad vitam reductus sum,
continuo me ad servitia vobis solvenda converti, rogans deum, ut vos vestrosque
superno tueatur auxilio. promitto mihi etiam et desideriis meis, quod cum felicitate 3
vestra et gaudio ad comitatenses excubias, quae votis meis satisfaciat, dignitas adepta
vos evocet. noli, domna, huic te labori, huic oneri submovere. videant bona Romanae
civitatis provinciae et, quae monitis vix instituuntur, per bona quae vobis deus con-
tulit formentur exemplis. rogo tamen reverentia salutationis exhibita, ut expectatissimo 4
me relevetis alloquio, sed nec alterum dictare patiamini quae ad me scribetis: sic
numquam ab impetratione oratio vestra pellatur.

## CCCXCIV (EPIST. 8, 17).

## ENNODIVS STEFANIAE.

Credo vos et ignorantes meis periculis subvenisse. aut quare confidam nescire 1
quicquam quos per deum contingit universa praenoscere? postquam enim ab urbe

---

[CCCXCII] 2 processerint *B*, processerit *ceteri* 3 est (e *ex* a) *B* nimis] minus *Sirm.* 4 magnitudin//// tuae laebat me////////ante *B* 5 dilitisceret *B* 6 dedici *B* /////absentiam (abse *in lit. ex* absti) *B* 7 trattat *B* exsuperet *scripsi*, exsuperit *B*, exsuperat *ceteri* 8 filis amationis effussimae *B* 9 notitiae *Hartel*, potitiae *codices*, pueritiae *b* 11 praecidentibus discendentem *B* offere *B*

[CCCXCIII] 14 temporaui (po *in lit.*) *B* 15 obsequi *B* suspendis *B* sed (d *ex* t) *B* 16 aegritudinis *B* 19 eo] et *CPb* 21 oficii *B* 23 ausilio *B* 24 uestrae *B* commitatensis *B*, comitatensis *ceteri*, *em. Sirm.* 25 honeri *BVLT* 26 institu∘untur *B* 27 exspectatissimo *V* 28 reuelatis *B* patiamine oratio *B om.* quae ...... impetratione

[CCCXCIV] 31 peculis *sup. lin.* ri *B* 32 continget *B*

redii, reparata sunt in me divina mysteria et, quod senuerat temporibus, novellis resurrexit
exemplis. iterum vocatus est Lazarus de sepulchro, non quidem illius par merito qui
amici redemptoris nomen emeruit: sed in diversitate actuum unius convenit forma
2 mysterii. deductus per aegritudines multiplices ad sepulchra, sed caelesti voce revo-
catus, ad haec primum quae vobis solvuntur officia me converti, credens placere deo,
si cultoribus eius per linguam, quam ipse reddidit, principe loco exhibeantur obsequia.
ergo reverentia salutationis inpensa deprecor, ut pro me, sicut poposci, orare adtentius
procuretis, ut per meritum vestrum divina clementia dignetur confirmare quod tribuit,
3 et frequenter me pia litterarum vestrarum promulgatione sublevetis. rogo, ut nullum
alium dictare facias, per domni Asteri animam et professionem tuam: sic ei nitor
quem optas usque ad consummationis tempus adsistat.

## CCCXCV (EPIST. 8, 18).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Coegit me ad studia mea portitor praesentium litterarum et quod volebam prope
inportunus exegit. sic contulit beneficium qui poscebat. iste in negotio suo probatum
mundo iustitiae vestrae poscit examen, nec ab aliquo veritatem causae suae discerni
aestimat, si cessetis. pro hoc precator accedo, ut dum adestis mandatis caelestibus
2 et veritatem tota intentione perquiritis, adflicti hominis necessitatibus subcurratis. spero
etiam servitio salutationis inpenso, ut indicio me prosperitatis vestrae non neglectis
quae frequenter se ingerunt occasionibus sublevetis.

## CCCXCVI (EPIST. 8, 19).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Quamvis omnis frequentia litterarum videatur rara sollicitis nec sufficiat provi-
dentia pro pietate suspenso, tamen pars ista cui inpenditur, nisi responderit, ab
humanitate seiungitur. ergo salutationis officia praefatus deo tribuente indico mecum
sanctorum suffragiis et vestris precibus iam melius agi et illam desperationis et febrium
2 intepuisse valitudinem. nunc, quod restat, spero ut petitionem meam, quam per con-
famulum meum fratrem Florum destinavi, suscipere solita benignitate dignemini, quia
etsi mihi ad praesens res videtur esse conpendii, vobis, quibus magis futura cordi
sunt, utilitas ex hac parte summa respondet.

## CCCXCVII (EPIST. 8, 20).

## ENNODIVS AGNELLO.

Si valerem vos corpore prosequi, verbis abstinerem: at cum illa res valitudine
deficit, ista subcurrit. scit secretorum discussor, me et divisum praesentia a vobis

1 raparata *B* nonuellis *B*[1] 2 uocatus (t *ex* m) *B* par] per *B* 3 formam *B* 4 aegritudinis *B* sepul∙cra *B* 7 attentius *V* 8 tribuet *B* 10 austerii *CPb* 11 obtas *B*

[CCCXCV] 13 coegit] coegio *B* literarum *B* 14 exiget *B* poscebat *Hartel*, eoscebat *B*, exigebat *ceteri*, exposcebat *fort.* probatum] probatus in *B* 15 causae] cacisae *B* 17 afflicti *V* subcurrates *B*, succurratis *V* 18 seruitio salutationis *B*, salutationis officio *ceteri* neglictis *B* 19 occassionibus *B*

[CCCXCVI] 21 omnes *B* 22 pars ista] per est *B* 24 disperationis *B* 25 intepoisuisse *B* petionem *sup. lin.* ti *B* 28 respondit *B*

[CCCXCVII] 30 uos *om. Sirm.* at] ad *B* ualitudini *b* 31 deficet *B* subcurret *B*, succurrit *V*

abesse non posse. proinde sollicitudinem vestram nuntio prosperitatis meae relevo et, propter quod concessum est epistolare commercium, vestram requiro, indicans honore salutationis inpenso puerum me ad suscipiendum caballum direxisse. tantum est ut talem mittatis, quem et vos dedisse clareat et ego pro honoris summa me gaudeam suscepisse.

## CCCXCVIII (EPIST. 8, 21).

## ENNODIVS BEATO.

Si possem scribendo delere paginam meam, multiplici hoc facere intentione 1
procurarem. sed quia non est fas hominem non errare, ego ille canus, sed pater tuus, ne umquam prioris epistolae meae sis memor, exposco: sic te pater et patria talem, qualem per singulos dies omnibus protestor, excipiat. alienis scriptis credidi, ut stili mei inportuna festinatione morderem. tu feceras quod sapiens, qui soli domno Probo
arcem tenenti inter doctos versus ⟨meos⟩ relegeras, quod facere decuit. ego inportunus, 2
qui alteri credere non debuissem, quantum video, frustra commotus sum. vade ergo ad domnum Probum — sic pater tuus vivat, sic me, quem semper amasti, viventem audias, quia ista pene mortuus dictavi — et osculare illi genua pro me et dic illi de illo extremo versu: Terentianus me induxit in illo exemplo 'sic fatur lacrimans, mittit Terent. Maur. 1951.
habenas'. omnia tamen, quae fuerunt digna correctione, praevidit. saluto amore quo 3
debeo. si evasero, emendo versus ipsos et sic dirigo. nam litteras tuas, quas per infantem Rufinum direxisti, Iulio mense suscepi: unde me contigit nescire quid actum fuerat, ut taliter moverer.

## CCCIC (EPIST. 8, 22).

## ENNODIVS LIBERIO.

Qui iustius prosperitatis meae cognoscit indicia, nisi qui sinceriter et indesinenter 1
optavit? nec convenit prius alterum desideria aliena cognoscere. ergo servitio salutationis exhibito indico me caelesti beneficio, postquam cessavit humana curatio, mox
sanatum. revocavit me ad spem prosperitatis res illa, quia medici destiterunt. nunc 2
gaudia vestra, sicut de me aestimo, cognoscentes mecum laudibus prosequimini tanti beneficii largitorem et, si adhuc vos longior mora detinet, quam bene valeatis litteris intimate.

## CD (EPIST. 8, 23).

## ENNODIVS FLORO.

Spectabilis vir Eleutherius in negotio suo, quod a domno praefecto audiendum vicarius susceperat, ad amplitudinem vestram a me commendaticias speravit, credens

---

1 meae prosperitatis *VLTOCP* 2 uestrum *b* 3 cauallum *B* 4 mittates *B* 5 gaudiam *B*

[CCCXCVIII] 7 possim *B* 8 set *B* 9 ne] nec *B* te *in lit.* *B* 10 stili] simili *B* 12 artem *CPb* tementi *B* meos *om.* *B* religeras *B* docuit *B*[a] 15 genua *T*[2]*b*, ienua *CP*, ianua *B*[b]*VL*, anua *B*[a] 16 terentinus *B* mittet *B* habenas] haumas *B* lacrimans classique immittit (mittit *CP*[1]) *perperam ex Verg. Aen. VI 1 cum CP suppl. editores; non de hexametro, sed de Phalaecio agitur, cf. p. 286, 7 et 260, 20* 17 tomen *B*[a] 18 emendo ipsos (ipsus *B*[a]) uersus *B*, uersus ipsos emendo *ceteri* 19 contiget *B* quid *BVTC*, quod *Sirm.* 20 fu • erat *B*

[CCCIC] 21 liberio *B*, floro *ceteri, cf. p. 284, 5* 22 iustus *B* sinceriter] senceri (er *in lit.*) *sup. lin.* ter *B* et *om.* *B* 24 caelisti *B* curratio *B*[1] 25 me *om. Sirm.* destituerunt *coni. Hartel* 26 prose qui mittanti *B*

[CD] 30 heleutherius *B* ad domno *B* 31 susciperat *B* amplitudinem (1 *in lit.*) *B* sperauit] impetrauit *CPb*

salva iustitia opem sibi integram posse subpetere, si meis apud vos iuvaretur alloquiis. rogo ergo honore salutationis exhibito, ut ei, si vere contra aequitatem laborat, manum medicam porrigatis, quia nefas est, ut in praeiudicio bonae causae prodesse sibi calliditas videat quod molitur.

## CDI (EPIST. 8, 24).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Vsum suum benignitas vestra supra homines locata custodit. vere medicina est
cura sanctissimi; nam venerabilis conscientia deo semper insinuat quod requirit.
digressis vobis acrior me calor exussit et ad omnem desperationem praecipitante diabolo
2 vela patuerunt. venit ad me medicus et dixit se quod faceret non habere. hinc mihi
maior spes, quando homo cessaverit. continuo me cum lacrimis ad caelestis medici
auxilia converti et domni Victoris oleo totum corpus, quod iam sepulcro parabatur,
contra febres armavi. scit deus meus: mox adfuit magni militis imperator, et quod
per testem eius idoneum poposci incunctanter optinui. mox fervor ille aeterni frigoris
procurator intepuit et hora nona, sicut legitur, Christo meo mandante discessit. scio
orationis vestrae tempora, scio lacrimarum copiam in illo quoque momento iuvisse
3 laborantem. ecce indicia votiva non tacui! sed portitorum raritas desiderium commune
suspendit. nam me multum iuvat relevatio vestra, quam*quam* a vobis minime, qui laeta
respuistis, optetur.

## CDII (EPIST. 8, 25).

## ENNODIVS FAVSTO.

1 Mox ubi me gratia superna respexit et animam de iudicii caelestis vicinitate
trepidantem concesso, ut melioraretur, vivendi laxavit spatio, magnitudini vestrae bene-
ficia per litteras divina non tacui. vere cessantibus medicis illius, qui innocentia et
lacrimis emitur, medicina non defuit. credite, nisi mihi subvenisset destitutio curantium,
nil valerem. nam quia aegrescebam hominum studiis, coepi neglegentia iam sanari.
2 haec quidem prioribus intimata sunt: sed ne occasio praeteriretur, adieci, sperans
obsequio salutationis oblato, ut me de prosperitatis vestrae, de qua pendeo, sublevetis
alloquiis.

## CDIII (EPIST. 8, 26).

## ENNODIVS AVIENO.

Necesse est, ut qui desiderat scripta vestra, non taceat nec silentii exemplum tribuat, qui cupit alloquium. iuxta orationum vestrarum suffragia, quos innocentia et

---

1 subpeteres *B*, suppetere *V* iuberetur *B* 3 porrigates *B* 4 mulitur *B*

[CDI] 5 fausto *sup. scr. V*[b], floro *V*[a] 7 scanctissimi *B* requiret *B* 8 callor *B*[1] exussit] ex//////// *sup. lit.* ussit *B* disperationem *B* praecip////tanti diabulo *B* 9 facere *B* 11 oleum *B* sepulchro *V* 12 fabres *B*[a] 13 teste *B* optenui *B*, obtinui *V* 14 nona] septima *Iohan. 4, 52* cristo *B*, domino *CPb* 15 cupiam *B* quoque tempore momento (tempore *del. man. 1*) *V* iubisse *B* 16 indicium *B*[a] 17 iubat *B* quamquam *scripsi*, quamuis *Hartel*, quam *BVL*, qua *T*, quae *CPb* a *om. B* menime *B* 18 respoistes *B*

[CDII] 20 ubi••• (*eras.* que) *B* 21 magnitudini• (*eras.* s) *B* 22 et *in fine lin. om. B* 23 lacrimis emittit utio currantium *B om.* ur medicina ..... subuenisset des 24 namquia *bis (alt. del.) B* egriscebam *B* 25 adieci *Sirm.*, adie *libri* 26 oblato *in lit. B*

[CDIII] 29 scribta *B* 30 cupet *B*

devotio deo nostro facit adceptos, meliorem me esse iam sentio, desiderans honorificentia salutationis inpensa quam bene valeatis agnoscere, quia post receptam salutem unicum est solacium bono vestrae prosperitatis adtolli.

## CDIV (EPIST. 8, 27).

## ENNODIVS BARBARAE.

Quamvis adhuc inter extrema sim positus et pro peccatorum meorum mole 1
domni mei beneficia, dum mereor in longum conteri, non sequantur, reverentiae tamen
vestrae et obsequiis quod debet pendens anima non omisit. paene iam vocatur
ad iudicium et adhuc suspicit in hac luce quos coluit. quam vera est illa sententia,
quod sanctus affectus nec morte pereat! ergo, domina mea, servitiis vos debitae salu- 2
tationis prosequens rogo, ut agnitis quae circa me geruntur, pro illo quo omnibus
eminetis et sanguinis nitore et conversationis radiis, domno meo apostolo et ceteris
eius fratribus subplicetis, ut per eos exorata dei potentia clementiae suae, quae tarda
esse non solet, beneficia non refrenet.

## CDV (EPIST. 8, 28).

## ENNODIVS BEATO.

Qua mihi vicissitudinis, qua obsequiorum cura pensabitur, quod te et frequentibus 1
paginis alloquor et officio sermonis tui in lucem exire publicam non detestor? non
me aetas tua, non ingenio meo potest revocare par formula. eligo benignis plus
credere quam peritis, ut bona originis anteferam studiis. quod fidelis es, divini est
muneris in natura: eruditio per deum veniet res secunda. necesse est, ut totum tibi 2
amor integritatis exhibeat primarum partium insignia iam tenenti. ergo honore salu-
tationis adcepto noveris me iuxta petitionem vestram epistolam ad vos admonitionis
quamvis sub festinatione dictasse, quam ad domnum patricium Symmachum idcirco
dirigere procuravi, ut quod in ea emendatione dignum est corrigatur. sed propter
subreptionem neglegentiae te quoque eius exemplaribus informavi. qua de re tu apud 3
te esto et cave ne tibi ad te perlata manifestes conprehenso superius eminentissimo
viro, ceu rem novam postulans, quia si eius eam magisterio placuisse cognoveris, ad
notitiam perferre eorum qui sapiunt non timebis.

## CDVI (EPIST. 8, 29).

## ENNODIVS BEATO.

Non mihi tuus error inlusit nec retroversa decepit adfectio. tu aetatis naturae 1
propositi ordinem custodisti, ego deliqui aliter de te quam poscebat veritas iudicando.

---

1 adceptus *B*, acceptos *V* me esse] messe *B* 2 agnoscerem *B* 3 attolli *V*

[CDIV] 5 quamui• (*eras.* x) *B* meorum ole *B* 6 domni *Hartel*, eiomni *B*, somni *ceteri* 7 et *del. edit.* debit *B* 8 suspicet *B* 9 domna *Sirm.* 12 supplicetis *V* eos] uos *b* 13 soleti *B* refrenit *B*

[CDV] 15 uicessitudinis *B* osequiorum *B* te in freq. *CPb*, te et in freq. *Sirm.* 17 impar *malim cf. p. 259, 26* 18 origenis *B* anteferam *scripsi*, anteferant *libri*, anteferantur $T^2$ 20 honore *om. B* 21 adcepto noveris] adceptione ueris $B^a$ 22 sub festinatione] suffestinatione *B* 23 dirego | proroganı *B* 24 quoqueius *B* 25 tibi *delendum aut transferendum*: cave tibi ne perlata *B* (*scil.* exemplaria), perlatam *ceteri* manifestis *B* emmentissimo *B* 27 perferre eorum *B*, eorum perferre *ceteri*

[CDVI] 29 affectio *V* 30 ergo diliqui *B*

ad hoc redeunt quos diligentia insulsa captivat. proinde iam sine circuitione loquendum
est. quo te inmemorem tui duxit insana praesumptio, ut sancto presbytero diceres,
in versibus illis quamvis in temporis momento conpositis aliquibus videri affectum
2 coniugalis gratiae non expressum? aut ego diffamare volui quod scripseram? aut
epitafia hoc poscebant aut ratio? quis hoc inperitus, quis tecum sanitate vacuus dixit,
ut carmen, quod in summam gratiam domnus Faustus excepit, te et participibus tuis
rodentibus laederetur? forte de tertio Phaleucio qui Terentianum nesciunt habuerint,
3 quod de una syllaba quaerentes occasionem loquerentur. vere dignus fui ista quae
Matth. 7, 6. pertuli, quia et scriptum est margaritas ante inmunda animalia non esse mittendas.
quamvis dictionum et inperitiae meae bene sim conscius, te tamen nec scire se nec
sciturum ante dideceram. vale et ad alios te, de quibus debeas loqui, converte.

## CDVII (EPIST. 8, 30).

## ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

1 Acerbo aegritudinis inpetu et valida febrium nimietate contritus, cum ut fidem
veteris testimonii Christus noster in me quod in Lazaro fecerat ostendisset et evangelii
fidem praesentibus declararet exemplis, litteras vestras adcepi. ordinavit ille qui
potuit, ut diebus, quibus vitam restituerat, amicorum quoque suorum eam et con-
2 firmaret et fulciret alloquiis. de versibus, unde tibi portentum illud dixit, risum mihi
stulta iudicia fecerunt. scias illos in summo pretio apud domnum habitos, quamvis
in temporis angustia et viridarii transcursione conscriptos. sed si eos non scripsisti,
nec facias. mihi sufficit, dum feci, vota conplesse. nunc ad eam partem me confero,
quae specialiter a sanctis poscenda est, ut pro aegro et amante adtentius ores et, si
mereor, crebra mihi et instructionis et consolationis praestes eloquia.

## CDVIII (EPIST. 8, 31).

## ENNODIVS BOETHIO.

Consideratio magnitudinis vestrae exegit epistolare commercium, sed festinatio portitoris epistolam brevitate conclusit. non potui morari properantem, sed nec his vacuum muniis propter res necessarias emisi. crebras super domo, quam poposci, litteras destinavi. si possibile est cupita tribui, iam referte, quia omnia aedificia eius sub neglegentia consenescunt. domine mi, salutationis obsequia dependens rogo, ut iuvetis sine vestro dispendio supplicantem.

---

2 praesumtio *B* diceris *B* 3 mumento *B* 5 epytafio *B*, epitaphia *V* dixit — conuerte *om. T* 6 carnem *B* domnus] dom *B* tuis *om. B* 7 laederentur *VLP*[1] faleucio *V*, falicio *B* 8 sillaba *B*, sylla *VL* istis *fort.* 10 se *B*, aliquid *ceteri*, rem *vel* te *prop. Hartel* 11 dediceram *B* alius *B*[a] de *om. b*

[CDVII] 12 incipit extrema pars epistolarum ennodii *T nr. 469* 13 ut] ad *T*[2] 15 accepi *V* 16 eam et] amet *B* confirmauet (t *in* r *corr. man. 1*) *B* 17 aloquiis *B* 18 habitus *B* 19 uiridarii] ueredarii *Hartel (ut p. 259, 21), sed cf. p. 276, 24* conscribtus *B* non scripsisti] conscribsisti *B* 20 fufficet *B* conplisse *B* 21 a *Bb, om. ceteri* amantem *B* attentius *V* oris *B* et *ante* si *om. Sirm.* 22 consulationis praestis *B* alloquia *b*

[CDVIII] 23 Boetio *Sirm.* 24 exiget *B* commereium *B* 25 potuit *B* 26 emisse *B*, emisisse *conicio* poposci] posce *B* 27 eius *om. B* 28 conseniscunt *B* mi] mihi *BVL* ut nos iuuetis *CPb* 29 iubetis *B*

## CDIX (EPIST. 8, 32).

### ENNODIVS SYMMACHO.

Rem necessariam providet, qui parenti omnium orbatos et peregrinos insinuat. 1
unica via est apostolatus vestri solacium, quae medetur externis. absit adflictos
dicere, quos ad vos contigerit pervenisse. creatores patriam opes alibi non requirunt,
quos coronae vestrae cura susceperit. praesentium baiolus, ortus nobiliter, profutura
ad testimonium ingenuitatis studia Romana requirit. hunc beatitudini vestrae mea 2
subplicis vestri commendat adsertio, ut salutationis servitiis dignanter adceptis, quod
usu facitis, pro mei consideratione geminetis.

## CDX (EPIST. 8, 33).

### ENNODIVS HORMISDAE DIACONO.

Et quod es, miseratione ornatur et quod futurus es, pietate conquiritur: et 1
diaconum his studiis extulisti, cuius rei promittit cura pontificem. praesentium baiolus,
honestus moribus natura sublimis genuini solacii orbatus praesidio, Romam pro honestis
artibus, licet peregrinaturus, expetiit. vide si mereantur a religioso bene nato locupleti
iuvari ista quae praetuli. nunc officio salutationis exhibito rogo, ut si me, si bonam 2
quam coemisti opinionem diligis, inpensis portitori adulescat auxiliis.

## CDXI (EPIST. 8, 34).

### ENNODIVS PORCIANO ABBATI.

Divinis declaratur exemplis, nisi per dei gratiam visitationem hominum caelestium 1
non venire. quae enim recordatio potest esse peccantium, nisi occultis itineribus favor
caelestis operetur et per viam mentibus inspiratam quae propter peccata subripere
poterat eliminetur oblivio? inpetratae iam divinae misericordiae fiducia est cultorum
dei animis non deesse. ergo gratias refero trinitati deo nostro, qui ut me reverentia
vestra alloquiis visitaret exegit. suscipio et oboedientiam vestram: nec enim exiguus 2
cultus debetur obsequentibus, cum Christi gloria maneat inperantem. orate pro me,
qui humanitatis inbecilla, dum adhuc estis homines, evitastis, quos contigit necdum
corpore sequestrato ponderibus carnis absolvi, et servitiis salutationis adceptis frugem
circa me gratiae, dum sermonis adulescit cultura, concedite.

---

[CDIX] 2 prouidit *B* orbatus *B* 3 uia *om. B* meditur *B* adflictus *B*, afflictos *V* 4 creatores *Hartel*, creatoris *libri* 5 susciperit *B* praesentum *Sirm.* baiolus *B*, baiulus *ceteri* 6 requiret *B* hunc *BVL*, nunc *TCPb* 7 supplicis *V* acceptis *V* 8 facetis *B* geminetis *B*, geminetur *ceteri*

[CDX] 9 diacono $L^1$, diaconus $BL^2$, diāc *V* 11 studi sextilisti *B* promittet *B* baiolus *B*, baiulus *ceteri* 12 gemini *CPb* praesidii *B* 13 expetiet *B* 14 iubari *B* 15 portitor *CPb* aduliscat *B* ausiliis *B*

[CDXI] 16 portiano *L et Sirm.* 18 enim .... nisi *om. B* fabor *B* 19 insperatam *coni. Hartel* subrepere *CPb* 22 aloquiis $B^a$ uistaret exiget *B* et *B*, *om. ceteri* obidentiam *B* 23 debitur *B* inperantem . orate] inperante morte *B* 24 inbicilla *B* euitastes *B* contiget *B* 25 seruitus *B* adceptis *Bb*, *om. V(?)LTO* 26 aduliscet *B*

## CDXII (EPIST. 8, 35).

## ENNODIVS AVRELIANO PRESBYTERO.

1 Inamabilis quidem desideriis meis militavit occasio et votis aditum necessitas
vix ferenda patefecit. amplexus paginam praefatione blandientem sequenti eius elo-
cutione confusus sum. nam dulce principium et sereni mella conloquii relata calamitas
quasi veste noctis obnubit. vere loquentibus vobis ingesta sunt oculis quae legebam.
2 nam dum absentiae felicitatem pagina sapientis intercepit, coactus sum illam Aetheriam
nimis vidisse terrenam et a sublimitate vocabuli in tartarum duce culpa depositam.
taceo quid debuerit parentibus, quid pudori. ex qua domo infelix processit ad scelus!
quod secuta est relictis dei cultoribus lupanaris vice coniugium! credite mihi, ultionem
criminis, dum admittit crimen, exsecuta est, et turpi mersa contubernio et flagitium
et poenam flagitii repperit in marito. secum rei personam portavit et iudicis mulier,
3 dum elegit indignum. producerem litteras, nisi memoriam infaustae feminae desi-
derarem oblivione sepeliri. vos, ut Galliae expulsione illorum subleventur eligitis:
nos, ne Italia coinquinetur optamus. expetant potius Libycas Syrtes et ab humanitatis
consortio dividantur: quia si inde domnum Aurelianum fugerint, hinc Ennodium, ad
4 quae loca declinabunt? domno praefecto quae iussistis pressius intimavi, qui praecepta
regia mox exegit, per quae credimus viros bonos et amicos occasionem invenisse
praestandi. et vos tamen animum ab anxietate removete, quia caelestis sufficiet ad
ultionem malorum vigor examinis. domini mi, salutationis obsequia praesentans precor,
ut crebro me prosperitatis vestrae, quia commeantium oportunitas ingeritur, relevetis
alloquiis.

## CDXIII (EPIST. 8, 36).

## ENNODIVS BOETHIO.

1 Perdiderat eruditionis pretium lingua, dum retices, quia dum venustatem elo-
quentiae taciturnitas includebat, credebatur non esse quod nuper efferbuit. produxisti
in lucem novum iubar eloquii et, dum diem in epistula facis, splendorem recens
adeptus crederis iam maturum. gratias ago, quod me ad amicitiae custodiam paginae
2 tuae flore conpellis. sed si fidei meae esses conscius, dubitationem de rebus con-
stantibus non haberes. timeo, ne ambiguitatem quam credis exhibeas et, dum amantis
teporem metuis, in adfectione frigescas. domine, ut supra, salutationis gratiam per-
solvens spero, ut crebro ad me epistolarum commercia dirigas, quia in his muniis et
diligentia te admonet et perfectio ut multus incumbas.

---

[CDXII] 2 desiderii *B* ocasio *B* additum *B* 3 inplexus *B* 4 colloquii *V* relata relatamitas *B* 5 obnubet *B* 6 felicitate *B* intercipit *coni Hartel* 7 etas sublimitate *B* 10 admittet *B* 12 eliget *B*, eligit *coni. Hartel* nisi *om.* *B* disiderarem *B* 13 sepiliri *B* eligitis *T*[2], religetis *B*, eligetis *ceteri* 14 quoinquinetur *B* optamus *om. Sirm.* lybicas *V*, lyricas *B* 15 diuidant *B* fugerent *B* innodium *B*[a] ad quae] atque *B* 16 iussistes *B* 17 regia] reia *B* invenisse se praestandi *conicio* 19 domine *Cb* mi] mihi *BVL* 20 reuelletis *B*

[CDXIII] 22 Boetio *Sirm.* 23 reticis *B* 24 credibatur *B* efferuuit *B* 27 flore] florum *B* essis *B* 28 haberis *B* 29 temporem maetus *B* affectione *V* frigiscas *B* 31 multis *B*

## CDXIV (DICT. 26).

## VERBA MENELAI CVM TROIAM VIDERET EXVSTAM.

Etsi gravibus dolorem meum raptor inflammavit incendiis, etsi pertulimus faces 1 iniuriae, debito tamen rogo inmensi auctor sceleris cum coniuncta sibi universitate consenuit. paene felix contumelia est, quae talem meretur etsi cum maximo sudore vindictam. quis respuat suscipere necessitatem triumphi termino concludendam? sapor 2 sequentium amaritudinem rei praecedentis excludit. dulce sit quod doluimus, quia doloris nostri paenitet provocantes. abductae turpiter mulieris occasio nostri extitit mater augmenti; peperit a nobis sequestrata uxor imperium et de adulteri conplexibus nobis edidit patriam, quam tenemus. qui riserunt caelibem, videant superba hostium colla calcantem. habuimus coniugem honestis per longum moribus institutam, alieni 3 ignaram contubernii, quae non optaret desiderare quod non licet. *non* illam usus praecipitavit in vitia, sed scelerati praedonis inpulsu secuta est Paridem voluntate captiva. numquam ad hoc illam erexit formae conscientia, ut se crederet adamari, quia, ut confidimus, turpissimae sunt moribus, quae pulcras se esse meminerunt. talis 4 ultio decuit magna peccantem: funditus procubuit qui sibi venerandae sumpsit culmen uxoris. talibus utere, adulter, hymeneis! his te Allècto pronubum sectatur insignibus. et placari nos sic convenit et Paridem sic perire. dictavimus matrimoniorum iura non sermone, sed gladiis, praesumptionum segetem ultrici falce vastantes. multis ad conservationem proderit nos perdidisse coniugium. dicite, quae ubicumque adcepistis 5 nomen uxoris, si non, quotiens vitia subripuerint, Menelai et nomen et virtus occurret. quibus non est in studio pudicitia, erit, nisi fallimur, in necessitate. par per omnes disciplina servabitur, ubi unam formam et volentes custodiunt et coactae.

## CDXV (EPIST. 8, 37).

## ENNODIVS BOETHIO.

Quamvis tenue effectu petitionis surgit eloquium: et conciliant et dotant facun- 1 diam res secundae. in qualibet verborum saturitate paginae, si repudientur ab inpetratione, ieiunant. plus felicibus epistolis debetur laudatio quam peritis. iure loquitur verbis nitore sublimibus qui summates viros dicendi venustate captivat. quodvis oratorium schema sinistra fors dissipat. ditescit enim lingua nutrita beneficiis. dudum 2 ad eminentiam vestram direxi qualecumque audacia producente conloquium, quod ita responsi genio sublevastis, ut crederem me perdidisse digna favoris tempora per quietem, quando modicus sudor iudicium arcem tenentis inlexerat. promiseratis etiam

[CDXIV] 1 menelagi *B* exustam ut si grauibus *B* 2 facis *B* 4 quae et talem meritur *B* 5 suscipere] suscere *B* triunfi termina *B* 6 praecidentis *B* dulce sit *(B) VLCb*, dulcessit *T*, dulcescit *(B?) Hartel* 7 turpiter | mulieris *B*, mulieris turpiter *ceteri* extitet *B* 9 edidet *B* tenimus *B* reserunt *B* 11 ignarum *B*[1] non *add. CPb, om. ceteri;* illam non usus *rectius* 12 inpulsis *B* 13 erixit *B* forma conscientiae *VLTCPb* crederit *B* 14 turpissimis *b* pulchras *V* tales *B* 15 cumen *B* 16 adulter hymeneis] adulterem in eis *B* adlecto *B* sectator *B* 17 Paridem] pandem *B* 18 segitem *B* 19 conseruatione *B* perdedisse *B* accepistis *V* 20 menelagi *B* occurrit *B* 21 ni *b* et par *Sirm.* 22 seruauitur *B*

[CDXV] 23 Boetio *Sirm.* 24 tenue *B*, tenui *ceteri* surgit *T*[2] *et Sirm.*, surget *ceteri* 25 repudiunt *B* 26 ienunant *B* debitur *B* 27 summatis *B* 28 scema *B* sors *CPb* ditiscet *B* enim linim | lingua (*exp.* linim) *B* 29 uestram] uram *B* qualecumque *B*, qualicumque *ceteri* 30 subleuastes *B* credirem *B* digna *B*, digni *ceteri* 31 inlixerat *B*

3 domum, quam poposceram, non negandam. geminis elevatus successibus incedebam, si et opinio perfecti adstipulatione et census locupletissimi crevisset inpendio. sed detestor moram, quam sterilia quidem peccata pepererunt. nam et homo culminis vestri, quem praestulabar, advenit et nihil sibi mandatum esse, quod desideriis meis prodesse posset, adseruit. vide meritorum meorum fusca commercia! quorum contra
4 me nitentia fidem frangere nequeunt, exigunt tarditatem. absit a conscientia mea de vestrae claritate diffidere. obscenae mentis est putare constituti memoriam non manere. sed rogo, ut dum propositi vestri lucem adseritis, eorum quae mihi debentur obscura
5 superetis. ergo praestationi vestrae genium dono celeritatis infundite. domine mi, cultum salutationis inpertiens preces adicio, ut consularem sportulam cum responso praefatae petitionis adcipiam.

## CDXVI (EPIST. 8, 38).

## ENNODIVS SYMMACHO.

1 Non inefficaciter poscit, qui parenti omnium peregrinos insinuat. nobilibus generalis debetur adsertio, maxime apud eos qui beneficia tribuunt non rogati. Beatum sublimem adulescentem praesentium baiolum si corona vestra dignanter excipiat, praeclarum iuxta morem pontificis ornat officium; est enim qui gratiam vestram et
2 natalibus mereatur et moribus. sufficit dignis stricta laudatio. nunc servitiis salutationis exhibitis rogo, ut me amantem vestri crebri relevetis promulgatione conloquii.

## CDXVII (EPIST. 8, 39).

## ENNODIVS HORMISDAE DIACONO.

1 Si dignatio circa me promissa duraret, adsereretur frequentia litterarum. vix respiciunt humiles, quos ad arcem eventus prosper evexerit. grave est, si spes secundarum rerum caritatis nexus incidat: non debet praeiudicare diligentiae, cui secundum vota blanditur. si tamen aliquid circa me gratiae custoditis, si vivit amoris scintilla polliciti, Beatum commendo nobilissimum adulescentem praesentium portitorem, cui iustum est ut consideratione mei et parentem beatitudo vestra inpendat et patriam.
2 esto specialis tutor, omnium mox futurus. domine frater, salutationis humilitate depensa rogo, ut sub celeritate quam bene valeatis scriptione signetis.

## CDXVIII (EPIST. 8, 40).

## ENNODIVS BOETHIO.

1 Precum iteratio bonam conscientiam oblivionis adcusat. sed facessat stimulare currentem et constantem virum ad memoriam promissionis inpellere. haec de his,

---

1 incidebam *B* 3 morum *B*ᵃ peperirunt *B* 4 praestolabar *V* 5 possit *B* uide *om. B* 6 me] mi *B* nequeunt] quae*unt *B* exigunt *om. B* tarditatemi *B* 7 uestrae] ure *B*, uestra *CPb* potare *B* 8 adseretis *BVL* 9 superetes *B* celeritatis (tat *in lit.*) *B* mi] mihi *BVL* 10 sportula *B* 11 accipiam *V*

[CDXVI] 14 generales debitur *B* 15 aduliscentem *B* baiulum *V* accipiat *CPb* 16 iuxto *B* pontifices *B* 17 et moribus mereatur *b* sufficet *B* 18 crebris reueletis *B*

[CDXVII] 19 diāc *V*, diācs *B* 20 adseritur *B* 21 prospe | reu*exerit *B* 22 debit *B* cui] quai *B*, quae *Hartel* 23 planditur *B* custodites *B* uiuet *B* sentilla polliciti *B*, polliciti scintilla *ceteri* 24 aduliscentem *B* 26 speciales *B* mox (x *in lit.*) *B*

[CDXVIII] 28 Boetio *Sirm.* 29 accusat *V* 30 promissionis (ni *in lit.*) *B*

quae a me dudum culmini vestro sunt scripta, perstrinxi, ut domum, de qua iam
paginali indicio voluntas vestra est patefacta, percipiam. reliqua epistolae salutationis 2
nuntio mancipavi, ut sicut apud nos valitudo in statione est, ita de culmine vestro
caelestis faciat favor agnosci.

## CDXIX (EPIST. 8, 41).

## ENNODIVS AGAPIO.

Insolabiliter amantum ferretur absentia, nisi opem darent remedia litterarum, 1
quae ieiunas desiderantum animas pascunt esca conloquii. bene enim per stilum
dilectio amicam sibi pingit effigiem, cum qua sine laboris patientia misceat mella
sermonum. ad hoc magnitudo tua artifex, ne inpastam gratiam linqueres, scripsisti.
debeo vicissitudinem, quia memorem mei te esse cognovi. honore ergo salutationis 2
exhibito rogo, ut quod scis apud caros et adfectione praeditos esse pretiosum, sub
continuatione facere non omittas.

## CDXX (EPIST. 8, 42).

## ENNODIVS AVIENO.

Aegritudinis vestrae indicium in mea contigit incrementum. nam talis semper 1
est usus et pene natura solliciti, ut vix credat transisse quod metuit et, quae fecit
redemptor noster caelesti benignitate praeterita, quasi sint in oculis locata, suspiret.
vere, domne Aviene, iam in me nihil de usura lucis istius nisi vestra tantum post
timorem dei remansit affectio: quando melius mecum agitur, talis sum, qualem me in
desperatione dimisistis. superest, ut precibus vestris et peccatorum remissio con- 2
cedatur et, si ita deo videtur, pro vice remedii obitus celer eveniat, ne amarius sit
morte quod vivo. domine mi, salutationem debitam tota humilitate persolvens rogo,
ut per vos, quid in causa nostra de Roma nuntiatur, agnoscam.

## CDXXI (EPIST. 8, 43).

## ENNODIVS MESSALAE.

Numquid aliquando ab effectu destitit, qui deo cum fiducia subplicavit? si animus 1
in fide non claudicet, vota et votorum copia coniunguntur. ecce egit apud vos silentium
meum, quod tanti temporis non valuit optinere loquacitas. quantum video, scripta
vestra nisi taciturnitas non meretur. quos mutos putatis, alloquimini: ab his, quibus
lingua esse creditur, abstinetis. fecisti tamen quod decuit domnum et, ut ipsi dicitis, 2

1 uestro] uro *B* domnum *B* 2 indictio *B*

[CDXIX] 5 agapio *B*, agapito *V*, acapito *L*; *cf. CDLVI* 6 ferritur *B* 7 conloqui *B*, colloquii *V* stilum] tilum *B* 8 pinget *B* 9 linqueris scribsisti *B* 10 uicessitudinem *B* 11 carus *B* affectione *V* praeditus *B*

[CDXX] 14 meae *$T^2$ et Sirm.* contiget *B* tales *B* semper est *Bb*, est semper *ceteri* 15 pene natura] penatura *B* 16 praeteritam *B* in occultis *b* suspiret *B*, suspirat *ceteri* 18 timorem] amorem *CPb* tales *B* 19 dissperatione *B* demissistes *B* 21 mi] mihi *BVL* hamilitate *B* 22 uestra *CPb* nuntietur *Sirm.* agnoscam . finit *B*

[CDXXI] 24 affectu destitet *B* supplicauit *V* 25 non *sup. lin. V* et uota et *b* cupia *B* 26 obtinere *V* 27 potates *B* 28 donum *B* dicetis *B*

et parentem, ut me gravi aegritudine depressum dignum putetis alloquio. rogo, ut hoc sub continuatione faciatis. domine mi, resalutationis reverentiam solvens posco, ut pro me per omnes dei sanctos supplicare non desinas, quatenus vitae redditus de visione vestra congaudeam.

## CDXXII (EPIST. 9, 1).

## ENNODIVS ARATORI.

1 Velim ita labori meo faveas, ut ieiuno veniam praestes ingenio, quia nefas est in devotionibus despici amabilem discendi cupiditatem, quando quod gratiosus optulerit, durus rerum interpres evacuat. laudandus est in studiis vel qui facundum aequare non putatur eloquio. inter benignos et eruditos qui deligatur incertum est, cum pars
2 utraque det pretium. ergo crede diligenti et amaritudinem temporibus legitimi amoris amolire. nolo rem voti facias necessitatem, et desideria, quibus humanum genus natura peperit, digeras in maerorem. non habiturus continentiam, nisi nuptias optet, in culpa est: coniugalis copulae vitans remedium electurus est aut virtutes aut crimina.
3 tu te ut metiaris, inploro, ut nec supra hominem plenum casibus iter adripias nec intra hominem quae sunt plectenda mediteris. vix delinquit qui a natura et lege non deviat. ergo post Musarum castra et inanes aetate nostra cantilenas ad curam te serendae subolis muta. vita quod viluit, quia inter imperitorum exercitus furor est
4 nolle rusticari; iuvat sapientem hoc esse quod plurimos. facessat philosophiae in nostrorum nota conventibus: ego Corydon esse cupio, quotiens felicem inscitiam sequitur qui praecedit. ergo honorem salutati accipiens rescribe mihi, quid cum animo tuo pagina mea egerit. nam si quae mihi sit sententia flagites, ego ipsa studiorum liberalium nomina iam detestor.

## CDXXIII (CARM. 1, 5).

## ITINERARIVM.

Ingenii cultor, fons oris, copia linguae
Vmor Castalius veniat, quo Thracius Orpheus
Naufraga diffuso succendit pectora fluxu,
Adsit et arentis coniungat cordis hiatus!
Eridani dicturus aquas nisi flumine largo
Sicca Pegaseo perfundam membra liquore,
Torrida ieiuno vix stillant verba relatu.
Vndarum cumulos ut narrem, suggere, lympha!
Quam bene pandit aquas, cui blandus murmurat amnis!

---

1 et *del. Schott et Sirm.* potatis *B* 2 faciates *B* mi] mihi *BVL* salutationis *CPb, quod praeferendum videtur* 3 quatinus *V* de] di *B* 4 gaudeam *b*

[CDXXII] 6 laboris mei *B* praestis *B* 7 dispici *B* 8 interpraes | seuacua glaudandus *B* 9 qui deligatur *scripsi,* quid eligatur (aligatur *B*) *libri* 11 amolori (i *ex* e) *B* 12 matura *B* degeras *B* 13 elicturus *B* erimina *B* 14 cassibus *fort.* arripias *V* 16 inanis *BVLT*[1] 17 nerendae *B* sobolis *V* uiluet *B* interperitorum *B* 18 iubat *B* facessa *B* filosophyae *B,* philosophia *T*[2] *et Sirm.* 19 Corydon esse *Dombart et Mohr ex Verg. ecl. 2, 56 et 69,* coris dones se *B,* donasse curis *ceteri,* curis deesse *Hartel* infelicem *CPb* 20 praecidit *B*[a] 21 flagitis *B*

[CDXXIII] Itinerarium Padi *Sirm.* v. 1 cupia *B* v. 2 trahius *B,* trachius *V* orfeus *B* v. 3 succendit *B,* succendat *ceteri* v. 5 heridani *codices* v. 6 pagaseo *B* licore *B* v. 8 cumulus *B* v. 9 cui] cu *B* amnes *B*

Anni tempus erat, quo vernat mitibus uvis
Palmes et autumni dotes proponit in orbe,
Imbribus externis madida cum veste Lyeus
Distendit tunicas uvarum carcere musti.
Vberibus pluviis *ri*parum lege subacta
Tunc sibi forte Padus captivos texerat agros,
Canebat spumis, et turgida dorsa minaci.
Currebant stantes per fluctus culmina villae.
Servavit raptum pelagus tunc litore tectum,
Et mutans terras mansit fortuna casarum.
Respiceres silvas stationem perdere iussas
Ad flammas proper*are* Pado ducente voraces.
Tunc ego ferventi germanae tractus amore,
Cui natum Parcae demessum pollice diro
Sustulerant viduamque domum constante marito
Reddebant, turbis peperit quae semper Averni,
Hanc ut solarer, vel vitam prodere legi.
Regnator Ligurum fluviorum maximus ille
Sub iuga transmissus gemuit sub pondere cumbae, Verg. Aen. 6, 413.
Intumuit rursusque minas flatusque remisit,
Quique polos vicit soli mihi cedere iussus.
Sic pietas elementa domat, sic cuncta cohercet,
Cuius grata deo tenuit miseratio mentem.
Ecce iterum madidis contectus nubibus aether
Hausit aquas, quibus omne ruens submergeret arvum.
Non caeli faciem conspexit naufraga tellus
Et stellis viduae micuerunt dira tenebrae.
Erravit piscis, sed non captivus, in aedes
Et populus fluvii per mensas lambuit escam.
Evomuit pelagus hominum penetrale profundum,
Vmida pulveribus clauserunt aequora campos.
Perfunctus primis recidiva pericula vidi.
Ille triumfator tiro ad certamina Nerei
Frigida per liquidas gestabam pectora lymphas
Nec siccis oculis respexi marmoris iras: Hor. c. I 3, 18.
Cum subito absortum vidit vetus adcola pontum,
Risit et abiecti restantia signa pavoris.
Ditia permixto fulgebant arva metallo,
Eridanus claris radiabat comptus arenis.

---

v. 11 automni proponet *B* proponit dotes *codices*, *transposuit Schott* v. 12 inbribus *B* v. 13 tonicas *VL*, conicas *B* v. 14 riparum *coni. Sirm. (cf. CCCLIII 1)*, parum *BVLCP*[1], petrarum *P*[2]*b* v. 15 tunc] tun *B*[a] captiuus *B* agrus *B* v. 16 canebant *Sirm.* v. 18 seruauet *B* littore *B* v. 19 ca*sarum (*eras.* s) *B* v. 20 respiceris *B* v. 21 properare *b*, propera *codices* v. 25 reddebant turbis *scripsi cum Hartelio*, reddebantur bis *B*, reddebant urbis *ceteri*, r. urbis *b*, r. urnis *coni. Sirm.* v. 26 solareret *B* v. 27 legorum *B* v. 28 gemuet *B* v. 29 intumuet *B* menas *B* v. 30 polus uicet *B* v. 31 cohercit *B* v. 32 tenuet *B* v. 33 conotectus *B* v. 34 arvum] arbum (r *sup. lin.*) *B* v. 36 stellis] stilis *B* v. 37 pisces *B* captiuos *B* v. 38 lambuet *B* v. 39 euomuet pelagos *B* v. 40 puluerebus *B* campus *B* v. 42 triumphator *V* cermina *B* v. 43 liquida *B* v. 44 nec siccis] neccis *B* v. 45 absorptum *edit.* uidet *B* adcula *B*, accola *V* v. 46 obiecti *Sirm.* v. 48 heridanus *codices* radiabbat comtos *B*

Navita me laetus suscepit protinus alno,
Sarcina cui felix dudum concesserat omen.
Indoctus clavum rexit de pondere tutus
Et me festivis Christo duce pertulit oris.

## CDXXIV (EPIST. 9, 2).

## FAVSTO ENNODIVS.

1 Stat apud conscientiam culminis vestri, quid sublimis viri Faustini voto debeamus et generi. et ideo quamvis apud vos credat sufficere quod pro filio pater rogavit, per me tamen, quia parum putat eius sollicitudo quod egerit, preces frequentat, sperans ut vestra adulescens ad maturos deo auspice mores erigatur. vos detis praecepta, quid sequi debeat, quid cavere, vos apud quos necessarium credideritis scriptione pro-
2 sequamini. haec scio culmen vestrum, etiam si taceam, esse facturum; sed nec potui tanti viri precibus deesse nec debui. qua de re permotus lacrimis superius conprehensi et ego flens subplico per illam quae vobis a deo concessa est conscientiam: sic petitiones vestras pia martyrum salvatori nostro commendet adsertio, ut efficaciter apud vos et creator pro filio et domnus Faustinus pro Ambrosio supplicet. et ordinate praedictum iuvenem et orate pro ipso, ut adulescentem Roma nec vitiis possit nec
3 morbis extinguere. scio vos plura apud homines, sed maiora apud deum praevalere. et ideo securus iam effectum illis polliceor quos commendo. ergo reverentiam salutationis exsolvens paucis multa contexui. sufficit deo placentis viri instructam esse pietatem: et causa et persona cum dei solacio vestro disponetur studio.

## CDXXV (EPIST. 9, 3).

## MERIBAVDO ENNODIVS.

1 Quasi solem facibus adiuvet et mare exiguo umore locupletet, ita superfluis laborat inpendiis qui per se placitura commendat. sed stultum est perire occasionem beneficii, quando auxilium fortis inplorat. opum largus supra copias ditatus est, si credit subsidium quod pauper obtulerit. regale munus fit, cui insigne pretium praestat
2 accipiens. domnus Faustinus de prolis suae profectu supra quam poscit paterna cura sollicitus, Ambrosium nostrum hac apud vos credidit prosecutione conmuniri, aestimans quod sanguis eius, quod prudentia, quod census intra Liguriae angusta delitisceret et artis fama nobilis artaretur obstaculis: alieno praesidio claritatem suam in Romanam
3 lucem putat erumpere. facessat ab studiis meis negare testimonium, quod plus opitulatur auctori: qui enim bonos adserit adprobatur. videte quae de vobis fiducia sit, cui quidquid praecipuum habet nobilis terra commisit. nolo putet apud nos quod hac

---

v. 49 me] mel *B* v. 52 oris . finit *B*

[CDXXIV] 1 Ennodius Fausto *Sirm.* 2 ueri *B* debeam *CPb* 5 uestra] noster *CPb* aduliscens *B* 7 hoc *CPb* 8 nec debui .... nec potui *VLTCP* 9 supplico *V* conscientia *B* 10 piam *B* commendit *B* 12 iuuinem *B* aduliscente || *B* 13 morbis *B*, moribus *ceteri* 15 sufficet *B* placentes *BVL²T¹* inst•ructam *B* 16 disponetur *B*, disponatur *ceteri*

[CDXXV] 17 Ennodius Meribaudo *b* 18 adiubet *B* locupletit *B* itas *B* 20 largas *VLT¹CP* cupias *B* 23 amprosium *Bª* 24 et artis] et estis *B*, et quod ||||||| aertis (e *del.*) *V*, et quod aertis *L*, et quod eius *Cb* 27 bonus *B* approbatur *V* 28 quicquid *V* putetis *conicio* quod *BO*, quo *ceteri*

sit familia potius inveniri. sufficit honorum cupidis sic plures vincere, ut potissimis
conparentur. honestatem iuvenis vulgatus natalium pudor ostendit. faciat divinitatis
dispensatio, ut per vos principia eius hic bene locata solidentur. ergo honorem 4
salutationis accipite et petitioni meae paterna, sicut praeceptores vocavit antiquitas,
pietate respondete.

## CDXXVI (EPIST. 9, 4).

## PROBINO ENNODIVS.

Si apud eminentiam vestram subplicatio mea recordatione subsisteret, crebra 1
scriptione patuisset, nec quos apud Liguriam vestros dignatione vocabatis, sepeliret
oblivio. sed quia loco et opibus divisi nec diligentiae lege conparantur, ideo perfectam
subiectis caritatem, si digni sint adlocutione, praestatis hac in amicitiam discretione
coeuntes, ut vos cogamini tantum respicere, nos amare. erit vilium superba condicio, 2
si plus a potentibus quam verba praestulentur. ad querellam descendi caritatis
imperio. debuistis me post periculum, quod videratis, dignum putare conloquio, vel
quia recentis mysterii reviviscentem conmendabat adsertio; puto quod digni sint
bonorum gratia de sepulcris redemptoris nostri potentia restituti. ego tamen, quamvis
sim prodigus frontis et garrulus, necdum de me fiduciam gerens propinquos insinuo.
praesentium portitor domni Faustini filius sufficienter bona pollicetur merita de parente: 3
hunc ut vos foveatis, imploro, quia bene nostis qua sit creator eius morum luce conspicuus, nec debet ad alios festinare nisi ad vos quemcumque vitae auctoritas armat
et generis. ergo, domine mi, obsequio salutationis inpenso rogo, ut prosperitatem
vestram epistolaris cura manifestet.

## CDXXVII (EPIST. 9, 5).

## HORMISDAE DIACONO ENNODIVS.

Caelestis dispensatio epistolaribus beneficiis iunctos caritate consociat, dum quos 1
discernit itinerum prolixitas, in remedio sollicitudinis iungit affectio, si sit cura sermonis.
silentium tamen vestrum nimis admiror, quod post depositae sarcinas aegritudinis nulla
me adlocutione sublevastis. sed quia loquendo oportune cogimus, ut loquaris, vel
garruli imitatione responde. bene enim res desiderii et poscitur et inpetratur exemplis.
ergo honorem salutationis inpendens indico me deo propitio iam valere, subplicans, 2
ut vicaria mihi stili promulgatione benedicas.

---

1 sufficet *B* 2 uulgatur *B* 4 praeceptoris *B* 5 respondite *B*

[CDXXVI] 6 prouino eunodius *B*, eunodius prouino *VLT* 7 supplicatio *V* 8 quo•s *B* 9 opliuio *B* 10 allocutione *V* praestates *B* 12 si plus simplex a *B*, simplex *ut dittographiâ conflatum delendum* praestolentur *V* quaerillam *B*, querelam *V* discendi *libri*, *em. Sirm.* 13 debuistes *B* colloquio *V* 15 sepulchris *V* tamen] tam *B* 16 garrolus *B* fiduciam] fiduam *B* propinquus *B* 17 parentem *B* 19 debit *B* alius *B* 20 domne *Sirm.* mi] mihi *BVL* 21 epistolares *B* manifestit *B*

[CDXXVII] 22 diacs *B*, diac. *VL* 23 iunctus *B*, disiunctos *coni. Hartel* 24 itenererum *B* 26 allocutione *V* inportune *coni. Hartel* loquares *B* 27 garroli *B* respode *sup. lin.* n *B* poscit *B* 28 supplicans *V*

## CDXXVIII (EPIST. 9, 6).

### BEATO ENNODIVS.

1 Si proferenda temporibus de eruditionis messe pectoris horreo condidisses, ieiunae ab epistolis tuis commeantium dexterae non venirent. sed quia neglegentiam et sterilitatem tuam sermonis prodit abstinentia, nos necesse est iterum ad culturam admonitionis adsurgere et terga iactis infecunda seminibus recidivis ad ubertatem
2 sulcis urguere. ubi sunt monita, quae apud te adserebas esse victura? ubi studium conloquendi, per quod et scientia patescit et caritas? clamant silentia tua, te non adsecutum quod boni dignum possit esse iudicio. nam sicut rara doctos, ita continua prodit taciturnitas inperitos. ergo erubesce et tandem aliquando rumpe vincula et inpedimenta sermonum. ostende quam valeas, ostende quid promoveris, si tamen te
3 iuxta votum nostrum gratia superna non deserit. nunc salutationis honorem accipe et brevi contentus epistula agnosce patri tuo, quae longa conreptione reserentur, fuisse mandata.

## CDXXIX (EPIST. 9, 7).

### AVIENO ENNODIVS.

1 Benedico dei nostri triplicem in maiestatibus unitatem, quae me inter angustias meas perfectae sanitatis loco de coniunctionis vestrae munere sublevavit. venit ad me sera quidem relatio, sed votiva. adsit redemptor noster et inpleat, quod inclinatus
2 supplicatione concessit. domine mi, salutationis reverentiam solvens rogo, ut actionis vestrae summam de suburbano illo cum parente vestro domno Liberio Christo vobiscum adnitente conpleatis, quatenus, si evenit commutatio, pretium dignetur accipere, ne diutius sub promissionis nutemus ambiguo, quia vos nostis nihil plus esse quod in hac supplici vestro mundi conversatione praestetis.

## CDXXX (EPIST. 9, 8).

### VICTORI ENNODIVS.

1 Dum inscitiam sublimitas tua praeloquitur, eruditionis secreta patefecit: inpugnas perfectione quod adseris. nam dum te salvo pudore inlitteratum esse confirmas, quid naturae vigor, quid studiorum lima contulerit, declarasti. credat mihi sublimitas tua, inbuendum liberalibus disciplinis iam suis bonis ditavit, si talis lingua prosequitur fratris Pauli filium. facunda adstipulatio et commendat et edocet. nihil longe degentibus
2 magistris opus est, quando digna laude loquitur qui dirigit ad docentem. erubesco insinuatum minus invenisse quam detulit, deum rogans, ut quod de me per adfectionem praesumitis, ingenii valeam virtute conplere. vos tamen honore salutationis accepto quibuslibet officium sermonis inpendite, dummodo sollicitudini meae de prosperitate vestra multiplex scriptionis cura respondeat.

---

[CDXXVIII] 1 Ennodius Beato *b* 2 pectoris] peccatoris *B* condedissis *B* 3 ueniret *B* negligentiam *B* 4 et sterilitatem tuam *om. L* 5 siminibus *B* 6 urgere *V* adseribas *B* 7 colloquendi *V* patiscet *B*, patescat $V^1CPb$ 8 posit *B* doctus *B* 9 erubiscet tandem *B* 10 indimenta *B* quam *B*, quid *ceteri* promo | ueris (mo *in lit.*) *B* 11 deserit] derit *B* 12 correptione *V*

[CDXXIX] 14 Ennodius Auieno *b* 15 maiestatebus $V^a$ 18 mi] mihi *BVL* 20 adtinente *B* quatinus *V* 21 nutimus *B*

[CDXXX] 23 Ennodius Victori *b* 24 insciam *B* 25 saluo pu *in lit. B* 27 tales *B* 28 et *ante* commendat *om. B* 29 diriget *B* erobisco *B* 30 minus] manus *B* affectionem *V* 33 uestra *om. Sirm.*

## CDXXXI (EPIST. 9, 9).

## CAMELLAE ENNODIVS.

Intercepisti nostrum nescio quem secuta consilium. nam parvulum tuum, quem 1
studiorum liberalium debuit cura suscepisse, ante iudicii convenientis tempora religionis
titulis insignisti. veneranda quidem ecclesiastici forma servitii, sed quae ad duas
partes animum non relaxet. unum et difficile iter est quo itur ad Christum, nec
occupatos multipliciter aliquando via arta suscepit. properantes ad se de disciplinis
saecularibus salutis opifex non refutat, sed ire ad illas quemquam de suo nitore non
patitur. iam si eum mundo subtraxeras, mundi in eo schemata non requiras. erubesco 2
ecclesiastica profitentem ornamentis saecularibus expolire. adnueram quod per
Patricium diaconum, quantum ipse asseruit, postulasti: quid oportuit eum aliter ad
me, quam diebus ipsis inventus est, destinari? si iudicium meum consulis, volo ad
me pertinentes magis merito sanctos esse quam titulo. vere animum meum de quietis
statione ad cogitationum pelagus expulisti; suscepi tamen deo auspice sanguinis mei 3
vernulam. nunc restat, ut conatibus meis favor caelestis adrideat et neglegentias
hominum piae moderationis ubertate conponat. domina, ut supra, salutem debitam
dicens precor, ut nunc geminam sollicitudinem pro utrisque suscipias et deo nos
commendare adsiduis precibus non omittas.

## CDXXXII (EPIST. 9, 10).

## CELSO ENNODIVS.

Lenocinium est, non gratiae sacramentum, quod tantum praesentibus exhibetur: 1
amicitiae sinceritas et longe positos non relinquit. quid possit vera fides, intellegat
qui tunc adipiscitur beneficia, quando desinit supplicare. ego mihi debeo, quod ad
stationem precum trans Gargara positus pervenisti. tu lucem conscientiae, amicos et Verg. georg. 3, 269.
litteras, uno a te tempore divisisti, sectans non solum longinqua sed abdita, ita ut
nusquam te sagacis boni persecutor inveniat. semper et hic quidem latentia inter 2
lepores cubilia diligebas, sed saepe latebram tuam qui presso ore vestigia rimatur
invenit. nunc altiori consilio, credo, ut amatores adcenderes, te hominum coetibus
submovisti. ergo solam pueritiam debuisti Mediolanensibus tuis? et virum te tenere
debuerant qui puerum possederunt, et quos laetificasti de amplexibus debuisti iuvare
consiliis. sed hinc alias. tu tibi provisionum tuarum aut gaudia debebis aut lacrimas. 3
ego interim salutationem praefatus memor debiti donationem de puero destinavi, hoc
apud me reputans, ut nec inportunus in tempore diffidentiae suae vinceret et cessans
inter desperationis mala gauderet.

---

[CDXXXI] 1 Ennodius Camillae *Sirm.* 2 paruolum *B* 3 suscipisse *B*, suscipere *ceteri* 4 acclesiasti *B* seruitiis *B* 5 relaxit *B* 6 occupatus *B* aliquando multipliciter *Cb* via] uita *Sirm.* 8 scemata *B* 9 expulire *B* 10 diacs *B* ipse asseruit *CPb*, ipseruit *BVL*, imperauit *T* 12 scanctos *B* 13 cogitationem *B* 14 uernolam *B*, uenulam *cod. Fabri* fabor caclestis *B* arrideat *V* 16 nos *B*, nostro *ceteri* 17 adsisduis *B*, assiduis *V*

[CDXXXII] 18 Ennodius Celso *b* 19 linocinium *B* 20 fedis intelligat *B* 21 desinet *B* debeo] deo *B* 22 tran | *B* preuenisti *B* lucem *B*, luce *ceteri* 25 cupilia delegibas *B* rimatur *scripsi cum Hartelio*, rimator *B*, rimatus est *ceteri* 26 amatores *conieci ut Petschenig*, matores *B*, maiores *ceteri*, maerores *et postea (Wien. Stud. 1883 p. 155)* rimatores *Hartel*, venatores *Dombart* adcenderis *B*, accenderis *ceteri, em. Schott* cuoetibus (et *in lit.*) *B* 27 dibuisti *B* mediolaninsibus *B*[a] 28 posiderunt *B* anplexibus *B* iubare *B* 30 praefanatus *B* 31 repotans *B* 32 disperationis *BVL*

## CDXXXIII (EPIST. 9, 11).

## FAVSTO ENNODIVS.

1 Suscepi litteras multiplici gaudiorum dote locupletes et gratiam circa vos dei
quam noveram nuntiantes. protinus testibus Christi nostri cum lacrimis, quas sug-
gerebat hilaritas, indicata patefeci et, quod per ipsos inpetratum fuerat, gratias referens
2 quasi novus relator adserui. vere, domne Fauste, simpliciter in hac causa vulgatum
est, quid haberet meriti, quid virium in precibus illa sancta anima quae praecessit.
nam etsi sit spes nostra adhuc caeca mundi luce vestita, sed quod conveniens esse
noverat, sine nostrae actionis labore promeruit; cum a nobis divideret res in manibus
conlocatas, obtulit longa statione distantes, felicius tribuens necessaria quam cupita.
3 ergo mundus iste veri aliquid habet? aut si habet, non de eius dicione mox rapitur?
mentiti sunt homines qui se iurabant accipere beneficia, si dedissent: etiam superna
dispensatione coniuncti sunt, a quibus nec accepimus blandimenta nec dedimus. certa
de desperatione confidentia et nebulosum de publicata promissione constitutum! vere
dicerem, si doleret ista discissio, quod tales homines nec illa, quam dicitis nutricem
4 mendacium esse, Liguria potuisset emittere. quid arguam prius in illis: fallaciae aut
fatuitatis obscena? perdiderunt duos, qui inter se sanctorum impetratione sociantur,
per quos potuisset diu iacentis et in umbram coactae familiae scintilla reparari.
memores estis domnum Avienum vobis in ecclesia dixisse, deum se de illa puella
specialiter non rogare. vide progeniem sanctis creatoribus ad usuram vitae proce-
5 dentem! intellegebat plus se parentum fletibus quam actione promoturum. gratias
tibi, omnipotens deus, gratias, rector fidelium, qui ancillae tuae vota respiciens profetae
Psalm. 24, 13. in ea pollicitationes inplesti dicentis: 'anima eius in bonis demorabitur, et semen eius
hereditabit terram'. perfice, pie arbiter, quod remansit, et in alterius servi tui copula
6 serenus adspira! mihi si haec videnda morbus, qui iam vitalem praeoccupavit sub-
stantiam, non relinquit, videat de illis bona pater et avi proavique ante transitum
suum nomen accipiat. me tamen quamvis peccatorem adhuc gratia superna non
deserit, quia admonitionem cautione praevenio. nam desideria mea, ne legati pro-
7 vincialis nomen acciperem, licet cum dolore suspendi. timui, ne aut rerum dominus
vobis disponentibus haec a se exigi crederet, quae cogit necessitas postulari, aut ego
redderer officiis onerosus et actionibus infecundus, quamvis nec exsequi nec iniunctis
par esse sufficerem. rogo ut supplicetis deo, ut me vel usque ad votorum communium
tempora in mundi istius servet incerto.

---

[CDXXXIII] 1 Ennodius Fausto *b* 2 suscipi *B* locupletes *CPb*, locupletis *B*, locupletas *VLT* 3 sugerebat *B* 5 nouos *B* 7 etsi *om. B*, et *om. Cb* uestitas | et quod *B* 8 diuiderit *B* 9 collocatas *V* optulit *V* felici•us (*eras.* c) *B* 10 si *TCb*, sisi *BVL*, si non *Sirmond et Hartel* 12 accepimus $T^2b$, accipimus *ceteri* didimus *B* 13 disperatione *B* pullicata *B* 14 dis//// | cissio *B* dicetis *B* 15 omittere *b*, mittere *Sirm.* falatiae *B* 17 iacentes *B* scentilla *B* 18 acclesia *B* illas *B* 19 sactis *B* procidentem *B* 20 intellebat *B* promuturum *B* 21 profitae *B*, prophetiae *ceteri* 22 inplisti dicentes *B* 23 copola *B* 24 aspira *V* peroccupauit *B* 25 relinquid *B* 27 deserit] derit $B^a$ quia *B*, qui *ceteri* 29 quae ..... redderer *om. B* aut *Hartel*, et *VLTCb* 30 exequi $B^a$

## CDXXXIV (EPIST. 9, 12).

## MESSALAE ENNODIVS.

Fero vestrarum abstinentiam litterarum, si sic ad incrementa gaudii mei pertinet 1
quod tacetis. non est molesta paginalis intermissio, si cum splendidis dictionibus
iunguntur rara conloquia. quod de gratia circa vos dei, quod de sanctis parentibus
praesumebatur accipio. iam suffragiis amicorum dei, qui tibi pater et frater est, agnovisti.
vere dictionem tuam sine lacrimis, quas dabant gaudia, non relegi. nolo apud te 2
quae de te sentio verborum inportunitate producere. labora ut, quod suggerente in
sensibus vena invenis, conponas eloquentia. nihil tibi a domni Fausti et domnae
meae matris tuae filio minus est, nisi quod ipse studiose subtraxeris. parcat tibi tamen
deus, ut credas me inmemorem tui esse, dum inpedientibus morbis frequenti te
scriptione non veneror: debes nosse dignum esse venia quicquid necessitate delinquitur.
domine mi, salutationem plenissimam dicens benedicere me deum in operibus eius de 3
domni Avieni coniunctione significo et de te quod eius pietas pollicetur expecto.

## CDXXXV (EPIST. 9, 13).

## PANFRONIO ENNODIVS.

Peregrinari me in solo patrio vobis absentibus crederes, etiamsi valerem. at 1
cum aegritudo mihi et quorundam insistat infirmitas, inter utrasque quid faciam? quis
uno tempore et morbos ferat et perfidos? scias nulla cautione, nulla innocentia in
civitate nostra quae deo medio promissa sunt custodiri. totum felicitati tribuitur, nil
amori; circa humiles rara dignatio: optimus ille qui celsior. sed haec ego non pro
mei, cui nihil superest quod sperem, consideratione suspiro: dolet mihi illos perire
quos diligo. plenius vobis rem omnem et quam propter studium vestrum invidiam 2
contraxerim homo vester insinuabit. ego honorem salutationis inpertiens rogo, ut
scripta mea et domno Avieno et domno Liberio protinus contradatis, et per ipsum,
qui nobis Panfroniam nostram sanam tribuat, coniuro, ut mox me quid responsi
dederint instruatis; quia si regius occupatione aliqua negatur adventus, ego ad vos
deo meo suffragante sub quavis membrorum meorum fragilitate venire festino.

## CDXXXVI (DICT. 27).

## VERBA IVNONIS CVM ANTEVM VIDERET PAREM VIRIBVS HERCVLIS EXTITISSE.

Tandem aliquando qui iudicio nostro responderet inventus est, qui de inimico 1
nostro, et dum vincitur, triumfaret. Herculeae vires, nisi eliserint, non iacebunt: quem

[CDXXXIV] 1 Ennodius Messalae *b* 2 absentiam *Sirm.* 3 paginales *B*, paginaℓ ‖ *V* si] sic *B* spendidis *B* 4 colloquia *V* 5 praesumebatur *Schott*, praesummabatur *B*, praesumatur *ceteri* 6 dabant $T^2$ *et Sirm.*, dabunt $VLT^1CP$, debunt *B* 8 sentibus *B* et *ex* u *vel* a *corr.* *B* 9 ipse *BC*, ipsa *ceteri* 10 esse tui *CPb* 11 debis nossi *B* esse *om.* *B* 12 mi] mihi *BVL* salutationis $B^a$ dium *B*

[CDXXXV] 14 Ennodius Panfronio *b* 15 crederis *B* at] ad *B* 16 utrasque *B*, utraque *ceteri* 21 plenius ...... studium *om.* *B* 22 insinuat ergo *B* 23 scribta *B* 24 nobis *B*, uobis *ceteri* tribuat coniuro $BV^bL^2$, contribuat iuro $V^a$, contribuat coniuro $L^1CPb$ mox] uos *Sirm.* 25 instruates *B*

[CDXXXVI] 27 antheum *V* parem viribus] pareuibus *B* 28 extetisse *B* 30 triumpharet *V*

providimus, et de casibus est superbus. stat propriis magnus viribus, sed erit maximus
per ruinam. nescio utrum Hercules valeat par esse, vel si Anteum non liceat ulla
ratione prosterni: at si hosti nostro blanditur adversitas, nos ad laureas pervenimus.
2 scimus futura, sed convenit superos loqui quasi humana mortalibus. provideat Hercules,
quid eligat esse faciendum. vincendus est congrediente inimico, vincendus est et
iacente. qui venena lusit in cunis, qui pacavit Erimanthi nemora, qui cervam velo-
citate praecessit, optionem habeat quid sequatur: aut hostem periturus deiciet aut, si
3 certamen metuerit, cum suis laudibus iam sepultus. Lerneum periculum, nisi fallor,
orietur de consummatione certaminis. quis non credat nihil superesse quod peragat,
cum humi fusus hostis aspicitur? at nostrae partis intentio de oppressione suscitabitur
et augmentandi roboris causam feliciter pro inimico perfuncta res suggeret.

## CDXXXVII (EPIST. 9, 14).

## HELPIDIO DIACONO ENNODIVS.

1 Deus sanctitatem tuam misericordiae suae et gratiae prosequatur insignibus,
qui de humilitate mea rem amici faciens dignaris esse sollicitus et me meosque pro-
mittis peculiari affectione te colere. scio, quia deus propitius tibi sic gratiam invicti
principis contulit, ut humilitas ecclesiastica non periret. vere, domne Helpidi, si
dignatur pius rex de servo suo esse sollicitus, tu fecisti, cuius animo nullus amicorum
2 vicem poterit repensare. scias me tamen cotidie diversa adfligi qualitate morborum,
ita ut de vita desperem. rogo tamen honore salutationis adcepto, ut domnum Faustum
et filios ipsius memor animae tuae sinceriter diligas et pro mea anima, quantum
praevales, orare non cesses, quia non remansit in luce quod sperem. rogo etiam, ut
me frequenti digneris alloquio et, si domnus noster ad Liguriam venturus est, in-
timare procures.

## CDXXXVIII (OPUSC. 5).

### IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI.

1 Oraculum est scientissimi doctoris gentium, quod pariat infirmitas nostra potentiam
II Cor. 12, 10. et quod terrena in contritione anima convalescat: cum virtus quae de substantia carnis
fluxerit currat ad spiritum, et dum labefactatio nostra caelestem hominem et in divina
locandum arce conponat ad frugem spiritus, si quando sine cultura aut messe sunt
corpora. dulce est, et cum adcesserit propter augmenta diminutio. ad divitem dei
2 gratiam pervenitur ieiuna et sterili paupertate membrorum. ergo tibi post deum
debetur, inbecillitas nostra, quod de rerum sublimium affectione surreximus. votiva
febris meae necessitas et exustio amplectenda medullarum dederunt mihi et timere

1 magnus ...... nescio *om.* *B* 2 herculis *BVLT* antheum *V* 3 at] ad *B* 4 herculis *BVLT*[1] 6 venena] uena *B* heremanti *B*, herimanti *ceteri* 8 erit *post* metuerit *add. Hartel* laudibus *scripsi*, caudibus *B*, cautibus *ceteri*, cantibus *b* lyrneum *V*, lyrneo *B* 9 oriet consummatione *B* 10 hostis *om. Sirm.* at] ad *B* 11 suggerit *B*

[CDXXXVII] 12 hilpidio *codices* diaci *B*, diāc. *VL* 14 facies dignares *B* esse sollicitus esse et meos quae *B* 16 hilpidis *B*, hilpidi *ceteri* 18 diversa] uersa *B* affligi *V*, adflici (t *sup.* c) *B* 19 disperem *VLT*, dissperem *B* accepto *V* 20 filius *B* anima mea *Sirm.* 21 praeualis *B* cessis *B* remansis *B* quod *bis* *B* 23 procuris *B*

[CDXXXVIII] Eucharisticum de uita sua *inscr. Sirm.* 25 pontentiam *B* 26 in *om. Sirm.* conualiscat *B* cum] cur *B* 27 ad] sed *B* 28 conponat *B*, componit *ceteri* si] di *sup. lin.* c *B*, sic *Hartel* messes *BVC* 29 dulcemesse cum *B*, dulce esset cum *T*, dulcescet cum *C* accesserit *V* 30 pauperetate *B*[1] 31 debitur *B* debetur post deum *VLTC* uotiba febrius *B* 32 anplectenda *B*

deum de abitione sospitatis et in ipso gaudere de reditu. laetatur nunc in auctore
nostro mentis sanitas procurata languoribus. ubi est superbia diuturnae salutis quaesita 3
ludibrio? ubi supercilium, per quod divinum munus credebas esse rem propriam?
repente deseruit te constantia roboris tui, et aegritudinis subiecta ponderibus elisa
cervice iacuisti, postquam fugit prosperitas tua, seram meditata penitentiam, quod
valueras, dei nostri fuisse cognoscens. gratias tibi, caeli moderator et conditor, qui 4
dispensatione subtili et occultis miserendi itineribus vias nostras et de adflictione
conponis et ad virtutem perfectam pia laceratione nos reparas. ad medicinam tuam
venire nisi suffragio vulneris non valemus, cum duritiam cordis adsuescimus te per-
cutiente mollire et suggestionem terrenae vilitatis nobili et dulcissima molestiarum
nostrarum passione conprimere.

Ecce ego ille, qui in longum ducta mihi alacritate plaudebam, qua dum perpeti 5
fruerer, quasi nulla intermissione solveretur, quaerebam qualiter peccati stipendium
mors veniret. nam elevatus insanis successibus poetarum me gregi ignarus venerandae
professionis indideram. delectabant carmina quadratis fabricata particulis et ordinata
pedum varietate solidata. angelorum choris me fluxum aut tenerum poema miscebat, 6
et si evenisset, ut essem clarorum versuum servata lege formator, sub pedibus meis
subiectum quicquid caeli tegitur axe cernebam. ineptum diu volutavit vita mortalis
et certa miseriarum caecitas de falsa dicendi felicitate perextulit. quotiens ad-
clamantium flatibus propter religionem vertex nudatus intumuit, et mendacibus labiorum
lusus inlecebris credidit amorem sui habentium pectoribus inperari! tu autem, qui in 7
caelis habitas, inridebas me: tu quem non deleniunt verba sed puritas: tu apud quem Psalm. 2,4.
saepe muti loquimur et clamantes tacemus. sic dum me concinnationis superfluae in
rhetoricis et poeticis campis lepos agitaret, a vera sapientia mentitam secutus abs-
cesseram, nihil aliud cupiens nisi auris vanae laudationis adsurgere et orandi fastidium,
dum perorandi tenebar cupiditate, mercari. infelix ego homo! quis me repararet de Rom. 7,24.
corpore mortis huius? gratia dei, medicabilis morbi concessa ministerio.

Nam ecce repente ad sedem animae formidantis dolor ingressus et secreta cordis 8
hostili pavit incendio. tunc quicquid homo est iugi consenescebat ardore et per aditus
naturales coctio se interna reserabat. nam dum e latebris suis pelleretur adrogantia,
quamvis adhuc aliqua de superstitioso, tamen iam de superstite nihil habebam. hoc
solum remanserat de conscientia viventis, quod a te, deus meus, sanari me posse
confidebam, quem ad commotionem errore produxeram. nec tamen vastatrix illa et 9
magistra pestis latebat viscerum inmissa conclavibus, nec contenta velamine, totum me
luridi coloris nube vestierat, ut quicquid in ceteris passionibus medicorum quaeritur
digitis, hoc propositum pro correptione sui vulgus videret. urebat amantes mei longa
calamitas, urebat inimicos: alios desperatio obitus mei, alios angebat instantia; concors
erat civitatis in studii divisione sententia. interea me edax ignis interno vastabat 10
officio et continuis curantium nutribatur studiis. nam quasi morbos aleret, ita quicquid
contra ipsos providebatur accessit. tunc illa saecularis pompae philosophia Hippocratis

1 abitione] habitatione *B* suspitatis *B* laetatur] legimur (egi *in lit. et* s *sup.* r) *B* 2 diuturnae] diuinae *Sirm.* 3 divinum] omnium *Sirm.* 4 deserui *B* 6 valueras] praeualueras *b* cognoscens *B*, cognoscis *ceteri* 7 suptili *B* iteneribus *B* afflictione *V* 8 nos (os *sup. lin. et in lit.*) *B* 9 ualimus *B* adsuiscimus cepere | cutiente *B* 10 uillitatis *B* 15 inaddideram *B* perticulis *V*[a] 16 soldata *B* 17 eueniset *B* formatur *B* 18 mortales *B* 19 acclamantium *V* 20 flatibus] flagitibus *B* uertix *B* mendatibus *B* 21 credit *B* 22 diliniunt *BVLT*, deliniunt *CP* tua apud *B* 23 clamantis *B* 24 retori•cis *B* lepus *B* 25 uenae laudationes *B* adsurgere (adurgere *B*[a]) *B*, occupari *ceteri*, aucupari *Iuretus misc. p. 140* et *B*, erat *ceteri* 26 tenebar ‖ *verba* cupiditate *usque ad pag. 302, 8* reducit *tota pagina vacua om.* *B* 30 naturalis *VLTCP* 33 perduxeram *CPb* 36 amantis *libri, em. Sirm.* 37 inimicus alius *libri, em. Sirm.* aliud angebat *libri, em. Sirm.* 39 nutriebatur *CPb* 40 yppocratis et galieni *VLTCP*

et Galeni contrita subsidiis ad adiutorium fidele se transtulit. aliquando sentiens mundi
11 blandimenta vanescere et humanis hominem praesidiis non iuvari. iam duorum ferme
mensum curriculis cladis huius me sibi pressura submiserat; iam remedii vice transitum
praestolabar et nihil suave de usura lucis istius recolens abrumpere moras etsi cum
12 peccati iturus fasce cupiebam. expendite legentes quae hic flagella, quae tormenta
me manserint, ut suppliciorum praesentium metu gehennae poenas expeterem et ut
ad illa immortalis camini et dirum anhelantis piacula festinarem. sed non defuit mihi
I Reg. 2, 6. dominus, qui mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, maiestate sua, ille
Isai. 58, 9. cuius est promissio: adhuc verba in ore tuo, et ecce adsum, dicit dominus.
13 Nam cum unus de his, qui adsidebant mihi et per singulos dies ditabant in-
aequalitatem meam dispendio facultatum, lassatum se fuisse testaretur nec aliquid
remansisse quod fieret, ilico mihi spem vitae detulit desperatio curatoris. nam illic
promptiora sunt caelestis bona iuvaminis, ubi se subtraxerint obsequia infausta
14 languentibus. continuo me ad beati Victoris martyris praesidia saepe experta transvexi
et opem fortissimi precatus deo per ipsum cum lacrimis alleganda commisi: satis esse
ad promerendam clementiam eius, si semper ante oculos suos statuat, unde nos
sumpserit; nec facile ad sublimitatem mandatorum illius cum velocitate extremam
15 migrare posse materiam. quamvis per secundam pii naturam baptismatis ablutum sit
quicquid de limo parente sorduimus, tamen quia, dum inimicus salutis nostrae inclusum
blandimentis fucat interitum, dulci vitia sapore condivit, et dum pruritu aurium, dum
Hier. 9, 21. gustandi oblectatione producimur, mors per fenestras ingreditur: quo fugiendum est
ab ira ipsius, nisi ad misericordiam eius, qui reducem filium et concessae prodigum
portionis, ⟨quem⟩ postquam eum porcis per obscenum siliquarum cibum addixit inmunda
communio, ad stolam candidam, ad anulum pretiosum, ad divitias illas paternae
16 possessionis, quasi semper servasset iussa, revocavit? precatus sum per electum eius,
ut debita mihi plura dimitteret, ut plus diligentiae absolutus exhiberem. et hoc eum
promissionis suae chirographo et casta sponsione conveniens poposci, ut daret etiam
per praecepta sua amabili devotione me currere: quia cum sit illius quod vocamur,
illius quod vocati adquiescimus, a nobis tamquam sint orta munerantur. et velle recta
Phil. 2, 13. et perficere ipse suggerit: tamen ceu pro nostra obnoxius devotione dat praemium.
17 promisi etiam, si clarioris studii me per gratiam suam donaret affectu, de manu
linguae meae confessio ista procederet, de muneribus ipsius ingenioli mei eidem
adipem litarem, ut numquam stili cura de saecularium rerum ventosa executione
lassaretur; reliquas etiam quibus suggillabar foeditates abnuere, si tamen ipse, quod
18 loqui inspiravit, velle me faciat. supplicavi ut adesset in me beneficiis suis nec
averteret se ab eo, quem genuini praesidii tutela destitutum fovisset misericorditer et
illis, qui parentum laetabantur defensione, praetulisset: et ut haec tribuerentur, non
vicem innocentiae meae reddidit, sed quantum gratiae eius deberet felix et eruditus
peccator, ostendit. nam si recti custodiam, pietatem secutus, non linqueret et nos
terreret ut arbiter et non ut pater foveret, nusquam via salutis, nusquam evadendi
aditus pateret.

---

3 mensum *VL*, mensium *TCPb* 9 dicet *B* 10 de his *scripsi*, se his *B*, se ex his *ceteri* adsedebant *B* 11 falcultatum *B* nec ali *in lit. B* 12 fierit *B* illico *B* disperatio *B* 13 prumptiora *B* iubabinis *B* 14 martyris (y *in lit.*) *B* 15 aleganda *B* 16 suos *sup. lin. B* 17 extrimam *B* 18 babtismatis *B*[a] 20 fugat *B*[1] proritu *B* 21 gustadi *sup. lin.* n *B* fugendum *B* 23 quem *om. Schott* eum *scripsi*, cum *libri* cibus *B* 24 communi *sup. lin.* o *B* diuitia *B* 25 seruasse *B* elictum *B* 26 demitteret *B* exhibere *B* 27 cyrografo *B*, cyrographo *V* 29 tamquam *om. B* 30 ipse ⟨dum⟩ suggerit *Hartel* sugerit *B* deuotionis *B* 31 affectu *B*, affectum *ceteri* 32 prociderat *B* 33 litterem ut umquam *B* curam *B* exsecutione *V* 34 suggel || bar *B* foeditatis *B* abnuerem *Hartel* 36 fouisset] fuisset *B* 39 linquiret *B* 40 terriret *B*

Deus meus, redemptio mea! quae mihi occurrunt de his quae fecisti mecum, 19
quae de illis quae gessi adversum me! quae si conferantur, nullum tempus aut ope
tua aut delicto meo sit vacuum. libet ex innumeris in me conlationibus tuis unam
libare et praetereundo populos largitionum tuarum singularem summotenus adtingere.
tempore quo Italiam optatissimus Theoderici regis resuscitavit ingressus, cum omnia 20
ab inimicis eius inexplicabili clade vastarentur et, quod superesset gladiis, fames
necaret, cum excelsa montium castrorumque arces penuria perrumperet et in cul-
minibus locatos armis saevior egestas obsideret, ego annorum ferme sedecim amitae,
quae me aluerat, ea tempestate solacio privatus sum. remansi solus, inops re et 21
consilio destitutus, cui sola remedium tribuere posset adversitas, ne inter parentes,
quod est captivitatis sorte amarius, subsidia vivendi liber poscerem et cognitus
peregrinantium mala tolerarem. extemplo porrexisti consuetam dexteram, defensio
mea, et domum censu et religione praedivitem, ut solacium meum non respueret, con-
pulisti. poposci in matrimonio cuiusdam nobilissimae et tibi bene conpertae parvulam 22
filiolam, protinus, te ut ad te venirem procurante, quasi hoc a me sperari debuisset,
exceptus. contulit mihi placentium tibi consortium, et ut alimentis affluerem et ad
culturam tuam fugiens infidelitatis obscura commearem. pene ante agnitionem desola-
tionis meae coeperunt mihi largienda suppetere. tunc primum ex mendico in regem 23
mutatus, adflictorum orditus sum mala deridere et quasi debita mihi fuisset prosperitas,
sic illorum neglegere auctorem. non tamen perduellis animus et durae cervicis con-
tinuo a te tumor elisus est: produxisti ultionis tempora, ne forte conpungerer et hoc
tantum, quis esset praestitor, sanatus sentirem. sed quia homo non corrigitur ex 24
iniusto, nec facile ad candidum post maculas reditur, steti in sententia mea illa qua
caderem, vici patientiam tuam continuatione peccati. et quia, cum sis clementissimus,
non semper iustitiam seponis, nudatus praesidio tuo vocem illam, quae directa est ad
aures primi parentis, accepi: 'Adam, ubi es'? in confusione mea quantos amiserim 25 Genes. 3, 9.
clementiae tuae thesauros et qua nudatus sim dote numeravi: rerum a te conlatarum
aestimatio tunc concessa est, cum mihi perirent. redii ad me atque ad aerumnas meas
et propter gaudia producta lacrimavi. statim alio quidem itinere, non tamen inpare
subvenisti. ordinasti, ut per officium levitarum coactus sanarer et inpacti honoris
sarcina quod premebat a me pondus amoveret. sed postquam venerandae me pressura 26
dignitatis absolvit, habui de titulo genium, non de actionis nitore conscientiam. o mens
rigore inebriata venefico nec exemplis instructa nec monitis! si desunt tibi venera-
bilium magisteria librorum, ad profectum informare suppliciis et, nisi te caeno per-
ditionis inmergis, habere potes de poena doctrinam. sed haec faciat in nobis ille, qui
praecipit, et ut pares eius existamus inperiis, ipse nobiscum quod iniungit operetur.

Haec et alia plura, sicut praefatus sum, per testem probatissimum beatum 27
Victorem intimanda suggessi, nec requies nec mora procuranda lentavit: petitionem

2 si] sic *V*[a] 3 dilectio (*alt.* i *del.*) *B* meo *sup. lin. B* collationibus *V* 4 populus *B* adtingerit *B*, attingere *V* 6 famis necare *B* 7 castorumque arcis *B* perrumperit *B* 8 locatus *B* obsederet *B* sedecem *B* 10 distitutus *B* posset *scripsi cum Hartelio*, possit *libri* 11 sorte] orte *B* et cognitus . . tolerarem *B*, *om. ceteri* 12 exemplo *B* consuitam *B* 13 respuerit *B* 14 matrimonio *B*, matrimonium *ceteri* paruolam *B* 15 uenirem *scripsi*, uenire *B*, ueniret *ceteri* 16 afluerem *B* 19 afflictorum *V* 20 negligere *B* 22 esset] isset *BVL*, fuisset *coni. Hartel* corrigitur *T*, corrigit *VLC*, corriget *B* 23 iniusta ne *B* reditur *Dombart*, seditur *B*, sedetur *ceteri*, redigitur *Hartel* sentia *B* 24 cadirem *B* 25 seponis *B*, reponis *ceteri* 26 parentes accipi *B* quantus *B* 27 tensaurus *B* sim *Sirm.*, sum *libri* doce *B* collatarum *V* 28 perirent *scripsi*, periret *libri*; *fort.* periere erunnas *B* 29 quidem alio *VLTC* itere *B* 30 leuuitarum *B* 31 praemibat *B* amoberet *B* 32 habuit et de *B* 33 inebriatu *B* uenefico] uenibico *B*, uenifico *ceteri* 35 potest *B* 36 praecipet *B*, praecepit *b* 37 haec et] haecce *B*[a] 38 procuranda *B*

meam suscepit replicavit optinuit. hoc amplius suffragator meus emeruit quam
poposci, ut illa, quae mecum matrimonii habuit parilitate subiugari, religiosae mecum
28 habitudinis decora partiretur et fieret praeclari dux femina tituli. sed utinam sexu
fragilem in animi virtute sequeremur, et in actione nobili non tantum excelleret merito,
quantum femineae inbecillitatis sequi videtur optentu! illa pretiosae vigore constantiae
mala carnis vota perdomuit et affectiosam servavit pudicitiam non coactam. illa recti
observantiam, dum obstinate diligit, ire conpulit in naturam. utinam non mihi in illa
districti proponatur hora iudicii, et dum in infirmitate sua fortis adparuerit, ego in
29 naturali virtute sim fragilis! — Ecce, domine, recensui ipsa, quae noveras, et in ea
tantum fui fidelis parte, ut non raperem quod tenebas. adesto, rex gloriae, adesto
supplicanti et secundum benignitatis tuae consuetudinem secutura dispone!

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

## CDXXXIX (EPIST. 9, 15).

## ENNODIVS STEPHANIAE.

1 Bene est animo meo, quod gravatum peccati fasce meministis et inter illas
sacri pectoris curas, quantum epistolae ad domnum Avienum destinatae manifestant,
personae meae non emergit oblivio. deo gratias ago, qui per indebitam delinquentibus
clementiam solita miseratione succurrit, dum eos sanctarum animarum intercessione
2 sustentat. non credo, quod inter orationes deseratur quem nobilitatis alloquio. saluto
ergo humilitate qua dignum est et rogo, ut illi adsidua orationum donetis suffragia,
quem commemorationis pascitis ubertate.

## CDXL (EPIST. 9, 16).

## ENNODIVS ADEODATO.

1 Olim ad beatitudinis tuae scripta responderam, si facile fuisset Romam pergentium
itinera deprehendi. ecclesiastica humilitas a mundi potentibus quasi res peregrina
transitur. ut primum tamen domnus Dioscorus Romam perfunctus pii laboris remeavit
2 officio, ad restitutionem debiti reverentiam vestram suspiciens adspiravi. vos filios
vestros, domnum Faustum vel sanctam progeniem ipsius redire Romam cupitis, nos
manere: dispar sententia ad unum affectionis callem sine errore revertitur. deus tamen
optimus dispensator quod felicitati eius scit convenire disponat. mihi domni Fausti
3 suorumque prosperitas praesentiae vice blanditur. domine mi, salutationis cultum
pleno amore dissolvens codicem quem dedistis filio vestro domno praefecto remeante
transmitto: vos meum aut illum quem promisistis, si placuerit, destinate, illud tamen
specialiter conferentes, ut orationum vestrarum numquam me propugnatione nudetis,
quia nullus mihi murus potior esse adversus peccati arietem poterit, quam si illarum
me tutela defenderit.

---

1 optennit *B*, obtinuit *V* anplius *B* 2 poposcit *B* parilitate subiugari *B*, parilitatem (*om.* subiugari) *ceteri* 3 patiretur *B* fierit *B* sexu *B*, sexum *ceteri* 4 gragilem *B* in *ante* actione *om. VLTCP* 5 inbicillitatis *B* uidetur *B*, uideretur *ceteri* 7 obscenate diliget *B* ire (i *del.*) *B* 8 destricti *codices* apparuerit *V* 10 adsto .. adsto *B* 11 secutora *B*

[CDXXXIX] 15 pectoris] peccatoris *B* 18 orationis *B* 19 assidua *V* 20 pascetis *B*

[CDXL] 23 itenera *B* 24 dihoscorus *B* 25 adspirauuos f. *B* 26 Faustum] Paulum *Sirm.* 28 mihi |||||||| | *B* 29 mi] mihi *BVL* 31 promisistes *B* 33 quam] quim *B*

## CDXLI (EPIST. 9, 17).

## ENNODIVS APODEMIAE.

Non clauda fides est opinionis antiquae, quae perhibet quod propinquitas generis 1
non defrudetur longinquitate regionis. manent familiarum suis iura cardinibus, nec
quae sunt divisa habitaculis, dissociantur animabus. percurrit aetherius vigor, ubi-
cumque carnis cognatione producitur, et illa caelestis portio unius patriae non con-
tinetur angustiis. sic tu, domna mea, longe a corpore degentem Ennodium perquisisti, 2
efferendo desideratis nobile munus aspectibus. accepi cucullam qualem debuit dirigere
religionem profitenti. sanctissima, ora ut dignum me humilium indumentis etsi non
invenerunt dona vestra, tamen meriti sui nobilitate perficiant. domina mi, salutem 3
largissimam dicens rogo, ut crebro me venerandis relevetis alloquiis. laenam et racanas
cuius vos volueritis coloris, rubei aut fusci, mihi sub celeritate dirigite.

## CDXLII (EPIST. 9, 18).

## ENNODIVS STEPHANIAE.

Sufficeret equidem pro epistolari commercio meritum portitoris, cui et vena sua 1
quod loquendum est et pura circa me ministrat affectio. sed animus meus ad dupli-
catum festinat obsequium, nec simplici quam reverentia vestra exigit humilitate con-
tentus, domno Avieno scripta coniungit: illi quem de stirpe vestra procreatum et vita
prodit et oratio. graviter tamen fero, quod rusticas voces nimis urbana et subtili
elocutione narratis. non ita circa familiam vestram gratia caelestis innotuit, ut aliquem 2
in ea liceat maioribus suis aut lingua esse aut actione dissimilem, nisi forte quod vos
supra claritatem seniorum sanctae viduitatis in vobis fulgor inradiat. nempe illius
domni Fausti germana es, in cuius praefectura quod monachos instituat invenitur, quem
plus est actione venerabilem esse quam titulo. rogo vos servitio salutationis exhibito, 3
ut numquam scholasticorum indociles conpositiones sanctis dictationibus misceatis.
sufficit mihi quod admirer, quod si mereor sequi debeam, in vestris sensibus
invenire.

## CDXLIII (EPIST. 9, 19).

## ENNODIVS AGNELLO.

Longo animus meus pependit incerto, utrum pro diligentia notitiae vestrae 1
ianuam scriptionis amabili praesumptione pulsarem et excellentissimi hominis per hunc
callem pectus ingrederer an per homines vestros vaga salutatione contentus, secreta
quibus obsidebar inrumperem, quia visum mihi est non esse in hominum numero
conputandus quem hominum potissimus ignoraret. et plene illi nec mores suggerunt 2
fiduciam nec natura, qui in arce locatis absconditur, vobis praecipue, quos uterque

[CDXLI] 2 clada *B*[a] est *om. Sirm.* 4 habiculis *sup. lin.* ta *B* 5 productor *B* unius] umus *B*[a] 6 a] ad *B* 7 offerendo desiderantis *coni. Hartel* cocullam *B* diregere *B* 8 profitenti sanctissima. ora *distinxit Hartel* noon *B*[1] 9 mi] mihi *BVL* 10 me *om. b* 11 robei *B* celeritate] ceritate *B*

[CDXLII] 15 exiget *B* 16 coniunget *B* 17 uoces] uos *B* orbana *B* suptili *B* 19 ea] ae *B* 21 monachos *Schott et Sirm.*, monachus *codices* 23 indocilis *BVLT* 24 sufficet *B*

[CDXLIII] 28 excelentissimi *B* 30 uisus *Hartel* 31 plene *B*, plane *ceteri* 32 arche *B*

orbis amica et socia diversitate conplectitur, quos dei timor gratiae suae comitate firmatos fecit iam honorum summa largiri et, ad quod vix praecipui perducuntur. ad opinionis gloriam dare subiectis. laudandi sunt apices. sed ad eos sudore maximo vix venitur. quod tamen feliciter dictum sit, et inter munera vestra sunt culmina.
3 ergo salutans reverenter epistolam brevitate concludo, ne ante dignationem vestram videatur inportuna laudatio. latius post responsum paginale, quod moribus, quod potentiae vestrae convenit, eritis mundo mecum adtestante lecturi.

## CDXLIV (EPIST. 9, 20).

## ENNODIVS MASCATORI.

1 Et me sperare quod pium est et vos decet adnuere. nam disparibus viis ad unum finem remuneranda tendit intentio. vos solacia rebus inpenditis, a me tenue sermonis postulatur auxilium. sic fit, ut cui incumbit per officii considerationem praestare potiora, vix possit exigua. reddat ingenuitatem homo palatii, quia ecclesiae
2 nihil amplius sufficit quam precari. scitis pro ascinis a quo veniat retributio, si iuventur. succurrite his quos et patria terra captivat, quibus et invidia est cum originariis et condicio dolenda cum profugis. pluribus Christianum et sapientem non decet admoneri, ne longa deprecatio fructum sibi videatur adscribere laboris alieni. saluto ergo humilitate qua dignum est, et ut praefatos cum gaudio ad me remittatis inploro.

## CDXLV (EPIST. 9, 21).

## ENNODIVS HELPIDIO.

1 Etsi te inmemorem mei Pontica facit inhumanitas, me tamen imitari non decet quod adcuso. sic de civitate Mediolanensi quasi Icarus avolasti et nec mandati me salutatione dignatus es. sic faciunt quos potentum lateribus iungit inopinata sodalitas. musca moritura, iustum est ut si per naturam non potes, ad affectum meo inviteris exemplo. possunt tibi alii pro abundantia facultatum utiliores existere, esse tamen
2 non valent dulciores. sed redeo ad considerationem patriae tuae, cui debes bonorum oblivionem et miseriam qua laboras. nunc ergo honore salutationis inpenso servum tuum ad hoc direxi, ut filio tuo domno praefecto et tibi nuntiaret in Christi nomine, me de suburbano illo documenta legitima suscepisse, ut vos cum filio vestro domno Triggua quod necessarium videris agere non omittas.

---

1 adiuersitate *B*[1] quos] quod *Sirm.* tuae *B* 2 praeducunc *B*[1], perducunt *B*[2] 3 apicis *B* 7 erites *B* attestante *V* lectari *B*

[CDXLIV] 9 decit *B* 10 inpendetis *B* tenue *Schott*, tenuae *B*, tenui *VLT*[1]*P*[1], tenuis *T*[2]*CP*[2] 11 postulatur] praestolatur *CPb* incumbet *B* 12 eclesiae *B* 13 sufficet *B* scites *B* ascinis (= ἄσχηνοι *Sirm.*)] accensis *conicio* 14 iubentur *B* quos et *sup. lin. B* captiuat] captiuos *B* 15 cristianum *B* 17 gaudio] dio *B* remittates *B*

[CDXLV] 18 hilpidio *BVLb* 19 immemorem *B*[1] decit *B* 20 adcaso *B*, accuso *V* hycarus *B*[2]*VLCP*, hyrcarus *B*[1] 21 potentium *Sirm.* 22 moritur *B* effectum *b* 23 tibi] obi *B* 24 tuae *om. Sirm.* debis *B* 25 messeriam *B* honorem *B* 27 uos *fort. delendum*

## CDXLVI (EPIST. 9, 22).

## ENNODIVS FAVSTO.

Spero in trinitate deo nostro per suffragia veneranda sanctorum, quod servos 1
in quocumque loco positos, quemadmodum munitur oculi pupilla, custodiat et ad bonam Deut. 32, 10.
valitudinem reducat quicquid inimica fregit inaequalitas. ego tamen, etsi corpore
nequeo, sequor officiis; nam imperio sollicitudinis verba concessi deprecans, ut quam
sani sitis edocear. ecce vix fero brevem, absentia longa fatigandus. sed potentes
sunt et amici domni, quibus vos anima sancta commisit. ego memores, ut depositum 2
servent, sine cessatione convenio. aderunt partibus suis et quod ab eis susceptum
est sine inminutione servabunt. his addo praestante omnipotentis dei misericordia
servos vestros de Venetiis iam regressos exhibuisse documenta confirmata de legibus,
hic introductionem sollemnem ilico fuisse confectam. nunc utrum amico a vobis dici
aliquid debeat, illa qua soletis maturitate consulite.

## CDXLVII (EPIST. 9, 23).

## ENNODIVS LIBERIO.

Datum est mihi caelestis infusione mysterii libera habere iudicia, etiam cum 1
sim beneficiis obligatus. est enim superni muneris ut ingenuam sententiam ferat
obnoxius nec debilitetur inmanitate gratiae vigor examinis. divinum est, quando sine
corruptione de te loquitur cui multa contuleris, nec iniquum ponit aliquid in lance
veritatis donorum tuorum opibus subiugatus. nam ubi de potissimis sermo est et in 2
aures mundi itura formantur, publicum testimonium privata actio cur obumbret? debeo
equidem celsitudini vestrae plus quam universitas, sed nolo maius aliquid quam uni-
versitatis possunt ora depromere, et epistularis angustiae lege contentus satis modicum
de illa meritorum messe praelibo. felicissime hominum, hoc totis hostilitas virium 3
suarum laborat inpendiis, ut per totum orbem tu solus dissipata conponas. aestimationi
remanet qualis sit ille cui militas, quando lapsa exusta perdita, cum te aspexerint,
convalescunt. vix pascebatur Italia publici sudore dispendii, quando tu eam sine
intervallo temporis et ad spem reparationis et ad praebitionem tributariam commutasti.
laeti coepimus te moderante inferre aerariis publicis, quod cum maximo dolore sole- 4
bamus accipere. fuit semper ubertas nostra dispensatio tua. iuverunt venerabile
superna consilium. nam vires vectigalium tu vel nutristi pro bono publico vel dedisti.
culminibus omnibus homo sublimior, tu primus fecisti regales copias sine malo privatae
concussionis effluere. tibi post deum debetur, quod apud potentissimum dominum et 5
ubique victorem securi divitias confitemur. tuta enim tunc est subiectorum opulentia,
quando non indiget imperator. quid quod illas innumeras Gothorum catervas vix
scientibus Romanis larga praediorum conlatione ditasti. nihil enim amplius victores
cupiunt et nulla senserunt damna superati. taceo consideratione paginalis eloquii 6

[CDXLVI] 3 popilla *B* custodiat (to *in lit.*) *B* 4 ualititudinem *B* 5 imperia $V^a$ concessi *B*, congessi *ceteri* 6 sites $B^1$ breue *BVLCPb* 7 uos *om.* *B* membores $B^1$ 11 solemnem *V*

[CDXLVII] 15 inguam *sup. lin.* en *B* 16 debilitetur *excerpta Bruxellensia, ut ipse conieceram*, delitetur *B*, delectetur *ceteri* exanimis *B* 18 positissimis $V^aL$ 19 priua *B* 20 quidem *b* 21 satis] saiti *B* 25 conualiscunt *B* 27 aerrariis (*prius* r *del.*) *B* solibamus *B* 28 iuberunt *B* 30 homo *om.* *CPb* cupias *B* 31 affluere *CPb* 33 non *et V et L sup. lin.* 34 scientibus] sentientibus $B^1$ collatione *V* 35 dampna *V*

communionis et blandimentorum tuorum mella praeceptis caelestibus instituta non minus rebus nobilitata quam verbis: orationem meam ad ea quae eminentiae tuae debentur vota transduco, quia mecum Galliae in hac adstipulatione conveniunt, ut Christo deo vivo disponente ordinatis illis, quibus civilitatem post multos annorum circulos intulisti, quos ante te non contigit saporem de Romana libertate gustare, ad
7 Italiam tuam et poscentibus nobis et illis tenentibus reducaris. sic utriusque orbis per sanctas actiones indigena, venerabilem domum et summates filios cum universis Italiam possidentibus felicis praesentiae tuae dote sublimes. ego autem servitiis salutationis exhibitis valere me nuntio et de vobis quod voto meo satisfacere possit expecto.

## CDXLVIII (EPIST. 9, 24).

## ENNODIVS AVIENO.

1 Bene erat animo meo, si vel ad scriptionem frequens portitorum suggereretur occasio, quia in remedio desiderii senior providentia munus litterarum comparavit, in quo ad vicem praesentiae formato aestuantibus blanditur alloquio. et licet de ipsis remediis mens aegrescat absentium et de medicina sollicitudinis cura geminetur,
2 attamen non sunt deserenda quae sola sunt. ergo infante Valentino Romam petente, quantum sub celeritate potui, de his quae erant loquenda subripui, breviter significans valitudinem corporis mei fuisse turbatam. satis est tamen, si nuntio prosperitatis vestrae, dum fit hilaris anima, convalescam. domine mi, salutationis muniis, sicut reverentia vestra postulat, exsolutis rogo, ut iam me de votorum effectu et de bonis vestris epistularis sublevetis promulgatione conloquii.

## CDIL (EPIST. 9, 25).

## ENNODIVS AGNELLAE.

1 Gratum mihi est ad magnitudinem vestram litterarum munera promulgare, quia et generi et conscientiae vestrae non tam exhibetur honor iste quam redditur. iustum est ut religiosi homo propositi sanctam viduam et nobilem veneretur ingenuus. ago
2 deo meo gratias, quia bonus opinionis vestrae ad nos odor emanavit. ille usque ad consummationem vitae fructus tribuat, qui bonam radicem in hac saeculi conversatione plantavit. bene fecisti, domna Agnella, mundi istius blandimenta respuere, et dum celsiora sequeris, etiam quae potuerunt venire a legitimis remediis non habere: scisti non solum veniam quaerere sed coronam. gaudeant de medicina languentes: prope
3 est ut proximus sit integritati cui conceditur, ut feliciter dediscat inlecebras. ergo, domina mi, salutationis gratiam honorificentiamque persolvens rogo, ut pro me amico et parente tuo apostolorum liminibus non desinas subplicare, ut merear servare quod praedico et quod in aliis extollo ipse non neglegam.

---

4 illas *B* 5 circulos *B*, curriculos *ceteri* contiget *in lit.* *B* lisertate gustate $B^1$ 7 indigna *B* 8 possidentibus *Hartel*, possidensi dentibus *B*, possidens uidentibus *ceteri* filicis *B* 9 exhibuistis *B* exspecto *V*

[CDXLVIII] 13 stuantibus *B* 14 aegriscat *B* geminentur *Sirm.* 15 adtamen *B* 18 fit] fil $B^a$ hilares *B* conualiscam *B* mi] mihi *BVL* 20 colloquii *V*

[CDIL] 22 promulgata $B^a$ 23 uestrae *om.* *B* 26 fructos *B* 28 habere] auere *coni.* *Hartel* 29 solam $BV^a$ 30 proximior *Sirm.* inlecibras *B* 31 mi] mihi *BVL* 32 apostorum *B* supplicare *V* 33 negligam *B*

## CDL (CARM. 2, 150).

Qui miratur officii terminos in amicorum me laudibus egressum, recolat quam inperiosa est semper affectio nec parens propositi legibus vis amoris. et profecto si facti mei rationem quaerat, religionem vocat quod mentibatur excessum.

## CDLI.

Vt valeant aquilae formatos prodere fetus,
Vitalis tenerum frangit tepor insitus ovum.
Tunc pius artatam lacerat pater inpiger aedem,
Vt pariat rursus studio quos edidit alvo.
Mox generis testem Phoebum ciet arbiter idem,
Invenit internam rimatus lumine lucem.
Non aliter celso pueros de stemmate cretos
Doctrinae radiis opponit cura parentis.
Quam bene flammarum constanter, respice, bella
Excipiunt teneri, vincentes fulgora visu!

(DICT. 13.)

## DICTIO.

Si nauta secundis flatibus feliciter umidi directum transit itineris, si bellatorem 1
ducit successus melior ad triumfum, si per rhetoricos campos litterarum miles iudicis
fit favore sublimior: nostrum est hodierno die momentis paribus gaudere de themate.
quid mihi est cum ingenii mei publicata et degeneri paupertate? ecce de susceptae
dictionis messe ditescimus iucunda sorte, quando relatorem meritum relationis amplificat
et actorem causa commendat. ubi est pavor, qui nos sibi propter inperitiae con- 2
scientiam subiugabat? ubi frontis trepidatio, usu et exercitatione fragilior? obliviscimur
meriti nostri, dum claritatem loquimur alieni. nunc discimus potentes et alios esse
vos facere, quando tantum et fama nobilis dat praeconi. nihil mihi cum dubiis.
splendor laudantes inluminat et inmersos tenebris, si eius meminerint, sol recludit.
sed rursus hilaritas iungitur cum pavore et fit socia exultationis trepidatio. quando 3
inpar modicis sufficit in supremis? nam qui claritudinem non stili luce commendat
obnubilat, et sicut ingenio facundorum crescunt modica, ita siccitate devenustantur
amplissima, et nisi aestimatis viribus adgrediaris sarcinam, subiacebis. — Ecce Paterius 4
et Severus, ornamenta curulium et parentiva vocabula purpurarum, eruditionem ori-
ginariam in ipsis vitae praestulantur exordiis, dedignantes non studiorum diligentiam
cum sapore lucis haurire, quos indiscretis temporibus die natura donavit et litteris.
pro quibus quid parentum decora, quid insignia vetusta novus mentibus relator
insinuem? levabor hoc onere, si fastos pro me, auditor, interroges: mecum centuriae, 5

---

[CDL] 1 terminus *B* quem *B*ᵃ 2 et] es *B* 3 mentibatur *B*, mentiebatur *ceteri*

[CDLI] *Versus cohaerent cum sequentibus potius quam cum superioribus verbis, quibuscum eos coniunxit Sirmond.* v. 2 teporibus insitus *VL*, temporibus (*om.* insitus) *Cb* obum *B* v. 5 foebum *B* ciit *B*[a] v. 7 celso* *V* cretus *B* v. 10 uincentes *b*, uincentis *codices* fulgura *Sirm.*

4 Dictio quando Paterius et Seuerus traditi sunt ad studia *inscr. Sirm.* 5 iteneris *B* 6 triunfum *B*, triumphum *V* retoricus campus *B* 8 pullicata *B* 9 ditiscimus *B* iocunda *codices* quando *sup. lin. B* anplificat *B* 12 dum] du *VL* 16 immodicis *VL*, et modicis *CPb*, in modicis *Sirm.* sufficet *B* 17 criscunt *B* sictitate *B* 18 anplissima *B* aggrediaris *V* 19 porpurarum *B* origenariam *BVL* 20 praestolantur *V* stuodiorum *B* 21 ‖lucis aurire *B*, haurire lucis *ceteri* die *B*, diei *ceteri*, dei *P*[2]*b* 22 nouos *B*[a] 23 lauabor *B* onere *b*, honore *codices* fastos *B*, fastus *ceteri* interrogis *B* mecum centuriae *om. Sirm.*

mecum campi sollemnis illa vociferatio, mecum Severum et Paterium et aula veneratur
et curia: quorum quamvis familia meruit scipiones et trabeas, seposita tamen ad
tempus dote sanguinis, quod occasum per dignitates et post sepulcra nesciunt, moribus
6 exegerunt. mentior, nisi vivit Paterius in opinione doctorum et perenni aere formatus
illam eloquentiae palmis nobilem inter peritos praesentat effigiem. horum prosapies
adhuc quidem parva, iam maxima, gemmata pubescentis flosculi ora praeferens vocis
7 praesidium, quod exhibebit, inplorat, hoc taciti poscens allegatione conloquii: 'iuvate
parvulos, quos habebitis patriae mox parentes; inpendite praesidia defensoribus et
pugnate pro teneris, ne maturiores aevo subcumbamus pro universitate bellantes.
scitis quae domus pro generali calamitate desudet, cui debeatur pro communi securitate
litatio, a qua fluxerit, quod inter adversa inter vos civilitas non vacillat. debet vobis
origo nostra hanc tributariam functionem, ut semper nutriat patriae suae sine inter-
8 missione custodes. ergo si nota vobis sunt bona germinis nostri, inserenda suggerite,
ut quod nitet in semine cultura melioret, habeat cespes radici obsecundans poma,
quae tribuat. non sunt peregrina, non fugitiva quae poscimus. si Eleis et Olympiacis
conflictibus nutritur eculeus de parentibus aestimatus, nos adhuc proficientium creatorum
muniamur exemplis. vobis tantum praebuerunt obsequii res secundae, quando pro-
pugnatorum vestrorum et adolescit posteritas et adhuc patris avique tutela non deficit.'
9 ergo his stimulis incitatum, doctor venerabilis, suscipe universorum voces afferentem
et genitalis soli allegationibus benignam praebe conscientiam. respice de te iudicia
nostra et elevatus consideratione meriti parem te multorum forma sententiae. labora
ut munitio nostra te instruente solidetur, et ne inimica arietum vincat inpugnatio, tu
10 muris patriae studiorum arma coniunge. scimus quorum tibi suboles committatur;
provide ut quod natura validum peperit confortet industria. ducis erit, non originis,
si de viri fortis stirpe editus habeat inter bella formidinem. sufficit te sic instructionis
11 tuae sudore crescere, ut praesentes pueros formam veterum facias optinere. sed dicas
forsitan: licet te professio sanctior urgeat, me in istis non habet cura postremum.
ego sum, cui Paterium filium mater et virgo sacri fontis alvus effudit: ego in animae
eius secunda nativitate aut recreatione sum genitor. ergo peculiaris eruditionis eius
me provisio respicit, cuius pater et inter caelestia sum vocatus.

## CDLII (OPUSC. 6).

## ENNODIVS AMBROSIO ET BEATO.

1 Deo obsequimur, dum eius convenientia monitis inperamus. nam quod petitioni
vestrae studio caritatis adquiescimus, mystica sunt praecepta. multis etenim suppli-
cationibus exegistis, ut pagina vobis concinnationis didascalicae fingeretur. volens me
in multorum iura summisi, quia — videro quid in verbis adhibeatur examinis —

---

1 uenerator *B* 2 meruerit *Schott et Hartel; cf. p. 101, 31* 3 sepolcra *B*, sepulchra *V* 4 exigerunt *B* uiuet *B* 5 horum *Sirm.*, morum *libri* 6 pubiscentis fluscoli *B* 7 alligatione *B* colloquii *V* iubate *B* 9 maturioris *B* succumbamus *V* 10 scites *B* desudit *B* 13 sunt uobis *Sirm.* 14 habea *B* cespis *VLP*, cispa *B* 15 •eleis *B*, heleis *V* olinpiacis *B*, olimpiacis *V* 16 nutritor *B* 18 adoliscet *B* tutela] titula *B* deficet *B* 19 stimulis *BT et sup. lin. VL*, studiis $V^1L^1CP$ 20 et genitalis — nostra *om. Sirm.* alligationibus *B* 22 munio *B* instruente] sustinente *Sirm.* 23 soboles *V* comitatur $VLT^1$ 24 provide *om. Sirm.* ducit $B^a$ origenis *B* 25 ueri *B* sufficet *B* 26 opitinere *B* 28 aluus] saluus *B* 29 nativitate] natuttate $B^1$ eius *om. B* 30 respicet *B*

[CDLII] 31 Paraenesis didascalica ad Ambrosium et Beatum *Sirm.* 32 petioni $B^a$ 33 misteca (e *in* i *corr.*) *B* 34 exigistes $B^a$, exigistis $B^b$ 35 uidero *B*, uidebo *ceteri*

sufficit si me in voto praedicetis. ego tamen in foribus scriptionis quod vivificat
non tacebo. deum tota mentis intentione mundis tenete visceribus et circa vos 2
precum frequentatione mulcete, nullis ab eo animarum fornicationibus, nulla trans-
actione diducti. fovete etiam proximos, quos facit naturale collegium, et ne quod
vobis factum dolori esset, vos fecisse gaudeatis. huius boni fructus est quic-
quid optatur. me tamen diu tenuerunt anxium deliberationis incerta, utrum ad vos 3
per carmen an epistulari lege verba promulgarem. elegi affectionem meam circa vos
utroque dicendi calle patefacere, quia et praecipientem decet fortis elocutio et pressis
admonitione mentibus mollioris stili cura subvenitur. ergo benigni exacta suscipite.

## LAVS VERSVVM.

Quamvis sit tenerum madore mellis
Quodcumque strepuit parens Camena,
Et fictum lepido nitore carmen
Captivet docilis momenta cordis,
Nec semper deceat poema virtus,
Quod lex praecipiens tenere fluxum
Resolvat studio iubente fortes:
At nos Pieriae modum loquelae
In tantum sequimur monente cura,
Quantum dat genius vigorque veri.
Christi militis insitum rigorem
Elumbem patimur cavere ductum.

Ergo dictorum aliquotiens amoena fugientes, materiam solidam suo ore celebremus, 4
ne sentiat virilitas operis enervati damna sermonis. non refugit professionem meam
monitoris officium, quia decet praecedentes emendatio, et sicut post tergum relictis
par est facem de innocentia praeferri, ita ratio flagitat, ut etiam verbis iter quod
sequantur ostendas, cum divini voce constet hortaminis: 'argue sapientem, amabit te', Proverb. 9, 8.
et non reticeat saecularis adsertor:

'Qui praeceptorem sancti voluere parentis Iuven. 7, 209.
Esse loco.'

iure enim in affectionis supercilio conlocatur, quem benignitas corrigendi promptius 5
adserit quam ipsa natura. generare etenim et libidinis testimonium est, erudisse
pietatis. ergo ad disciplinarum arcem properantes matrem bonorum operum amate
verecundiam, quae ita ex se variarum species virtutum fecunda et virgo parturit, ut
inpudentia procax et corrupta vitiorum. haec vos hac voce, ut ad eam tendatis, hortetur:

## VERECVNDIA.

Tinguite candentes roseo de murice vultus
Atque fidem morum pandite de facie.
In niveo spargens maculas sis pulcrior ore,
Cum sudans tenerum roscida colla feras.
Nil tibi plus lingua tribuas quam stemmate frontis.
Quicquid amare libet, hinc tibi concilia.

---

1 sufficet *B* uota praediceres *B* 4 diducti *BVL*, deducti *ceteri* naturales *B*[1] colligium *B* 5 facisse *B* 7 meam circa uos meam *B* 8 decit *B* 9 admunitione *B* stilli *B* benigni *B*, benigne *ceteri* 12 quod cum quid *B* 17 ressoluat *B* iuuente *B* fortes] cortes *B*[a] 18 at] ad *B* 20 genior *B* 21 cristi *B* 25 decit praecidentes *B* 26 praeferri *scripsi cum Iuret. misc. p. 50*, proferri *libri* 27 amabit *B*, et amauit *CP*[2]*b* 28 assertor *V* 31 collocatur *V* 32 natura generare *B*, natura generis. genuisse *ceteri* et *B*, *om. ceteri* 33 prosperantes *B* 35 ad eam] audeam *B* tendates horte | tetur *B* 39 pucrior *B*, pulchrior *V* 40 ruscida *B* 41 stimmate *B*, schemate *Sirm.* fontis *B*[a]

6 Nefas est huic tam sacro manus negare consilio, quando et ipsa, quae loquitur, quaestuosi decoris dote redimita nobilitatis vel amplificat bona vel suggerit. pudori ergo cognatam semper sociate pudicitiam, quae aetatis praeiudicium cana moderatione temperans annis fervore tumentibus peregrinae frigus dispensationis admisceat et edomita erroris adpetentia carnem sapore sanctae conversationis inliciens, recti dili-
7 gentiam studiosam in vobis videri faciat non coactam. haec tamen ventris castigatione procuretur nec inimica eius ferculorum populosis nutriatur erroribus. exigit enim comisatio magno quaesita dispendio etiam bonorum damna meritorum, et uno calle morum veniunt detrimenta vel censuum. haec si ad vos gressum protenderit, his eam tonare oportet eloquiis:

### CASTITAS.

Nil moror adflictos constanter prodere vultus,
Dum mihi praeniteant casti monumenta decoris.
Pinguia nam tenuem suffocant corpora sensum,
Et male farta suas conculcant viscera mentes.
At mihi crux cuspis, crux scutum cruxque thoraca:
Hac tegar, hac feriam, hac pacis foedera firmem.
Haec mihi dux belli est, quo victrix lubrica calcans
Dira cupidinei detester mella veneni.
Ad me currentes, puerum seponite factis
Deque meo, iuvenes, canam praesumite vitam.

8 Hanc admittentes fidei ornate consortio, quia sicut in emendatis moribus principem locum optinet, ita suis spoliata dotibus non tenetur, nec fas est quasi singulare occupari quod constat ex pluribus. nobilia serta nisi multiplicibus pratorum non conponuntur spoliis; ex variis gemmis una diadematis solet constare formatio; semper
9 admirabilis electri corpus numerosa metallorum membra pepererunt. proinde, quia nihil est quod fidem possit anteire, foveatur et ita in diligentiae messe coalescat, ne lacteus alimenti divitis culmus inportuna demessus falce moriatur. ergo recedat ab instituto vestro clauda pollicitatio et per usum in naturam transeat res sequenda. haec tamen his vos convenire putetur affatibus:

### FIDES.

Qui cupit caelo sociare terram
Linquere et luxae vitium parentis,
Me petat, certum decus et coronam
    Muneris alti.
Ille nec dirum metuit tribunal,
Nec per urbanos volitat potentes,
Conscius recti tenet inter undas
    Stagna salutis.
Barbarum quamvis tumeat Gelonus,
Parthica et latret Morinus figura,
Omne quod mundi rabies susurrat,
    Despicit arcet.

---

3 sociate *BCPb*, societate *VLT* 4 perigrinae *VL*, peregrinis *B* 5 edumita *B*[a] appetentia *V* illiciens *V* 7 exgit *sup. lin.* i *V*, exiget *B* 8 comesatio *VCP*, comessatio *LT* dampna *V* 12 adflictus *B*, afflictos *V* 14 tenuam *B*[1] 16 at] ad *B* toraca *codices* 19 detestor *b* 23 optinent *B*, obtinent *ceteri, em. Sirm.* tenentur *T* 24 occupare *V*[a] 27 coaliscat *B* 28 alimenti] elimentis *B* oriatur *sup. lin.* m *B* 31 fedis *B* 32 cupet *B* caelo• (*eras.* s) *B* 37 orbanos *B* 39 stana *sup. lin.* g *B* 40 gelonos *B* 41 partica *B* morenus *B* 43 dispicet *B*

Intrat excelsi penetrale regis,
Ditium tutus manet in ruinis,
Ille nec legem patitur sepulcri
Nec mala vitae.

De praefatis virtutibus facessat studiorum liberalium deesse diligentiam, per 10
quam divinarum bona rerum quasi pretiosi monilis luce sublimentur, quia non multum
a foeditate seiungitur inperfecta formositas, et qui non sufficienter magnorum tetendit
ad culmina, miserorum infima vix reliquit. istae tamen prae foribus quasi nutricem 11
ceterarum anteponunt grammaticam, quae adulescentium mentes sapore artificis et
planae elocutionis inliciat et ad Tullianum calorem scintillis praefigurati vaporis
adducat. fabricatum Martius campus militem suscipit, quem simulacrum mentitae
dimicationis animavit, nec pedem retorquet a classicis, cui bucinarum clangor et
ministeria belli inter pacis blandimenta crepuerunt. usu enim virtus nutrita grandescit 12
et de institutione nascitur periculorum tolerantia. consummati roboris viros principia
viderunt timentes. bene est, si rhetorum dextera et libertas illa linguarum formatos
grammaticorum fornace enses accipiat, qui ne manifestis cedant ictibus, frequens con-
tulit imago feriendi. in hac cautione opus est, ut supra aetatis inmaturae naturalem 13
paene licentiam artis crescat affectio et de continua per pedagogos et indicta necessi-
tate clari operis spontanea cura prosiliat. ostendit tamen ad bonam se voluntatem
tendere qui ut cogatur adquiescit. iam pene in studio habet honestatem, quem non
offendit sollicitudo monitoris. tamen sectatoribus ista sic loquitur:

GRAMMATICA.

Mentibus damus saporem, dum polimus fabulas.
Iudicem tenemus aequum, si quid errat parvulus.
Abstinens manu pudorem aure et ore verbero.
Quicquid ars habet pavendum, ars loquendi temperat,
Cum pusillis et iocamur inter ipsa dogmata.
Nam iubet rigor magister, ne per omne terreas.
Nos parentes dixit aetas illa maior optimos,
Quod favore conputamus esse nostra pignora
Quae dedit venter tumescens litterati seminis,
Nec libido subiugavit iura clari pectoris.

Hac vos digredientes iam institutos rhetoricis lituis evocat Mavors eloquentiae et 14
quasi loricam hamis, ita conponit variis et conexis causarum munimenta particulis.
nam nodosis orationis artubus in solidam et simplicem formam coactis unam sermonum
pingit effigiem, in qua ita quadratis sociantur diversa mensuris, ut nec divisio deroget
coniunctioni nec viritim adgreganda valeat, cum opus est, segregare partitio. vos 15
praemisso laudis sapore mascula dictio et humani sermonis Latiare supercilium sic
adhortatur: 'post apicem divinitatis ego illa sum, quae vel commuto si sunt facta vel

---

2 ditium] diuitum *b* tutis *Sirm.* 3 sepulchri *V* 5 decesse *B* diligentia *VLT* 6 diunarum *B*[a] munilis *VLT*[1]*CP*[1] subliment *B* 8 infirma *B*[1] 9 aduliscencium *B* 10 plana *VLT,* lanae *B* locutionis *CPb* illiceat (e *in* i *corr.*) *V* colorem *B* scintillas *Sirm.* 12 retorquid *B* 13 grandiscet *B* 15 rethorum *codices* 17 mago *B* 18 indicta — continua *transponere malim* pedagogus *B* 19 se uoluntatem *B,* uoluntatem se *ceteri* 20 cogat *B* 23 dum] dom *B* 24 paruolus *B* 26 ars] abr *B*[a] habet] auet *B* temporat *B* 28 magiter *B* 29 optimus *B* 31 tumiscens *B* siminis *B*[1] 33 hoc *edit.* institutos *scripsi,* instituto *libri* rethoricis *codices* mauuors *B* 34 luricam *BVL* 36 pinget *B* 37 coniuntioni *B*[a] aggreganda *V* segregare] senegare *B* 38 sermonis] saporis *Cb* 39 adhortatur] adoratur *B* uel *sup. lin. B* committo *potius quam* commuto *B* sint *CPb*

facio. quantisvis actionum tenebris involuto lux sufficit, quam loquendo contulero.
ego sum per quam expectant homines reatum de turbida et innocentiam de serena.
per me fusca splendore conscientia, per me luce sua radians adventicia nocte tegitur,
16 vel si sit ignara tenebrarum: est quod nec confidit puritas nec culpa suspirat. ad
meum conpendium ubicumque est Romanus invigilat. fasces divitias honores si non
ornamus, abiecta sunt. nos regna regimus et inperantis salubria iubemus. quid quod
declamationum nostrarum oblectatio vincit universa quae sapiunt et opinionem quam
conciliamus aeterna est! ante scipiones et trabeas est pomposa recitatio. de virorum
fortium factis quod volumus creditur; actum nemo aestimat quod silemus: nobilia
17 germina ex nobis fusa orbem totum sole clarae perfectionis inradiant. poetica, iuris
peritia, dialectica, arithmetica, cum me utantur quasi genetrice, me tamen adserente
sunt pretio. audite tamen et carmen, alieni quod nobis suggerit ludus officii.'

## RHETORICA.

Sit noster tantum, non stringunt crimina quemquam.
  Nos vitae maculas tergimus artis ope.
Si niveo constet merito quis teste senatu,
  Verg. Aen. 7, 331. Cogimus hunc omnes dicere nocte satum.
Et reus et sanctus de nostro nascitur ore:
  Dum loquimur, captum ducitur arbitrium.
Lana Tarentinae laus urbis, gemma, potestas
  Quid sunt ad nostrum iuncta supercilium?
Qui nostris servit studiis, mox imperat orbi.
  Nil dubium metuens ars mihi regna dedit.

18 Haec ergo, dulcissimi, et adsequi contendite et adepta custodite. sed replicetis:
quibus ad ista magistris, quibus utamur institutoribus, quorum erigamur exemplis,
cum Faustum et Avienum, saeculi nostri beatitudinem et Latiaris flumen eloquii,
aulicis districtum teneat fors secunda consiliis? quos dum manet cura, a generalitate
nescitur, quorum temptare praeconia idem est ac si lucem solis et potentiam velis
19 divinitatis adserere. sed istis in bono publico desudantibus patricii Festus et Symmachus,
omnium disciplinarum materia et constantis forma sapientiae, ab urbe sacratissima
non recedunt. in ipsis est nobilis curiae principatus, quos vidisse erudiri est. non
apud eos sermo de ludicris nec pantomimorum vix ignoscenda commemoratio. illi
auram popularem per pudoris detrimenta non capiunt, contenti rectis magis placere
Terent. Eun. 1. quam plurimis, sortiuntur de innocenti actione testimonium. istorum quamvis in
omnibus iussa sequenda sint, est tamen in illis et magistra taciturnitas et eruditi
20 forma silentii. est etiam Probinus patricius, Placidi germinis examinata claritudo,
quem eruditorum familiae mores ad unguem ducti contulerunt, qui et de patris et de
soceri hausit fonte, quod mundus est. est patricius Cethegus, eius filius, vir consularis, qui canam prudentiam minor transgrediens sine aetatis praeiudicio habet et
21 provectorum saporem et mella pueritiae. est Boetius patricius, in quo vix discendi

1 sufficet *B* 2 serena *ex* serentis *ut vid. B* 3 splendore *scripsi,* splendorem *libri,* splendet *Hartel* 4 confidet *B* 6 ornamus *B,* ornaueris *ceteri* regemus *B* inperantis *B,* imperantes *ceteri* 7 uincet *B* 8 traueas *B* 11 aretmetica *B* me] met *B*[1] adserent•ae *B* 13 rethorica *BVL* 14 crimina] carmina *Sirm.* 17 noctis atum *B* 18 scanctus *B* 22 seruet *B* 25 maiestris *B* 27 districtos *Hartel* fors *B*[1]*VL,* fros *B*[2], sors *CPb* a *om. B* 28 uellis *B* 29 pullico *B* 30 materi | a et principatus (et *del.*) *B,* et constantes — curiae *suppl. in mg. inf. B*[2] constantis *Usener (anecd. Hold. p. 35) et Hartel* 36 propinus (p *ex* b) *B* placidi *editores; nomen proprium subesse perspexit Usener (l. c. 11)* 38 cytegus *B* 39 canam] cam *B*[1] 40 pueriae *sup. lin.* ti *B* boecius *B* patricius *sup. lin. B*

annos respicis et intellegis peritiam sufficere iam docendi, de quo emendatorum iudi-
cavit electio. est Agapitus patricius, et honestate dives et scientia. est Probus v. i.,
quem si sequamini, illum Faustum et Avienum, quos praedixistis, praesentes, etiam
cum desunt, habebitis. ceteros claros viros, quos tantum ad me opinio detulit, silentio 22
relinquo: per hos, si vobis iam cordi est maturitas, aut per eos, quos sum praefatus,
agnoscite. manifestis enim patet indiciis amicus bonorum nec in altero mores quis-
quam hominum, nisi quos in se formavit, amplectitur. iam si matronarum delectat 23
aditio, habetis domnam Barbaram, Romani flos genii, quae testimonio vultus patefaciat
lucem sanguinis et saporis, in qua invenietis et verecundam securitatem et de bono
actionis confidentem verecundiam, sermonem naturali et artifici simplicitate conditum,
ut nec lepos devenustet alloquii nec duris splendor feminarum rigescat affatibus, in
qua sic in naturam transiit honestatis diligentia, ut si vel mentiri vellet, non posset
errorem. sonat pudicam lingua dulcedinem nec mentis nubilum tecto sereni sermonis 24
operitur: hoc est pectoris quod loquelae. det veniam feminarum diadema praesumenti,
quod eius invideo quieti: velim illam omnibus Italiae partibus imitationem praeferri,
ut quae non adquiescunt monitis formarentur exemplis. est illic etiam Stefania, 25
splendidissimum catholicae lumen ecclesiae, cuius natales ita maiore luce fuscantur,
si mores intellegas, ac si facem mundi oculus sol obumbret; si ingenitae conversationis
radios seponas, plus eius sanguine nil lucebit. istorum, quoscumque praefatus sum,
caelestis vos dispensatio iungat obsequiis. — Ecce habetis gratiae meae obsidem paginam, 26
quam velut pedagogam sectamini. det autem vobis deus quod decet et velle semper
et facere. ergo si pomposa oratione non valui, oratione vos memor professionis adiuvi.

---

Per te, per qui te talem genuere parentes, Verg. Aen. X 596.
Symmache, ne nostram maneat sors dura tabellam,
Da dextram tenui et tecum me tolle per undas.
Non facit ad mores credentem fallere sanctus.
Nil moror: en supplex venio, miserere precanti,
Vilia divitibus commendans dicta patronis.

---

Germina clara,
Sumite sicci
Verba parentis.
Nobile dictum est,
Quod bona monstrat.

## CDLIII (CARM. 2, 151).

Vna domus duplici discreta iungitur aede
Partiturque suum quod bene nectit opus.

---

1 annos *sup. lin. B* 3 praedixistes *B* 4 habebitis] auenetis *B* 5 hos *Hartel,* uos *libri* 7 se *om. B* 8 auetes *B* florem *$T^2$ et Schott* 9 inuenietes *B* uerecundum *B* 11 lepus *B* spendor *B* rigiscat *B* 12 transiet *B* honestates *B* vellet *scripsi,* uellit *B,* uelit *ceteri* posset *scripsi,* possit *libri* 13 nobilum *B* 15 uellim *B* patribus *B* in imitationem *fort.* 16 formentur *coni. Hartel; cf p. 281, 27* stephania *V* 17 spendedissimum *B* 18 intelligas *B* oculos *codices* obumbert *$B^1$* 20 celestes *B* habetes *B* 21 pedagogum *b* 25 dexteram *VL* 26 facet *B* sanctus *scripsi,* sanctos *libri* 29 gemina *$B^a$* 30 sumites *B*

[CDLIII] De duabus domibus coniunctis *inscr. Sirm.; sine distinctione superioribus versibus adiungunt codices vers. 1 et 2 in fine colloc. CPb* v. 2 partitor *B*

In geminis simplex radiat pia gloria tectis
Et de divisis consociatur honos.
Ne procul aut ibidem sacros confunderet usus,
Constanti numerum sors dedit ampla loco.

## CDLIV (EPIST. 9, 26).

## ENNODIVS MESSALAE.

1 Scio equidem vos pro desiderio meo fuisse subtractos, sed aliud spe de sollici-
tudine vestra praeceperam. nam et qualiter domnus deo praestante valedixerit et
qui vobis itineris ordo fuerit, si mei memor esses, agnoveram. sed quid facio, qui
2 neglegentiam vestram nec suggerendo formam affectionis expugno? ergo si te Christo
deo nostro tribuente spes nuptialis adflaverit, Ennodi memoriam non fugabis, quando
nulla sic cessit maior diligentia et pius amor exclusus est. tantum a pectore tuo,
quantum ab oculis submovebor? sanus esto, salva vita patris et fratris tui! deus vobis
benefaciat: agnoscant quod pascat auditum. quale vultis circa me exhibete pro-
3 positum: unum te rogo honore salutationis exhibito, ut apud domnos apostolos pro
me digneris preces offerre, ut ipsi miserias meas medicinaliter curent nec patiantur
me quicquam velle quod non decet: castigent praesumptiones mentis et corporis.
quod si facias, credo pro innocentia et puritate tua te melius pro me, quam si essem
coram positus, audiendum.

## CDLV (EPIST. 9, 27).

## ENNODIVS AVRELIANO EPISCOPO.

1 Debeo equidem dolori meo vocem, sed reverentiae vestrae taciturnitatem. et
forte melius maerorem de abstinentia sermonis vestri loqueretur muta dissimulatio.
urbanum enim et subtile erat, ut isdem lineis, quibus in me delinquitur, potiorum
delicta ferirentur, ut secum haberet culpa vindictam. sed quo me vertam, qui in-
memorem mei et humilium notitiam respuentem pertinacia amoris insequi non desisto?
2 numquid non repudiati inportunitas mater horroris est, cum placendi per adsiduitatem
desiderium materiam exigat displicendi? nam quicquid mente fugimus, ingestum oculis
vix videmus. o si mihi liceret adhuc aequali cum beatitudine tua sorte contendere!
sed dormiunt apud coronam tuam propinquitatis privilegia, postquam pater esse
3 meruisti. retinet quisquam hominum perire suis iura necessitudinis incrementis et
adcessione piae dignitatis et generis et diligentiae vincla dissolvi? ergo decuit
evectionem meriti vestri instabili mihi esse rumore conpertam et de communibus
gaudiis adhuc pendere opinione contentum? electus sum, cui bonum generale taceretur,
4 ut rem aurei saeculi solus pro conscientiae meae obscuritate nescirem. nobilis vita

---

v. 4 honos *Sirm.*, honus *BVL*, onus *CPb* v. 5 ne *B*, nec *ceteri*

[CDLIV] 2 spe *Hartel*, spei *libri* sollicitudinem *B*[1] 3 praeciperam *BVL* 4 essis *B* 5 negligentiam *B* 6 nuptiales *BVLT*[1] afflauerit *V* ennodii *T*[2]*Cb* 7 sic ·(c *sup. lin.*) *B* 8 subuebor *sup. lin.* mo *B* 9 agnoscam *T*[2] uultes *B* 11 meserias *B*[a]

[CDLV] 15 epōs *B*, *om. b* Arelatensi *addidit man. rec. in B et Schott* 17 loqueretur] sequeretur *Pb* 18 hisdem *B*, eisdem *CPb* 19 heberet *B* 20 pertinatia *L*[2]*CP*, pertinaciam *BVL*[1]*T* 21 per adsiduitatem ... displicendi *suppl. in mg. inf. B*[2] 22 exigit *CPb* 23 o *om. Hartel* condere *sup. lin.* ten *B* 26 accessione *V* et *ante* diligentiae *om. B* 27 instabili *T*[2]*CPb*, instabilem *BVLT*[1] 28 elictus *B*

vel genere apicem ecclesiastici honoris ascendit, et me dedignatur adloquio. vere tale factum, aut studio aut neglegentia evenerit, non probatur. ego tamen servitia salutationis inpendo et Italica simplicitate, unde tristitiam habuerim, sine dissimulatione manifesto.

## CDLVI (EPIST. 9, 28).

## ENNODIVS AGAPIO.

Duriter officium gestientis animi ad memoriam tristium mens recordatione 1
stimulanda revocavit. nam semper remedium doloris oblivio est, quia quod ratione (Publ. Syr. 250 (M).)
non possumus, temporum prolixitate sepelimus. bene est, quia diuturnitate senescit
adflictio et magni doloris consolatio citius per silentium procuratur. nam in huius-
modi negotiis plus agitur nil agendo. sed quid facio, quia epistolae vestrae lectio 2
iam obductae cicatricis penetralia rescindit et sepultam inmaturi funeris recordationem
amara sorte vivificat? ergo ego communi fratri consolationem dare poteram, cum si
quid humanitatis in me esse creditur, sic dolerem? aut umquam flens placuit con-
solator? ergo expectatur medicina de morbidis? non de me, domne Agapi, bene iudicas, 3
si et in germani tui maeroribus et in obitu spiritalis filii ego quasi opinioni tuae dis-
putator occurro. sana pectora iter curationis inveniunt: nemo alterum unde ipse
laborat absolvit. sed hinc alias. potens est deus, qui solus ad ista valet occurrere
et communis mali sublevare pressuram. vos tamen honorificae cultus salutationis 4
inpertiens rogo, ut crebro mihi epistolaris commercii munera conferatis, ad quae studia
pigrum esse nec amantem convenit nec facundum.

## CDLVII (EPIST. 9, 29).

## ENNODIVS LIBERIO.

Si poetarum spiritus disciplina paginalis admitteret et centena ora, et vox ferrea 1 (Verg. georg. 2, 43. Aen. 6, 625 al.)
vix quod celsitudini vestrae a me debetur verborum ubertate reseraret. sed quia
magnis obnoxius vix ad parva sufficio, providi post dei misericordiam vestrae gratiae
repensorem. nam frater vester domnus Faustus, dum debere se beneficium quod mihi
tribuistis eloquitur, ab inbecillis cervicibus gravis oneris sarcinas amolitur. sunt inter 2
duos praecelsos ista communia: vos vobis et dare digna nostis et reddere; me sub
fasce vestri muneris constitutum sola manet de obnoxietate confessio, dum praeventum
gratiae vestrae mole quod voti conpotem fecit hoc inparem. adsum tamen partibus
meis et inter orandum quamvis peccator deum, ut pro me quoque vobis reddat, inploro.
ecce duo ista sufficiunt: nam et de caelo pro me expectatis quod vos exhibuisse 3
meministis, et est aequalis qui se debere fateatur in terris. expecto tamen beneficii

---

1 vel] et *CPb* alloquio *V* 2 eueneret *B*

[CDLVI] 5 agapito $V^1L$ 7 obliuio doloris *VLTCb* 8 sepeimus (li *sup. lin. et exp.* i) *V*, sepeliimus $L^1$ seniscet *B* 9 afflictio *V* consulatio *B* citius] cuius *b*, *om. Sirm.* 10 nostrae *b* 11 obducta *Sirm.* rescindit $T^2CP$, rescindent *VL*, rescendent *B* 12 consulationem *B* 13 in] im *B* placavit *coni. Hartel* 14 domni *B* 15 obitu] obbtu $B^a$ spiritales *B* 18 cultu *B et Sirm.*, cultum *fort. ut p. 290, 10* 19 conferates *B* ad quae] atq; *B*

[CDLVII] 22 paginales *B* et centena *B*, centena *ceteri* 23 celsitudinis *B* 24 parua *B*, pauca *ceteri* 25 deberese se *(pr.* se *del.) B*, sese *recte fort.* 26 tribuestes *B* inbicillis *(alt.* i *sup. lin.) B* oneris *CPb*, honoris *BVL* 27 sub | sub *B* 28 sola manet *B*, solamen . et *ceteri* 29 conputem *B* 30 horandum *B*, hortandum $V^1LT^1$ reddet *B* 31 expectates *B*, exspectatis *V* 32 meministes *B* aequales *B* exspecto *V*

vestri celeriter subplementum, ut litteras, quales per sublimem virum Tranquillinum sum precatus, accipiam. his tamen aliam vobis miserendi viam bene morum vestrorum
4 conscius exhibebo. Camella parens mea intra Gallias et viduitatis miseriae et geminae iam captivitatis subcubuisse fertur incommodis. nemo est, qui tam multiplices necessitates praeter celsitudinem vestram possit avertere. generis mei patronus quod in Italia positis praestitit, non neget in Gallia, ut vel de casellulis ipsius ordinatione
5 vestra dum ab eis fisci onera derivantur, ad praefatae alimenta sufficiant. domine mi, salutationis servitia dependens rogo, ut portitorem praesentium hominem meum, quem ad haec exsequenda destinavi, deo vobis inspirante ad me cum effectu eminentia vestra iubeat commeare. numquid dubitare de postulationibus suis eum convenit, qui se novit etiam illa, quae non poposcerat, inpetrasse?

## CDLVIII (EPIST. 9, 30).

## IN CHRISTI SIGNO.

1 Natura rerum est, ut etiam idoneus ore vel pectore possit de praesumptione culpari, quia omnis verborum commoditas humilitatis terminos egressa calcatur, et sicut habenda sunt quae exiguntur in pretio, ita ingesta viliscunt. inportunitas cum facundos opinionis nobilitate dispoliet, dedecore vestit indoctos. sed hac me ratiocinatione sustento, quia est quidem audax sed amabile, praevium praestitisse sermonem, et sicut vicinum temeritatis, ita proximum dilgentiae ad caritatem pertinens iter aperire.
2 inter ecclesiarum homines numquid reatus est, si pari amore contenderint dispares dignitate? aut excedunt modici honoris angustiam qui desiderant suffragio gratiae summatibus conparari? non habet superbi conscientiam qui se tantum in affectionis muniis non metitur. praesumo dicere, directus subditorum error est qui in hac re
3 praecedentes antevenit. ecce sic partes meas quasi voluntariae allocutionis fuscatas nube purgavi. sed dico quod ad defensionem spectat uberrimam. filius vester domnus Rodanius exegit a me in usum stili praesentis erumpere. fateor tamen in studio meo fuisse quod iussit, quia qui volentem coegerit non laborat. deo gratias principe loco et tota epistulae concinnatione referamus, quia in societatem capitis sui aliquando
4 Romana membra coierunt. iustum erat, ut et beatus Petrus apostolus sedi suae ecclesias et senatui liberiori per dominum partes debitas reformaret. dignus regnator, digni, in quorum aetate votorum summa contigerit. nam etsi itura ad posteros felicitas perseveret, litandum illis est laudatione praecipua, a quibus sumpsit exordium. deo efficaciter supplicastis, ut illius vos virtus erueret, cuius potest servare clementia. didicistis eius eventus prosperos, quem videtis secutam dum mandat bella victoriam.
5 parum superest, ut mansuetudinem mentis illius ita profundam teneatis, quasi sit ignara procinctuum. deo tribuente nec pax eius turbari dubiis potest nec fortitudo

1 subplimentum *B*, supplementum *V* literas *B* tranquilinum *B*[a] 2 praefatus *B*[a] 3 Camilla *b* miseriae *scripsi*, meseria *B*, miseria *ceteri* 4 subcupuisse se fertur *B* succubuisse *V* 5 patronos *BVLT*, patronis *CP*, *em. Sirm.* 6 prestitet *B* negit *B* uel *B*, *om. ceteri* 7 diriuantur *codices* ad *delendum esse censeo* mi] mihi *BVL* 8 dependans *B* 9 mecum effectu *B*, meum effectum *ceteri* 10 postolationibus *B* 11 etiam] et *b*

[CDLVIII] 12 Symmacho papae *inscr. Sirm.* 14 omnes *B* 15 uilescunt *V* 16 facundus *B* indoctus *B* rationatione *VL* 18 timeritatatis *B* 19 reatur *B* 23 praecidentes *B* 24 spectat] expectat *B* 25 Rhodanius *edit.* exiget *B*, coegit *Sirm.* 26 uoluntatem quoegerit *B* 27 epistulae *VL*, epistolae *B* Quia in] *hinc incipiunt lineam ut in parte nova VLTCPb* 28 quoierunt *B* 30 digni *Hartel*, dignus *libri*, digni vos *fort.* quorum] quo cum *Sirm.* 31 illi *Sirm.* 32 supplicastes *B* 33 dedicistes *B* dum mandat secutam *VLTCP*

qualibet obiectatione confringi. nihil apud illum tutius supplicante: solus evasit
proeliares acies qui rogavit; vicit armorum inpetus qui obtulit devotus obsequium.
quod vix veteres principes praesentiae suae sudore potiti sunt, hoc semper regis 6
nostri brevis procuravit epistula. per excursus dirigitur felix exercitus ad triumfum.
qui credat militem eius in labore et perfectione habere quidem superantis gloriam,
sed continentiam subiugati? consummatis congressionibus de irae hereditate nil remanet.
uno tempore quos perniciosos adversarii viderint, blandos sentiunt tributa pendentes.
et haec quidem caelesti praeparantur pro hac repensione suffragio, quia fides nostra 7
apud eum — aliud ipse sectetur — in portu est. mirabilis patientia, quando tenax pro-
positi sui claritatem non obumbrat alieni. nam et ecclesiarum nostrarum patrimonia
relabi, nisi aucta fuerint, ingemiscat. sic factum est, ut et statum suum locupletes
pauperum substantiae teneant et mediocres ad supremam opulentiam convalescant. in
sacerdotibus virtutes et innatas colit et non repertas inspirat. sed cur beatitudinem 8
vestram praeiudicio diffusi sermonis anticipem? continuo experientia vestra et spiritalis
illa perspectio ieiunum me fuisse in fili vestri laudibus accusabit, et cum soleant
amplificari facta conloquiis, sterilem me relatorem de virtutum eius messe causabitur.
iam saeculares apices, curules et trabeas, patricias etiam dignitates qualiter aut naturae 9
reddat aut moribus, domestici perlatoris adstipulatione vulgetur. nam et veteres in
antiqua generis luce durare facit et novos splendore inopinati fulgoris inradiat. facilius
respublica eius bono dispensationis effluens in privatam migrat opulentiam, quam
famulantium census in palatina lucra commutetur. nunc, quod superest, meae servitiis 10
salutationis acceptis oratione prospicite, ut Christus redemptor noster, quae in praefato
clementissimo rege servientibus sibi contulit, longa aetate conservet. det etiam regni
de eius germine successorem, ne bona tanti hominis in una aetate veterescant et
antiquata temporibus pro sola aurei saeculi commemoratione nominentur.

## CDLIX (EPIST. 9, 31).

## ENNODIVS AVIENO.

Dum iucundis adhuc deo dispensante fruerer de praesentiae vestrae vicinitate 1
conspectibus et amabilia conloquiorum mella venerabili mendacio retineret auditus,
occasio mihi scriptionis oblata est. fateor, diu nolui medicinam desiderii, dum altera
procuratur, inrumpere. delectabat species animo meo pia ludificatione blandita.
nolebam conscius deprehendere quae pascebat in amore fallaciam. bene enim sapit 2
studiis nostris obsecuta seductio et pro vero libenter admittimus dulcium imagines
nuntiorum. grata somnia quotiens fugantur vigiliis, ingemescimus et illud mortis
simulacrum de placidis deceptionibus plus amatur. ergo nunc mihi, quia illud quod
praefatus sum stare non licuit, exequendum est quod remansit. aliquis hominum 3
pro peccati sui onere sic laborat? adfligerer nisi vos viderem: ad cupita perductus

1 tocius *B* 2 uicet *B* aeuotus $B^a$ 4 triumphum *V* 5 quis *Sirm.* superantis $T^2CP$, superantes $VLT^1$, superbiantes *B* 6 consumpmatis *B* remanit *B* 7 perniciosus *B* 8 responsione $V^a$ 9 cum *ante* aliud *add. Sirm.* aliut *B* sectitur *B* 11 ingemiscat *B*, ingemiscit *ceteri* locupletis *libri, em. Sirm.* 12 pauperum] prosperum *coni. Hartel; at cf. p. 87, 30* mediocris *libri, em. Sirm.* suprimam *B* conualiscant *B* 13 pepertas $B^a$ 14 spiritale *B* 15 perspectio *BVLb*, perfectio *rel.* filii *V* 16 anplificari *B* colloquiis *V* 18 astipulatione *V* ueteris $BV^1L$ 19 plendore *B* 20 effluens *B, om. ceteri* 21 famulantum *Sirm.* censos *B* 22 oratione *om. Sirm.* praecato *B* 23 conseruit *B* 24 uetericant *sup. lin.* s *B* 25 nominant *B*

[CDLIX] 27 iocundis *B* 28 colloquiorum *V* 30 species *Hartel*, series *libri* 31 falatiam $B^1$ 35 exsequendum *V* 36 affligerer *V* ad cupita $B^2$ *sup. lin.*, capida $B^1$

maceror, quia quae poscebamus deo tribuente concessa sunt. numquid alicui adcessit de laetitiae occasione quod torqueat, aut de messe gaudiorum egressa est planta tristitiae? gratias inseparabili trinitati deo vero, qui ut vota inpleat, aliquotiens vota
4 contemnit. ipse ergo coniunctionis tuae copulam respiciat: ipse unum faciat ex duobus, qui in primi hominis corpore, dum adhuc nativa et intemerata inmortalitate gauderet, utrosque formavit. iungatur tibi uxor, ut Abrahae Sarra, ut Isaac Rebecca, ut Iacob Rachel caelesti benedictione sociata est. habeas continentis praemium, frugem et dulcedinem coniugati. legi dei pareat solutio virginalis, dum quod in se subtrahit
5 reddit in subole. nesciat externam diligentiam bene in vobis solidata communio. illa matrem tuam moribus et conversatione restituat, tu parentem. non pereat mundo maiorum tuorum, dum in te renascitur, amplectenda formatio. nequaquam peregrina vitae exempla nec non adventicia postulantur: in oculis locata sectamini. ecce ego, qui hymeneis tuis interesse non potui, hac te precum mearum prosecutione communio:
6 vos ad vicissitudinem exhibete crebra colloquia. domine mi, salutationis amorem et reverentiam persolvens rogo, ut si memoriam mei de illa locupleti recordatione non truditis, et orationibus me et conloquiis sublevetis.

## CDLX (EPIST. 9, 32).

## ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

1 Quantum a me merito, quantum actione sis clarior, orationum tuarum reseravit effectus. ecce domni Fausti fili tui abstractam de solacio meo partem maximam tu tenebis. ego quidem sanctis et legalibus desideriis precum inpedimenta non adtuli, sed tantum me domni Avieni perculit pro eius caritate discessio, ut lacrimis prosequerer et ad optata tendentem. patuit humanarum rerum in hac causa de diver-
2 sitate formatio. illum evocant Christo duce votiva, me feriunt: illi blanditur de coniunctione vicinitas, me de sequestratione conpungit. ecce de precum mearum fruge sollicitor, et adeptos nos, si quid in hac parte postulatum est, quod cum Christi pace dici liceat, ingemisco. sed inter haec tali diligentiae curatione sustentor, quia domnum
3 Avienum superantem vota reddidimus. habet de origine eius Roma iactantiam, Liguria de profectu: ibi domno Fausto filius naturae lege concessus est, hic eruditione patefactus. minus fuit cum generalitate hominem nasci quam, quod inimitabile videbatur, Fausti sobolem conprobari. referamus ad deum beneficia sua et ipsi pro illo ex-
4 hibeamus gratias, a quo poposcimus quae tenemus. vos salutationis meae obsequia pro sancti pectoris vestri puritate suscipite et codicem recipientes meum cum illo, qui a vobis promissus est, destinate.

---

1 accessit *V* 2 occassione *B* 3 insepalibi *sup. lin.* ra *B* 4 contempnit *V* 5 intimerata *B* gaudere | tuerosque *B*[1], gauderet | uerosque *B*[2] 6 habraae *B*[1] *V*, habrahae *B*[2] 7 rachel] rachis *B*[1] praemium] praeuiam *Sirm.* 8 uirginales *B* 9 sobole *V* 10 pareat *Cb* mondo *B*[a] 13 communio] conuenio *Sirm.* 14 uicessitudinem *B* coloquia *B* domine mi *om. Sirm.* mi] mihi *BVLT* 15 lucupleti *B* 16 trudentis *B* colloquiis *V*

[CDLX] 18 reseruauit *(sic!) B*, reserabit *ceteri* 19 filii *V* maxima *BVL* 20 scnctis *B* attuli *V* 21 tantum *Hartel*, tanta *libri* perculet *B* 23 cristo *B* uotiuam et f. *B* 24 conpunget *B* 25 cristi *B* 27 reddimus *B* liguri *B* 29 cum] con *B*[1] genaralitate *B* uedebatur *B* 31 exhibeamus *B*, referam *et sup. lin.* exhibeam *V*, exhibeam referam *L*, referamus *TCP*, redhibeamus *Sirm.* 32 scncti *B*[1] condicem *B*

## CDLXI (EPIST. 9, 33).

## ENNODIVS CAESARIO EPISCOPO.

Quod spe praeceperam, litteris indicastis. nam venerandi promulgatione con- 1
loquii, quid caelestis imperator domnum regem circa vos facere conpulisset, agnovi.
ego sum, cui postquam meritum vestrum patuit, nequaquam se felicitas actionis abs-
condit. qui hominum nobilissimo in Christi servitute pontifici terrenas dominationes 2
nesciat esse subiectas et minacem reis potentiam innocentiae obiectione superari?
quando principalis purpura aut cilicia despexit aut pallium? quando libertas illa
potissima credidit sibi ante Christianam humilitatem licere quod voluit? aut quando
ei licuit velle quod laederet? quodsi inter haec canae aetatis exempla recolantur et 3
saevitiam circa cultores dei tyrannicam reducas in medium, scimus quia ab illis nostri
dogmatis sectatores, ne umquam morerentur, occisi sunt. tunc militibus suis vitam
et aeternitatem obsequente gladio perpetuus ille dux contulit. illi inimicorum suorum
ministerio perdiderunt originariam vilitatem. te, mi domine, in orbe iam Christiano 4
diva lex peperit et apostolici uberis lacte nutrivit; tu ceteros velut solis magnitudo
astris minoribus conparata transgrederis; te qui interioris hominis oculis inspexit
instructus est. nam cum et facie ipsa foveas puritatem, delinquentes feriato ore
castigas. boni de conversatione tua, quocumque processeris, imitanda inveniunt; malis
fugienda demonstrantur. beatus tu, cui a deo tributum est, ut et monitis doceas et 5
exemplis, qui ad pii itineris directum semper existens praevius invitasti. quis non
optet te loquente, ut sciat plura, non legere? tu dum libris genium relatione con-
cilias, et magistros informas: tibi debet quicumque ille scriptorum maximus, quod eum
dote elocutionis amplificas. in te lux convenit sermonis et operis. unde haec prae- 6
rogativa Transalpinis, unde parentibus meis inauspicata sublimitas, ut talem virum
miserint? sed cur inter terrena quaeritur res caelestis! potuit ergo ante te quodlibet
palatii supercilium non iacere? potuit tibi cupita subtrahere, quem mitiorem ovibus
sola faciunt errata pugnacem? latius me et meritum vestrum vocat et diligentia, sed
loquacitatem meam lex epistolaris includit. quod superest, benigni servitutis meae 7
munus accipite et me deo nostro orationum suffragiis intimate, frequenter de his, quae
vobiscum aguntur vel acta sunt, informantes. deprecor etiam ut quid apud vos
promoverit Rustici subplicatio, qui, quantum audio, fornicationes suas nomine vestit
uxorum et vocabulo legis putat excusari posse rem criminis, mihi manifestetis
ministerio litterarum.

## CDLXII (CARM. 2, 5).

## EPITAFIVM RVSTICAE.

Rustica, perpetuae non te sors pallida vitae
Sustulit, interitum nec tibi morte dedit.

---

[CDLXI] 1 episcopo Arelatensi *man. rec. in B et Schott* 2 preciperam *B*, praeciperam *VL* indicastes *B* colloquii *V* 3 circa] cir *B* 5 in *om. B* 6 nesciates subiectas *B*[a] menacem *B* reis] regis *B* 7 principales *BV*[a]*Cb* purpora *B* dispexit *B* 8 cristianam *B* 12 et *om. LCPb* perpetuos *B* 13 mi] me *B*[a] cristiano *B* 15 trangrederis *B*[a] 16 et cum *Sirm.* 18 deceas *B* 19 iteneris *B* 25 cupitas *B* 26 diligentiam et loq. *B* 28 de his] domis *B* 29 deprecor *sup. lin. B* 30 sublicatio *B*, supplicatio *V* fornicationis *B* 31 excussari *B* manifestetis *scripsi*, manifestites *B*, manifestes *ceteri*

[CDLXII] *Codices praeter B omnes hoc epigramma alio loco exhibent; cf. p. 120 et 326; exstat etiam in codice Alciati, unde Mommsen edidit C.I.L. V (2) nr. 6266* epitaphium *V*

Purior aetherias graderis sine carne per arces.
Sic vitam castae funera nobilitant,
Quod, mirum, viduata tibi cum constitit aetas,
Coniugis ad natum sit bene ductus amor.

## CDLXIII (EPIST. 9, 34).

## ENNODIVS AVIENO.

1 Vbi sunt qui dicunt inter habitatione discretos diligentiam non durare et
affectionis calorem terrarum divisione tepescere nec longius procedere mentes posse
quam oculos? ecce amoris mei plenitudo violentia sequestrationis exaestuat et con-
2 loquii medicina languidior corporis sedibus non tenetur. deum tamen, qui circa vos
respexit vota nostra, benedico, qui vos non solum nobili, sed, quantum fama nuntiat,
sancta moribus uxore donavit. cultores Christi perfecta omnia promerentur: ipsis
solis in coniunctione opum mentium et sanguinis claritas non negatur. spe prae-
cipiebam, quod possit talis effici, qualem ad te audio iam venisse. transit aestima-
tionem meam quid de eius hominis profectu sentiam, quem audio ab optimis inchoasse.
3 domine mi, gratiam salutationis inpertiens spero, ut petitionem sancti episcopi patris
vestri dignemini incunctanter efficere et homini ipsius classici illum, de quo securus
sum, gratiae animum condonare.

## CDLXIV (DICT. 6).

## IN CHRISTI NOMINE.

1 Pro ratione solvendum est, quod pro ratione tacuimus. nam ut pateat et linguae
nostrae officia et silentium ordinatis servisse temporibus, fide hortante in officium
sermonis erumpimus. idem enim est supervacue loqui quod necessarie non locutum,
I Cor. 9, 16. Ecclesiastes 3, 7. dicente apostolo: 'vae enim mihi est, nisi evangelizavero', et alibi: 'tempus tacendi'.
2 nos praecipue, quos praelati ceteris hortatur pondus obsequii, decet aut bona facientes
elevare aut mala conprimere. et quidem vos docere non aliud est quam stimulos
admovisse currentibus; nam quod ex proposito facitis, superbi sumus, si nostris
3 debendum credimus institutis. sed qui bona studia probat amplificat. stat apud con-
scientias vestras, quanta Nestorius et Eutyches, gemina diabolicae informationis
ostenta, diu castam ecclesiarum orientalium disciplinam perfidiae fornicatione cor-
II Thess. 2, 10. ruperint, qui iuxta sententiam apostoli 'dilectionem veritatis non receperunt, ut salvi
fierent, et ideo misit illis deus operationem erroris, ut crederent mendacio', dum per

v. 3 aethereas *V* carne *sup. lin. B* v. 4 sic] nam *Alc.* v. 5 quid *Schott* cum *recepi ex versu 6,* sit *codices,* sat *Alc. et Sirm.,* si *b* constitet *B* v. 6 sit *mutavi ex versu 5,* cum (com *B*) *libri*

[CDLXIII] 3 tepiscere *B* procidere *B* 4 colloquii *V* 8 spe *Hartel,* ipse *libri* 9 tales *B* 10 incoasse *B* 11 mi] mihi *BVLT* spero (s *man. 2*) *B* 12 dignimini *B* 13 gratiae *Bb,* grate *ceteri*

[CDLXIV] 14 in xp̃i nomine (ñ *B*) *BVL,* dictio de haereticis et synodo *inscr. Sirm.* 15 solvendum] *an* loquendum? 18 dicente enim apostolo uae mihi *VLTCb* nisi *B,* si non *ceteri* 21 adñouisse *B* currentibus] calcaribus *CPb* preposito facetes *B* 22 amplificat (f *ex* c) *B* 23 euthicis *B,* euthices *ceteri* 25 apostoli sententiam *Sirm.* reciperunt *B*

15 *Symmachi papae epistula ad orientales data VIII Id. Octob. a. 512 (Thiel epist. pontif. p. 717) § 1:* nullus stupeat servatum hactenus nos nunc solvisse silentium, cum prudentissimi Salomonis ista vox personet 'tempus loquendi et tempus tacendi'.

subripientem scandali occasionem Christi milites ille contentionum campus examinat,
sicut scriptum est: 'oportet esse certamina, ut probati manifesti fiant'. apud quem 4 I Cor. 11, 19.
Calcedonensis non vivit commemoratio veneranda concilii, in quo Dioscorus cum
sectatoribus suis stilo piae districtionis addictus est et sanctae memoriae Flaviani
adoranda monumenta exultans Constantinopolitana civitas recepit, cuius iam pridem
firmaverant caelestia decreta sententiam? ubi gentium Timotheus ignoratur, qui 5
propter suspiciendae recordationis Proteri caedem fieri plus quam paricida non horruit?
nam sacri persecutione pontificis et genera criminum vicit et nomina. scitur Petrus
et Cyrus et Timotheus, qui dum iacenti manum Dioscoro porrigunt, conruerunt: hi de
praecessore suo et studiorum hereditatem adepti sunt et ruinae. proinde, fratres, 6
manentem in supernis patrum et adhaerentem beato Petro tenete sententiam, quia
nos mundae ecclesiae et non habentis maculam optamus unitatem. patienter ferre Ephes. 5, 27.
non possumus vana in Christum nostrum et blasfema ructantes. scimus, quia qui in
putribus membris non utitur ferri medicina, serpentibus morbis praestat obsequia; nam
nisi secentur tabefacta, contaminant. pacifica est cum his, qui rectum nituntur inpugnare, congressio. quis a bellis talibus timoris revocetur obstaculo, de quibus vitali 7
possit morte gaudere? quibus mundi huius potestatibus, vel si minentur, adquiescendum
credimus, quando aliud imperat qui regna moderatur, dicente apostolo: 'non sunt con- Rom. 8, 18.
dignae passiones huius mundi ad superventuram gloriam, quae revelabitur in nobis?'
fluxa ecclesiasticorum corda aut turbant quae in praesenti vita sunt aut delectant.
quid Acacius, qui diro diaboli a sententia sua motus imperio erubuit diu propugnatorem 8
se fuisse veritatis et clari deserens ornamenta certaminis triumfum suum, quem sub
Basilisco pio sudore meruerat, debellavit: qui solus praemiis suis pene tempore
adeptionis invidet, spem bonorum fructuum perfidiae falce succidens! gravius enim
est degustata bona quam intacta calcasse; nihil defensionis superest homini post Hebr. 10, 26.
dulcem iustitiae saporem ad mortifera scismatum venena redeunti. de his quae 9
praefati sumus natum est, quod in Constantinopolitana nuper ecclesia fertur admissum,
unde patimur sine vocis usura tristitiam. qui enim oblatis remediis non oboediunt,
merito nihil consolationis tempore quo premuntur habuerunt.

1 cristi *B* 2 scribtum *B* 3 calcidonensis *codices* uiuet *B* 4 flauiaui *B* 6 timoteus *B* 7 suspiciendae *Migne*, suscipiendae *codices* Proterii *Sirm.* paricida *B*, parricida *V*, patricida *b* 8 uicet *B* 9 dioscorus *B* corruerunt *V* 10 studorum *B*[a] 12 sufferre *CPb* 13 cristum *B* blasphema *V* qui *sup. lin. B* 15 secuntur *B*, secantur *fort.* rectam *BV*[a] 16 de quibus *Bb*, deq. *VL*, deque *rel.* 17 potestibus *B*[a], potentatibus *CPb*, potentibus *Sirm.* 19 passionis *B* huius *om. B* 20 fluxa — qui diro *suppl. in mg. inf. B*[2] dilectant *B* 21 quid *B*, quibus *ceteri* accachius *B*, acachius *VL* dira *V*[a] diabuli *B*[1] 22 triumphum *V* 23 sudorem *B* solus *scripsi*, solis *libri*, solidis *Hartel* 24 inuidit *Hartel* fructum *B* 28 inde *Sirm.* non *sup. lin. B* 29 quo] quod *B*[1]

3 *ib. 2:* ubi terrarum non praedicatur congregatio Calchedonensis sancti concilii, quae Eutychem et Dioscorum, duo nomina famosa et magnae perfidiae, unius sententiae integritate damnavit? quis Petrum et Timotheum praefatorum vernulas ignoravit, propugnatores intentionis addictae, auctores ac magistros suos saevo errore vincentes. illum Timotheum loquimur parricidam, qui sanctae recordationis Proterio superstite non solum ecclesiam non religiosis auctoribus occupavit, verum etiam effusionem pii sanguinis ad crimen pervasionis adiecit.

21 *ib. 2:* quid Acacium? qui quasi boni sui fascino gravatus quae Basilisco imperante praemiserat novo exemplo poenae deprehensus est adversus se ipsum dicens sententiam, illos mutata voluntate defendens quos prius gloriosum putavit addicere.

27 *ib. 7:* donec unitas non redeat, nullus ambigat nihilo minus esse ventura quae in Constantinopolitana nuper ecclesia contigerunt, de quibus mihi pariter ingemiscere necesse est et tacere. nam qui apostolicae sedis admonitionem neglegendam esse crediderunt, merito inciderunt in ea, quae evenire solent solatio destitutis. — *De rebus ipsis cf. Marcell. com. ad annum 511.*

## CDLXV (CARM. 2, 6).

### EPITAFIVM MELISSAE.

Corpore devicto moritur quicumque, superstat:
Dant leti legem crimina sola homini.
Nil tibi, virgo, perit: carnem mens pura refudit,
Quae numquam mundi vixit in obsequiis.
Funera busta rogi, scelerum stipendia, cessent!
De vita ad vitam transitus iste placet.

## CDLXVI (DICT. 28).

Verg. Aen. IV 365—387 (cf. Anth. lat. 255 R).

### NEC TIBI DIVA PARENS GENERIS.

1 Quantum docet inclementia, perdidisti testimonium generis, quod opinione mentiris.
constat Veneris non esse filium nil amantem. ordo rerum est, ut prosapiem mores
adnuntient et, quo quis auctore in lucem venerit, eius facta sectetur. diva Idaliae
nescientem respondere beneficiis non agnoscit. non fama filios, sed conversationis
monstrat aequalitas. si diversa sit conscientia, vix credenda est esse suboles quae
2 vocatur. te potius Caucasei rigoris praerupta genuerunt aut conceptum in recessibus
montium saxea alvus effudit et, ne dira nutrimentis natura mollesceret, eripientes
salutem ceteris Hyrcanae tigrides alimenta praebuerunt. nutrivit te illa feritas, quae
trucidat. nam quid mihi dissimulatione pollicitor? aut quid sperando meliora suspendor?
non reddidit fletibus lacrimas, quas eius amore torta fundebam: non gemitus meos
propriis mens cruenta est consolata suspiriis. in doloribus meis, quod unicum est
remedium, non exhibuit pari dolore collegam, quia pene solus est in anxietate ter-
3 minus invenisse participem. sed quae eloquar nescio, quae relinquam. haec nec dexter
Iunonis oculus nec summi tonantis patietur aspectus, ut pro tot inpensis sequestratione
consumar nec aliud pietate promoverim, nisi ut merear non amari. heu fides ab
universis proturbata mortalibus et quod hactenus numinibus homines iungebat expulsum!
suscepi miseranda naufragum et eius dicioni reginam subdidi manente felicitatis sorte
4 captivam. feci ut ageret dominum profugus inperantis. nunc furore succensa discrucior
et quare possessor me deserat ingemisco. ergo Apollinis auguriis vocatus abscedis
et sortis Lyciae casum certis et apud te iam manentis praeponis inperiis? scilicet
caelestibus crudelitas ista procuratur auctoribus et interpres superorum ad hos hominem
conpellit excessus, ut diligentis litora quasi solum hostile diffugiat, ut per tempestates
5 salutem prodat qui solum fugit adfectum. vade! ulterius non morabor. habet vin-

---

[CDLXV] *Sequitur hoc epitaphium statim post epitaphium Rusticae (pag. 321) in VLTCP* epitaphium *V* v. 1 suprestat *B* v. 2 homini] boni *TCPb* v. 5 rogis caelerum *B*

[CDLXVI] 1 Verba Didonis cum abeuntem uideret Aeneam *inscr. Sirm.* 2 inclemtia perdedisti *B* opinionem *B* 4 annuntient *V* sectitur *B* 6 monstat *B*[a] subolis *B*, sobolis *ceteri, em. Schott et Sirm.* 7 te *om. B* causasei *B*[a] riguris *B* aut (t *sup. lin.*) *B* 8 molliscerit *B* eripientes *Sirm.*, eripientis *libri* 9 ceteris *B et Sirm. in not.*, cytheris *ceteri* hercanae *V*, hercane *B* tygridis *B*, tigridis *ceteri, em. Schott et Sirm.* 10 pollicetur *B* suspendor *BCb*, sustentor *V*[a]*T*[1], suspentor *V*[b], suptentor *L* 11 meus *BVLT* 13 exhibuet *B* collegam *P*[2]*b*, colligam *ceteri* anxietate *B*, etate *ceteri, spatio vacuo relicto in V et T* 15 summit *B* 16 aliut *B* promouisem *B* fedis *B* 17 numinibus] nomibus *B*[1] hominis *B* 18 suscipi *B* naufragium *b* reginam surdidi *B*, subdidi reginam *ceteri* 19 imperantis *Hartel*, inperant *B*, imperant *VL*, imperantem *TP*, imperantur *C*, imperator *Sirm.* nunc (c *sup. lin.*) *V* 20 et *om. Sirm.* auguriis uocatus *B*, uocatus auguriis *ceteri* 21 et] set *B* liciae *BV* mauentibus *coni. Hartel* 23 tempestatis *B* 24 figit *B* affectum *V* habet] anent *B*

dictam mei via qua deseror, habebit pelagus in furore iudicium. raucos tumentium procellarum aestus exaudiam. vocabis inter pericula Didonis nomen, quae et fuit portus et praebuit. aut certe, quod timeo, ne dum vindicor me vivente moriaris, eventum expetitae navigationis post usuram lucis agnoscam. vide sceleribus indebitam mercedem: perire innocens ante cupio quam merentem.

Durus et indomitus Veneris se semine cretum
Iactat et abiurans conlaudat stemmata divae.
Edidit ergo Venus fugientem nomen amoris,
Pectoris et rabidi fudit clementia virus!

## CDLXVII (DICT. 23).

Postquam, iudices, abdicatus filius in iusti executionem doloris patris factum, 1
matris consensum gladio vindicavit, turbare se aestimat innocentiam cognitorum et
aliquid de manifesti facinoris absolutione subripere. nescimus quae in defensione sui
verba commendaticia sceleratus inveniat, ad cuius nos confutationem vulnus osten-
dimus. malo perseverantiae perditus filius, postquam necavit patrem, opinionem matris 2
contendit extinguere. dolens quod evasimus pugionem, telo famam insequitur, cui pro
sexus verecundia plus timemus. nos ruptum parietem, nos scelerati iter ostendimus:
ille contra rem verba conponit et, ne quod nobis fidum videatur exstitisse subsidium,
ad sententiam suam traxit parvulum nostrum, quem fuci nescium fabricata verborum
arte subvertit, faciens et illum perire, qui putabatur esse residuus. quid praestigiis 3
nudam desideras velare iustitiam? nec odiosus parcere potuit nec quem mentiris
amasse percutere. numquid argumentis opus est, ubi factum suum veritas propria
voce testatur? perdidisti spem defensionis, cum genetricis ferro membra describeres.
sit licet procurator formosus et nitidus, nos ad haec inspicienda oculos non habemus.

## CDLXVIII (EPIST. 9, 35).

### ENNODIVS MESSALAE.

Solent inauspicata felicitate superbarum mentium colla mollescere et rigidioris 1
propositi novo gaudio supercilia temperari. nam benignitatem seminat quicquid votis
obsequitur, nec plus aliquid humiliat potissimos quam optata sublimitas. indictio com-
munionis et obsequii est ad apicem pervenisse. tu postquam ad cupita provectus es, 2
ignorato hactenus tumore me despicis; et quid in melle tuo respicias oblitus, de sola
amicos veteres futurae uxoris opulentia contemnis, nesciens sarcinam venire, unde
aestimas commeare rem praemii, primum quod mobilem esse non decet qui originis

---

1 raucus *B* 3 praebuet *B* moriares *B* 4 naugationis *B* agnuscam *B*[a] 7 collaudat *V*

[CDLXVII] In abdicatum qui patre necato matri quoque insidiabatur *inscr. Sirm.* 10 exsecutionem *V* 13 commentaticia *VLCP,* commenticia *T recte fort.* 14 patrem] matrem *B* opinionis/// *B* 15 fama *libri, em. T*[2] *et Sirm.* cui] cum *B* 16 parietem *scripsi,* patriaetem *B,* patri *ceteri, sed aliquantum spatii rel. V* ruptam patri ceruicem *Hartel* 17 rem *B, om. ceteri, sed iterum spatio relicto in V* conponit et *B,* non penitet *ceteri* extitisse *V* 18 peruolum *B* 19 faciem *B* 20 resideras *B* mentires *B* 21 arguentis *B* ueritas propria || uoce *B,* propria uoce ueritas *ceteri* 22 perdedisti *B* discriberis *B,* discriberes *VLT* 23 sit *scripsi,* sed *libri*

[CDLXVIII] 25 molliscere *B* regidioris (g *ex* d) *B* 27 obtata *B,* oblata *coni. Hartel* iudictio *scripsi,* indicti *VLT et satis certe dispicitur in B, quamquam pagina ultima ampla labe fusca foedata est,* iudicium *CPb,* indicium *Sirm.* 29 tumere *VL* dispicis *B* 30 amicos *Bb,* amica *ceteri* contempnis *V* 31 origenis *B*

**suae radios non obumbrat, deinde quia unde despicior vindicabor. ergo ad usum promissionis benigne revertere, ne videar manifesta suspicatus. ego, quia hactenus ab scriptionis munere temperastis, in haec verba prorupi: vos aut factum diluere aut adfirmare innocentiam convenit nobilitate sermonis. domine mi, salutationis plenissimae officia persolvens spero, ut qui diligentem neglexisti, saltim colloquiis dignum facias arguentem.**

## CDLXIX (CARM. 2, 4).

## VERSVS.

**Antistes summus plaustro te nobile donat.**
**Pandit iter magnis, omina dextra facit.**

## CDLXX (CARM. 2, 7).

**Occisor mortis, dux vitae, planta salutis!**
**Aspice: nam serpens ecce venena fugat.**
**Et quod supplicii species et mortis imago**
**Iam fuerat miseris, est mihi certa salus.**

1 dispicior *B* 2 promisionis *B* quia (i *in lit.*) *B* 3 affirmare *V* 4 mi] mihi *BVL* 5 saltem *V* coloquiis *B*, alloquiis *Sirm.* facias dignum *Sirmond.* — *Hac epistula finiuntur codices sine subscriptione.*

[CDLXIX] *Duo quae sequuntur epigrammata om. B; in V eiusdemque stirpis codicibus haec est opusculorum series: XCV CDLXIX CDLXII CDLXV CDLXX XCVI XCVII XCVIII etc. — cf. praef.* De plaustro quod episcopus donarat *inscr. Sirm.* v. 1 plaustrum *Hartel*

[CDLXX] Serpens aeneus in cruce *inscr. Sirm.* v. 2 nam $V^b$, nunc $V^aCPb$, nant *L*

# INDICES.

## I. INDEX OPERUM
### SECUNDUM SIRMONDI EDITIONEM.

Numeri uncis inclusi ad Sirmondi, Romani ad hanc editionem referendi sunt.

### I. EPISTULAE.

## II. OPUSCULA MISCELLA.



## III. DICTIONES.

# IV. CARMINA.

## LIBER I



## LIBER II

constat ex 151 epigrammatis, quae in codicibus per cetera opera late disiecta sunt. singula etiam in hac editione, qua codicum imago expressa est, facili negotio reperies, quia Sirmondus ceteris operibus seiunctis ordinem codicum tenuit.

| Sirmond. | nostra edit. | Sirmond. | nostra edit. |
|---|---|---|---|
| carm. II 1 | pag. 46 | carm. II 90 s. | pag. 168 s. |
| 2 | 67 | 95 s. | 172 |
| 3 | 80 | 98 s. | 181 s. |
| 4. 7 | 326 | 105 s. | 184 |
| 5 | 321 | 107 s. | 199 s. |
| 6 | 324 | 110 | 201 |
| 8. 9 | 120 | 111 s. | 214 s. |
| 10 s. | 122 s. | 117 s. | 241 s. |
| 17 | 127 | 129 s. | 245 |
| 18 s. | 134 s. | 131 s. | 249 |
| 32 | 139 | 134 s. | 256 |
| 33 | 141 | 137 s. | 265 s. |
| 34 s. | 142 | 144 s. | 269 |
| 36 | 145 | 149 | 271 |
| 37 s. | 147 s. | 150 | 309 |
| 51 s. | 156 s. | 151 | 315 |

# II. INDEX SCRIPTORUM.

## 1. Loci scripturae sacrae quos commemoravit Ennodius:



*) Arabicis numeris paginae huius editionis significantur, opera Ennodi numeris Romanis.

## 2. Auctores profani quos citavit aut imitatus est Ennodius:



*) Refert commonere opus Seduli eodem anno (495), quo ab Asterio recollectum et a Gelasio papa collaudatum receptumque est inter libros Christianis legendos, ab Ennodio in carmine XLIII esse excerptum.

## 3. Scriptores qui Ennodium compilaverunt:

# III. INDEX VERBORUM
## IN CODICIBUS BARBARE SCRIPTORUM.

Hic index conficiendus erat, et quod in apparatu critico omisi librorum manu scriptorum discrepantias, quae constant in permutatis litteris ***e-ae, e-oe, i-y, ci-ti*** vel in omissa littera ***h***, et quod permultos alios barbarismos, quibus codices inprimis Bruxellensis scatent, correxi correctasque formas in textum recepi, ne una cum auctoris mendis librariorum errores opera Ennodi deformarent neve difficultates legentium nimis augerentur. qua de re pluribus verbis disseruimus in praefatione (p. LV). quoniam vero comprobatum est hispidam codicum antiquorum orationem propius ab genuina scriptura abesse quam editionum recentiorumque codicum correcturas, cognosce ex his tabulis illorum barbarismorum genera atque uno tanquam adspectu complexus certius de Ennodi oratione iudicabis quam si singula ex ipsis operibus tibi colligenda essent.

Ceterum hunc indicem non solum ad Ennodi sed ad totius illius aetatis rationem scribendi et dicendi cognoscendam aliquid adlaturum esse spero; certe qui Corsseni Diezi Schuchardti studia magni aestimat, haec non prorsus spernet. tanquam exemplar in his tabulis constituendis mihi propositae erant tabulae a Mommseno editioni Jordanis insertae. qui vir doctissimus quae l. c. p. 167—169 de orthographia Jordanis disputavit, ad verbum paene in Ennodium conveniunt.

Tantam formarum barbaricarum molem congessi, ut nequaquam omnes adscribi possent; multa ergo consulto praeterii, alia fortasse, ut fieri amat, me invitum praeterierunt. propter magnum discrimen, quod inter codicem B(ruxellensem) et V(aticanum) intercedit, utriusque lectiones distinguere saepe opus fuit; ubicumque nota deest, B et V concinunt.

*faex:* fece CCCXXVII 3 276,7; ficem 208,36. — feculentus B 64,36 114,8
Grecia LXX 14; B CCCXLIV 18; V 204,29 210,40
herere B 168,23 191,5. — adherere B 61,32 152,21 206,27 323,11; V CCCLXXXVIII 109. — coherere 53,35; B 15,36. — inherere B 134,9 171,14
hereticus 64,13
ledere 56,2 (63,28); B 47,22 64,1 66,29 90,7 173,31 286,7 321,9. — inlesus 69,12
letus B XXVI 73; V CCXIII 1. — letari B 109,27; letitia V 26,21 70,29 77,6 103,10 151,9
merere 27,23 36,30 66,14 109,10 212,24; B II 3
meror 27 *locis.* — maeror B 23,11 232,2; V 316,17 (moeror 35,13)
mestus 23,3. — mestitia 27,10; V 219,7. — mestitudo B 86,6
palestra 18,5 38,18 (113,15 palistra)
pedagogus 313,18
pene V *plerumque,* B *crebro;* pěne CCXIII 19. (poene B 7,10. 21 10,32 11,2 12,30 14,14 15,34 21,8 48,4 [poenae V] 192,31.) penae 79,13; B 81,4 85,17
penitentia 155,1 272,36; B 177,18 289,7. (poenitentia BV 221,15)
Pestaneus XLIII 146. — bestaneus 79,2
pre *pro* prae *in compositis:* 27,11. 12 78,17. 20 100,12. 16 108,1 110,6. 17 111,7 112,19 113,29 115,22 116,21. 22 117,1. 12. 19. 24 118,28 119,18 120,2. 7 CIII 9 152,32 171,7. — *praeterea* B 105, V 66 *locis*
preco 13,15; B 129,19; V 79,18 233,26
preconium B 118,10 129,4 246,32; V 109,17 118,34 188,14 203,8 237,17
preda B CLXXXVI 10. — predo B 261,18. — depredatio V 78,9
predium B 131,6
premium CLXIV 15 171,24: B 98,5 104,2 114,7 191,16 192,27 323,23; V 82,18 177,15 302,30
que 6,4; B 97,24 137,15 144,10 176,9 188,14 189,1 192,27 193,2 196,14 207,16 208,14 217,26 234,27 245,10 259,28 272,25 288,16 317,19 324,14
querere B 110,21 CIII 4 CV 2 152,8 176,19 183,4
queso 26,10 261,33; B 109,9; V 26,14 146,1 240,27
questio V 61,37
questor V CCXIII 5
questura V 146,28
questuosus V 312,2
questus CLXXX[a] 2; V 107,32 CXCI 3 248,26
scena 16,35 209,2 CLXXXIV[b] 3
seculum B II 25 85,11 122,22 CII 9 177,24 237,20 274,3. 14 276,3. — secularis B 76,33 81,10 302,33 319,17; V 40,28
sepe B 26,2. 34 82,15 127,2 173,22 195,16 197,27; V 168,3
sevus B 176,12. — sevitia CCXLV 40; B 321,10
teda CCCLXXXVIII 11

*ae pro e:*

*II declin. Voc. Sing.:* B aduliscentulae 79,29; egregiae 113,36; gloriosae 101,18; magnanimae 178,7; piae 247,36 298,23; praecipuae 209,15; sanctae 88,42 92,23; scelestissimae 221,16; splendidissimae 208,35; venerandae 95,25

*III declin. Abl. Sing.:* B adserentae 314,11; artae 325,19; crucae 93,13 99,6; lactae 321,14; lucae 101,23 209,20; luminae 108,40 109,27; mortae 323,17; orae 271,19; quietae 15,20; rubiginae 70,18; sanguinae 102,19; saturitatae 289,25; scematae 173,29; sortae 317,12; thematae 309,7; unguae 113,7; urbae 91,36 96,10 244,10. — V pectinae CCCLXXXVIII 25

*V declin. Abl. Sing.:* B aciae (208,2) 213,27 237,20; glaciae CCLXIV 14; maciae 72,19; progeniae 108,32; prosapiae 79,36. — V ellubiae 33,26; maciae 128,2

*N. Sing. neutr.:* B tenuae 306,10

(*cf.* illae B 91,7. 30. 31; ipsae B 317,16. — luxuriaem B 79,8; inbecillitataem B 88,38; vitaes B 114,4)

*adverbia:* legitimae 63,41; malae 24,13: necessariae 322,17; propriae 61,35; studiosae 299,9. — B assiduae 95,21; astutae 175,3; benignae 105,22; certae 325,3; copiosae 271,17; cottidiae 85,39 300,18; devotae 132,6; dolosae 104,11; flexuosae 87,5; indebitae 281,20; intempestivae 86,14 214,13; longae 206,20; maximae 240,32; nefariae 59,9; obsequentissimae 275,3; oportunae 295,26; paenae 93,23 94,22 (panae 93,42); piae 276,4; praecipuae 94,37 96,26 106,33 237,16 240,26 246,1 260,6 305,32 322,19; propriae 89,21 92,12; rectae 65,28; saepae 77,18 99,35 (sepae 77,30); studiosae 262,34; tutae 105,18; voluntariae 72,12; votivae 14,13. — (*cf.* nae B 208,29; sinae B 298,8)

*imperativi:* tribuae 109,16. — B: aestimatae 11,27; coercitae 89,37; inquiritae 103,15; restituae 100,23; salvae 203,25 208,35; summittae 174,24; suspendae 105,23

*infinitivi:* B perirae 175,9; venirae 325,30; venissae 91,29

aecclesia 318,29; B 36,26 85,25 297,9 300,16 317,1; V 274,1 (acclesia B 297,4 298,18)
aeffici B 322,9
aegere 273,20; B 35,34 58,28. — aegenus B 66,39. — aegestas B 171,7; V 303,8
aelementum B 29,7; V 8,5 10,2
aeloquentia 113,21. — aeloquium B 24,17 211,14
aepistula B 9,2 21,32 22,2 238,4
aepulae 263,41; B 18,3 90,10 95,29 178,34
aequidem B 264,13 268,25. 30 305,13 307,20 316,2. 16
aesca B CCCXLII 10 CCCXLVIII 23; V 291,7
aevadere B 207,20
aevolare B 234,24
caedere B 213,13. — incaedere B 207,23
caelebrare B 220,8 260,1
caeler 72,37; B 78,2 218,6 291,20 (CDLXV 5). — caeleritas B 204,25
caelsitudo B 258,7
caepit V 248,25
daemessus B CDXXIII 23
faecundus B XLIII 161

### *b et p permutata:*

#### *p pro b:*



#### *b pro p:*



### *b et v permutata:*

#### *v pro b:*

*habere:* avere B CLXII[c] 4 (CXC[a] 2 CXCVI 10) CCII 7 245,10 CCCIL 22 CCCLXXIII 2 (273,30) 313,26 315,4. 8. — *habuit:* avoet BV CC 9; *habui:* avoi B 168,9. — postaveri B 233,14
*iubere:* B iuvente 311,17; V iuvaret 211,30
*obnuberat:* obnuverat 3,25; *obnubit:* B obnuvet 207,38
Provinus 295,6
*reboantes:* B revocantes 40,28
Savinus 197,30 227,29
*Sabaeus:* Saveus B 79,1
scavies B 27,16
travea B 314,8
*verbenae:* vervinae V 121,30
Vulgares 205,27 211,1. 5. 19

*b pro v:*

*-vit:* amabit 11,30; reserabit 13,34; pensabit (-abat V¹) 39,4; militabit 225,3. — B exaltabit 13,31, optabit 14,28; condibit XXVI 9; onerabit (-abat V) 63,1; titubabit 211,16; implebit 220,7. — V reserabit 320,18.
*-veris:* B repleberis 102,7; V ornaberis 114,6
*-verit:* B artaberit 85,13
*-veram:* B inploraberam 232,7
albeus B 1,15
amoberet B 303,31
coacerbare B 207,32 210,25 258,26
debius B 9,12
*devotio:* debutio B 200,29; 231,20 (debitio V)
exubiae B CCCLIV 2
fabilla B 273,11
fabor B 78,6 225,28 273,10 275,19 287,18 297,14
*frivolus:* fribula B 273,7
*havere:* B habeant 168,27; (BV 11,38 133,29 196,13?)
*illuvies:* ellubie 33,26
*iuvare:* iubet 174,32 204,18; B 179,34 180,8 220,3 294,18. — iubetis B 286,29. — iuberunt B 177,19 210,11 307,28. — iubisse B 117,19. — iubat B 29,7 XLIII 37 99,5 CCCXLIII 19 (CCXII 10 B¹) 284,17 292,18. — iubate B 273,28 310,7. — iubare B 297,28. — iubari B 287,14 (168,14 B¹). — iubantem B CCCXLVI 5. — iubetur B 195,22 306,14. — iuberetur B 284,1. — iobantur B 40,14
*iuvamen:* iubabinis B 302,13
labare B 90,4 CXXVII 6
libor B 64,12. — libidus B 65,34
malibolus B 112,15
nobellus B 79,20 114,3
obum B CDLI 2
pribare B 101,10
*proavus:* proabus B, probus V¹ 78,21
*trivium:* tribiorum B 67,19. — tribialis B 30,19 (145,19)
uba B CLXXXVIII 4
*votivus:* votibus 207,34; B 300,31

*c et g permutata:*

*g pro c:*

*Cilices:* ciligas B 261,33
congessi V 307,5
*exsecrare:* exigrandi B 221,20
fugatus B 260,32 261,40
rustigari B 225,22
vigarius B 241,10
vigesimus V 88,25
*lychnus:* lygnis 39,7; lignos 52,23
*techna:* tegna 52,26 152,26 261,39; V CXCIV 1

*c pro g:*

*allegare:* allicare B 128,14
aucmentum B CCCXLIV 29 155,4 B[b] (aumentum B[a]: *et sic* 73,15 133,19 CXXXI 3)
docma B LXX 13 CXCVII 6
*Gothicus:* coticus B CLXXXII
crassata 212,7
necat V CCCXXXVIII 4
neclegere B 233,30 259,6. 9; B¹ 47,4 54,4 173,13
pacina B 275,16
pracmaticum B 101,14
sucgessio B 271,3

*c et qu permutata:*

*qu pro c:*

*cogere:* quoegi B 168,31; quoactus B 181,7; quoegerit B 318,26
*coinquinare:* quoinquinetur B 288,14
*coire:* quoierunt B 318,28
*commodare:* quomodatis B 52,22
*Cynosura:* quinusura B 112,34
*Cynthia:* quintia CXCII 4
*Scyllaeus:* squilleos B 108,20
sequuti B 4,6

*c pro qu:*

alicorum B 39,23 81,4
anticum B 227,25
licor BV[a] 79,8; B 113,17 238,36 245,7 263,3
*loquacitas:* colacitas BV¹ 56,1
locuntur CCLXIV 13 270,8; V 212,23. — elocuntur BV 17,29
propincum 79,32
*quondam:* condam B 22,31
*quorsum:* cursum B 113,9
*quotiens:* cotiens B 209,2
secuntur 274,12; B 113,28. — obsecuntur BV 128,11

*c ante t omissum:*

autor B 71,36 191,25; B¹ 53,32 192,14
autione B 262,26
defuntum B¹ 34,25
extintus B¹ 206,13
iuntas B¹ 66,26
vinta B¹ 6,7

*c additum:*

-ct-: fauctor B 178,10. — ab auctone (= *a Bautone*) B 231,30. — expectentem B 69,33; expectat BV 40,26 200,9
-cx-: cincxi CLXXXVII 6; succincxit B 97,7. — devincxi BV 95,34. — iuncxi 77,18 102,39 155,15; B 99,31 103,15 108,1 143,17 153,29 167,1; V 233,25

*ci pro ti:*

*ante vocalem:* B 44 *locis,* V 27.

B: coecibus 98,15 — decinet 140,31 — trocinator (= *trutinator*) 71,5

V: fecibus 118,26

[B: Boecius = *Boethius* 314,40 — ce = *te* 301,9 — coga = *toga* 154.23 — conica = *tunica* CDXXIII 13 — cuba = *tuba* 210,24 — doce = *dote* 303,27]

*ti pro ci:*

*ante vocalem:* BV 20 *locis,* B 56, V 72

BV: inimititiae 105,6

B: institia 213,1 — mendatibus 301,20 — puditicia 110,34 304,6 — sictitate 309,17

V: inefficatibus 117,15

## *d et t permutata:*

*t pro d:*

*ad:* atque = *ad quae* B 288,15 317,19

aliut B 260,12 319,9 324,16

aput B 40,17 73,22 77,31 80,8 152,18 274,34

haut B 187,30 200,9

illut B 24,9. 20 33,13 70,20 71,32

quidquit B 74,17

set B 283,8 298,7 (BV 325,23)

*d pro t:*

*-quit (III pers. sing):* inquid B 93,8 103,14 105,23 CCCLXXXVIII 100. — nequid B 66,9 141,7. — linquid. delinquid. relinquid B 33,14 CIII 1 133,13 186,28 237,19 246,7 261,18 263.4 268,34 298,25. — retorquid B 313,12

*at:* ad 93,8; B 13,32 16,28 17,21 XXVII 43 33,3 87,19 91,30. 38 93,24 97,5. 24 100,32 102,27 104,3 105,18. 29 113,16. 18 128,2 144,1 146,13 153,2 221,10 263,12 271,7 282,30 299.15 300,3. 10 311,18 312,16. — adque B 10,10 59,1 70,11 73,1. — adtamen B 228,1 308,15

capud B 62,5 65,13 85,23 XXVI 49 CCXXXIV 1

quod 185,17; B 189,38 204,1 207,31 213,34. 36 CCCLII 2. — quodannis B 60,8

velud B 85,18 108,17 130,14

## *e et i permutata:*

### 1. *in declinationibus:*

*i pro e:*

B: inquisitioni 53,27; nocti 314,17. — V: stationi 119,30; sudori 5,12; qualicumque 289,29; tenui 289,24

*e pro i:*

BV: imagine 192,25; relegente 239,33 (84,4 130,26?). — B: culmine 144,11; hoste 100,40; mansuetudine 212,17; valitudine 280,17; dulce CCCXLI 3; epistolare 140,27; forte 86,5; simile 264,4. — V: pietate 112,3; pudore 8,12; benigne 311,9

*im pro em:*

aestatim V CCXLV 14. — vomerim B 132,34. — summatim 130,18 218,4. — saltim 18,28 22,9; B 24,34 66,13 85,13 93,41 326,5

*em pro im:*

sitem B XXVII 40 40,2 CCXI 1; B[b] CCCLXVII 4. — efflictem BV 200,2. — viritem B 263,4

*is pro es:*

*III decl. Nom. vel Voc. Sing.:* antistis 96,33; desis 73,6 CLXXXIV 2; Herculis 300,2. 4; palmis XLIII 165 CCLXII 5; subolis 324,6; vatis II 40 XLIII 26 CCCXXVI[b] 1. *praeterea* cespis cladis comis cratis divis famis fidis fomis gurgis hospis limis molis prolis segis superstis *etc.* 45 *locis* (*et* antistis *sive* antestis 15 *locis*) *in* B

*III decl. Nom. vel Voc. Plur.:* curulis 105,19; intentionis 179,24; legionis 208,28; mentis 15,21; mortis 213,28; principis 192,20; vadis 92,41 — difficilis CCXLV 24; fidelis 131,29 CLXXXVIII 1; locupletis 319,11; mediocris 319,12. pauperis XXVII 29 — accipientis 195,25 224,5; credentis 12,39; eripientis 324,8; vincentis CDLI 10. — *praeterea B 30, V 3 locis*

*III declin. Acc. Plur.:* creatoris 287,4; defensoris 211,4; divisionis 224,2; gratis 209,27; hostis 209,37; legionis 206,15; mortis 178,8; occupationis 113,11; urbis 177,34 — epistularis 120,8; hostilis CCXLV 51; inanis 292,16; minacis 9,8; perduellis 206,18; similis 211,18; veteris 319,18 — amantis 70,14 301,36; exhibentis 119,16; marcentis CLXXXVII 9. — *praeterea B 64, V 7 locis*

*es pro is:*

*III declin. Nom. Sing.:* aves CXCI 2; fines 4,10; vites CCLXII 7 CCCLXIV 1 — nuptiales 316,6; principales 321,7. — *praeterea B 30 locis*

*III declin. Gen. Sing.:* calces XLIII 148; homines 155,17; milites 207,7; patres 71,38 — felices 206,17; pares 3,1 — iacentes 208,26; placentes 294,15; superantes 319,5. — *praeterea B 44, V 9 locis*

*-icis:* indeces (in decus V) 14,31; B 24,10 114,24. — pollecis B 78,9

*-inis:* origenis B 133,21 185,33 285,18 310,24 325,31. — iovamenis B 69,29; limene B[b] 79,26; nomene B 47,18; numenis B 221,25

*-ibus:* B pulverebus CDXXIII 40; sinebus 9,21; B[1]: calcarebus 79,23 180,24; doctorebus 80,2; simenebus 114,1; artiorebus 79,19. — V[1] maiestatebus 296,15. — B[1]V[1] vepraebus 60,17.

*-ex:* B apix 191,2; frotix = *frutex* 110,31; indix 83,11 86,4 88,10 91,25 113,9 151,6 155,12 CCII 9 CCXVI 1 188,30; iudix 171,17; pontifix 99,21 102,27; vertix 301,20; vindix 208,13; simplix 47,30

*-men:* B germin 138,6 214,21; culmin 191,6; inguin CCXVII 3

*-etis:* B hebites 27,21; praepiti 208,32; segitem 183,25 244,6 289,18; tegitem CLXXXII[a] 1; teriti LXX 9

### 2. *in coniugationibus:*

*i pro e:*

misceri 46,15; B liberari 72,32; evasissi 261,9; nossi 299,11; intellegi 101,19. — V haberi 140,17; sepeliri 64,33; summitti (summittae B) 174,24

*e pro i:*

negare 61,20; B audire 52,27; B[1] perduce 15,15

*im pro em:*

B: possim 20,21. 26 200,3 283,7. — vellim 66,27 176,32 185,11 209,6 213,10 237,33 238,1. — dicerim 212,21 (81,5. 6)

*em pro im:*

B: incurrerem 155,6; fecerem 259,33

*is pro es:*

callis CLXXXVI 4; iudicis 62,18; possis 175,19; amputaris 14,8; cessaris 264,14; commearis 209,6; signaris 275,11; subiogaris 130,8; accenderis 297,26; arriperis 232,21; suspenderis 24,11. — *B similia 68 locis, ac praeterea:* condedissis 296,2; damnassis 264,22; dedicissis 208,8 257,5; essis 175,19 276,7 288,27 316,4; fugissis 221,18; reposuissis 100,34; servassis 175,36

*es pro is:*

concedes CCXV 10; cresces CLXXXVI 9; involves CCXLV 32; linques CXXXIII 1; reddes CLXXXIV[b] 3; subdes CCXIII 15; iactates 64,24; supprimates 104,23; collegites 57,37; manifestites (manifestes V) 321,31; praesumites 104,23; nescires CLXXXVI 1. — *B similia 110 locis, ac praeterea:* evitastes 287,24; indicastes 321,2; obligastes 218,23; simulastes 212,33; sublevastes 289,30; supplicastes 318,32; debuistes 295,13; dedicistes 318,33; dimissistes 291,19; iussistes 288,16; praedixistes 315,3; promisistes 304,31; tribuestes 317,26; nostes 233,15

*it pro et:*

pendit 7,25 176,5; sedit CCCLXXXVIII 2; vidit 34,9; possit 86,6 97,5 102,7 176,10 303,10 315,12; adlegit 194,10; appellit 50,17; cessit 266,2; excusit CCXXXIV 3 (V excussit; 258,26); addicerit 178,9; defluerit 191,29; procederit 191,28; refunderit 133,11; sufficerit (suffecerit V) 262,28; vellit (velit V) 133,9 315,12. — *praeterea B 95, V 3 locis.*

*et pro it:*

absolvet 140,5; adponet CXII 3; bibet CCCLXVII 2 CCCLXXXVIII 37; cedet 226,27; incurret 1,6; infliget 104,5; inseret XLIII 139; iunget CLXIV 10; mittet CLXIX 1; obsistet 263,13; occumbet 175,7; perdet 91,9; reddet CXXXI 4; restituet CCCLXXXVIII 103; subsistet 264,11; surget 289,24; vivet CXXXIII 5; vellet (= *velit*) 174,36; ieceret (iaceret V) 211,9; didicet (dedicet V) 203,8; avoet (= *habuit*) CC 9; nexuet XLIII 168; promovet 140,12; putaret 168,17. — *praeterea B 245, V 3 locis*

*-emus:* B debimus 261,37; exhibimus 174,20; tenimus 289,9; valimus 301,9; nutimus 296,21; penderimus 183,9; perderimus 212,14; extitissimus 262,16; voluissimus (voluimus V) 17,28

*-etis:* B adhibitis 54,5; prohibitis 52,1; agnoscitis 128,14; elegissitis 10,18

*-ete:* coercite (coercitae B) 89,37; fovite (fovit B) 180,13; B prohibite CXXXII 1; respondite 295,5; vovite 72,13

*-ere:* lacessire 49,32; B 51,30; placire 90,8; expetire 231,16; dilitiscire B 38,3

*-eam:* B gaudiam 283,5

*-ebat:* B praemibat 303,31

*-ebamus:* B solibamus 307,27

*-erem:* B cadirem 303,24; credirem 289,30

*-eret:* lacessiret 96,5; B terriret 302,40; linquiret 302,39

*-estis:* B consuistis 139,9 195,25; inplisti 298,22

*-esse:* B conplisse 286,20

*-esset:* isset 303,22

*-etur:* B debitur 264,13 287,23 289,26 290,14 300,31; exhibitur 32,16; exercitur 144,8; meditur 247,15 287,3; meritur 191,35 262,16. 23 289,4; providitur 231,3; riditur CCCLXXXVIII 55; sponditur 191,11; torquitur 115,6; deputitur 209,33; mancipitur 109,30; purgitur 20,35; sectitur 319,9 324,4. — censeritur 80,6; pateritur 237,33; ferritur 291,6 (fertur V) 270,5

*-ebatur:* B adfligibatur 90,30; adseribatur 116,23; credibatur 288,24; ingeribantur 213,28

*-eretur:* B crediretur 263,5; geriretur B 213,27

*-etus:* obsolitus 66,3; B adsuitus 213,35; consuitus 303,12

*-imus:* ingeremus 20,18; paremus 174,22; B colemus 35,38; conicemus 60,4 102,22; dispicemus 54,34; regemus 314,6; scribemus 225,20; transcribemus 79,11. admisemus 101,32; voluemus 53,29

*-itis:* adseretis 290,8; ducetis (docetis B) 140,22; fodetis (fovetis V) 11,35; parcetis 176,8; rennuetis 52,2; tribuetis 79,18. — *praeterea B 41, V 2 locis*

*-ite:* colete BV[1] 39,19; dicete B 203,18

*-ires:* veneres B 209,6

*-itur:* restituetur 185,33; *B 20 locis.*

*-imur:* B dividemur 216,8; nascemur 79,17

*-iri:* B inveneri 221,7; muneri 59,11

*-itus:* B adhibetus 102,25 105,22; elicetus 119,22

3. *in verbis compositis:*

*i pro e:*

*agere:* abigisset B 55,18. — exigit 246,4; B exigeram 131,19; exigerat 54,30; exigerunt 310,4; exigerim 261,17; exigisset 216,10

*capere:* accipero 22,2; accipimus 298,12; B 50,7 51,32 66,2 80,10 104,2 110,13 125,26 137,14 139,16 144,11 191,35 204,40 231,11 248,16 264,6 303,26. — conciperant B 92,40. — percipisse B 109,2. — praeciperam 316,3 321,2; B 74,14. — recipi B 152,7. 21; reciperas B 209,16; reciperunt B 322,25. — susciperam 34,18; B 36,20 81,11 85,5. 25 94,40 125,12 133,24 185,31 188,17 209,27 283,31 287,5 297,3 298,2 324,18

dibuisti B 297,27; dibitum B 34,6
dicens B 86,12; dicit = *decet* B 268,3
*deus:* dium B 299,12
diadima B 205,7 214,14
dissiminat B 246,13
dulcido B 63,13 69,14 186,2 (146,15)
effrinatio B 258,5
*-ela (-ella):* cautilla B 92,32 (cautillitas 275,11). — loquilla B XXVI 57 40,11 49,7 50,25 51,2 75,8. — medilla B 32,9 51,19 52,4 111,18. — parentilla B 224,1. — querilla B 23,21 131,23 139,20 295,12. — tutila B 211,1
elifans B CCCXL 3
elimentum B 10,2 118,28 133,17
*enervatus:* inervatus B 101,20
*enormitas:* inormitas B 97,28 208,31 213,10
*eremus:* herimus B 189,8
extrimus B 302,17
filix B 114,29 308,8
genitrix B 177,7
*hebenum:* haebinum B 79,1
hebitare B 7,21 26,10 74,10 108,10 120,5 213,11; BV hebitudo 52,29
inbicillus B 287,24 317,26; inbicillitas B 248,5 304,5; inbicellus B 50,20 233,4
inlecibrae B 308,30
inspiratus B 210,5 219,27 (? 287,19)
intimeratus B 233,12
*iuvenca:* iovinca B CCXXXIII 4
iuvinis B 294,12
*-isco:* aduliscere *B 17,* adoliscere *11 locis.* — adpariscat B 244,19. — aegriscere B 37,20 195,17 284,24. — ardiscere B 40,6. — ariscere B 1,14. clariscere B 187,21. — coaliscere B CCLXV 9 CCCLXXXVIII 5 312,27. — conseniscere B 286,28. — conticiscere B 6,8 9,22 110,19 139,18 155,14. — convaliscere B 271,13 300,26 307,25 308,18 319,12. — criscunt B 309,17. — deferviscere B 33,20. — delitiscere 38,3 50,8 118,23 120,6 276,15 281,5 294,24; B 1,4. — ditiscere B 238,26 244,13 289,28 309,9. — duriscere B CCCLIII 3. — erubiscere B 267,18 296,9. 29. — expaviscere BV¹ 49,19. — evaniscere B 265,2. — fatiscere 10,23 52,4 188,9; V 204,24. — frigiscere B 288,29. — grandiscere B 313,13. — ingemiscere 178,1 319,11 320,26 324,20; V 210,15. — innotiscere B 49,28 116,27. — intumiscere B 79,5. — iuveniscere 13,35 62,14 210,8; B 132,2 CLXIII 9. — languiscere B 48,7 223,31 CCCXXXIX 1. — marciscere B XLIII 156 CCCXL 1. — maturiscere B 240,19. — mitiscere B CLXII[f] 4. — molliscere B 324,8 325,25. — patiscere B 34,25 296,7 (? 13,36). — paviscere B 25,16. 33. — pinguiscere B 38,7. — pubiscere B 204,32 310,6. — ranciscere 111,10; B 143,25 151,16 153,17. — reviviscere 20,11 XLIII 19 77,26 94,16 104,35 110,35 186,6 295,14; V 239,16. — rigiscere B 315,11. — seniscere B 273,5 317,8. — tepiscere B 322,3. — tumiscere B 40,26 313,31. — turgiscere B 2,5 CCCL 13. — vaniscere B 264,27. — veteriscere B[a] 12,15; B 35,4 (37,32) 77,23 319,24. — viliscere 222,10; B 318,15
ligatio B 91,30 210,27; ligatus B 206,33. — alligare 128,14 198,2; B 263,2; alligatio B 24,15 310,7. 20
linocinium B 11,13 297,19
malidicere 13,1
*me:* mi B 290,6
*mederi:* midetur B¹V¹ 37,20
*mephitis:* mifitis CCLXV 7 (50,2)
mirus B 85,38
*moneta:* monita B 240,21
nicessitudo B 111,2
obscinetas B 221,22
oliarium B CLXII[a]
palistra B 113,15
penitrale B 33,29 95,25 103,12 112,16 138,19 276,5
phasilus BV¹ XXVI 36; fasilus B 113,19
pinna 11,5; B 248,26 CCCLIII 6. — pinnatus B 211,19 CXXVI 1. — pinniger B CCCLXXXVIII 107
perigrinus B 180,20 213,38 214,16; V 312,4
profita B 110,30 298,21
Promitheus B CLXXXVI 7
racimus B CLXIV 9
remidium B 152,31
riquirat B 213,8
*segmentum:* sigmentum 205,15 (figmentum V). — praesigmen BV¹ 2,5
*segnis:* signius B 175,31
simen B 114,1 296,5
sepilire B 288,13; V 184,18
serinitas B 95,18 110,33
sincirissimus B 34,27
sonipis B CXXVI 3 CCXII 1
spicies B 92,13
stimma XLIII 70; B 14,7 118,22 154,17 174,8 186,26 205,18 226,21
suprimus B 273,21 319,12
*-tenus:* hactinus B 40,18 69,2 75,19 76,3. — quatinus 261,40; *V 13 locis.* — verbotinus B 260,32
tremibundus B 13,35 209,7
*trepidare:* tripedare B 273,15 (repedare V)
valitudo *semper*
vindere 104,3; B 202,11
vindimia B XLIII 138 CLXXXVIII
*veneficus:* venibicus B 303,33
verbinae 121,30
vericundus B 76,4 CCCLXXXVIII 24; V[a] 83,28. — vericondia B 235,15
virus B CCXXXIII 4
vistigium B 110,5
vixillum B 209,22

*e pro i:*

admessor B 11,36
*antistes:* antestis B 87,29 88,32 90,3 171,12; antestitis 93,19 186,35 223,15; antestitem 86,19 89,23 219,2 CCCLI 30; antestites 273,30; antestitum CCCXLVI 29
archeatrum BV¹ 52,1
archetectus B 72,16

### *e et oe permutata:*

#### *oe pro e et ae:*

moeror V 35,13
poene *vide* pene *p.* 335
poenetralia B 12,23
proemia 205,11; B 6,5 7,31

*e et ae pro oe:*

amenatus CCCXXX 9. amaenus B CCCLXXXVIII 30
cepisse 81,12; B 14,25 128,9; V 246,12. — caepisse 91,24; B XXVII 12
cetus V 2,26
fedus 62,23; fedare CCCLXXI 3; feditas B 1,29; V 302,34 313,7. — faeditas V 1,29
federatus B 126,16
obedire B 119,25 323,28 (obidientia B 287,22)
*Oenotrii:* enotrios 101,31
*Phoebus:* Phebus XLIII 12; B XXVII 27 168,32 CCLXII 25; feba CCXXXIV 10
*Phoenix:* fenix XLIII 151
pena B CCCLII 10; V 263,35
prelium B 99,21 105,7; preliari B 129,6. — praelium B 9,9 178,14 185,26 272,12; praeliari BV 105,30

*i et y permutata:*

*y pro i:*

*chirographum:* cyrografum 231,27 302,27
cythara XLIII 17; B 30,5
clypeus B 239,25
epytafium CCCXXV; B 173,26 174,1 CCCXXXIII CCCLXXV 286,5 CDLXII CDLXV
fybra B CCCLXXXVIII 93
Olimpycus V 132,26 CCXV 8
phylosophya V 84,22; filosophya B 292,18
pyrata V 260—264 *undecies*
sybilare V II 5 11 4
styrium 206,26
styrps B 186,24 CCCXXIX^b 2 305,16 310,25
tygris 112,12; B 324,9
tyro tyrocinium V *semper (12 locis)*; B *semper praeter* 129,4

*i pro y:*

*adytis:* aditus B 54,10
*chalybs:* calibis V 208,12 CXCV 12 CCCXXXIX 2 (calebis B); 239,23
*chelydrus:* chelidros V 207,4
cignus 4,31
cristallum XXVII 19
corimbus 132,31
gimnasium V 18,5 39,6 114,28 (gemnasium B)
limpha *saepe*
misterium V 109,23. — misticus 310,33; B 100,23 CCCXLIV 27
nimpha V 179,20
presbiter 88,28 237,24; B *6 locis*
pira V CCCLXXXVIII 103
serpillum XLIII 150
sillaba B 286,8
timpanum B II 33
tipus V 110,18
tirannicus V 273,1

Dionisius Eurialus Licia Libia (Lybicus) Marsia Olibrius Olimpus

*y-i-e-oe:*

*Cethegus:* Cythegus B 260,9; Cytegus 314,38
*chalybs:* calebs B 208,12 CXCV 12 CCCXXXIX 2
*Choerilus:* Cyrilli 212,35
*Euphemia:* Eufymia B CCCXXXIII 3
*gymnasium:* gemnasium BV[1] 18,5; B 6,8 9,13 39,6 114,28
*hymenaeus:* emineis 7,2; B 289,16
*Hyrcanus:* Hercanus 324,9
*labyrinthus:* laberentus 56,24; B CCXLV 31
Lerinus- Lirinus- Lyrinus
*Lernaeus:* Lyrneus 300,8
*minae:* moenas B 264,7
*oboedientia:* obidientia B 287,22
*panegyricus:* panygericus B 203,2 214,24
*physicus:* fesicus B LXX 15
*pyra:* poera 179,18
*Seres:* Syres 214,7
*zephyrus:* zepherus B II 7 CLXIII 5 CXC^b 3 CXCVI 5

*y additum omissum permutatum:*

Aquiligensis B 150,5 195,22
aumentum B 73,15 133,19 CXXXI 3 155,4
*genua:* ianua 283,15
*Glycerius:* Licerius V 78,27
*Graiugena:* Graiuienis B 175,6
*Hieronymus:* Geronimus B 80,5
*magister:* maiestris B 314,25
*Menelaus:* Menelagi B 289,1. 20
*neglegere:* negliens B 144,12 154,23
*origenarius:* orienariis B 101,26
*regius:* reia B 288,17; regis = *reis* 321,6
*senior:* segnior V 47,3
*sitiens:* sitigenti B 216,19
*tragicus:* traiecum B 177,7

*Geminatio consonantium abundans:*

*b* : radiabbat B CDXXIII 48
*c* : neccessitas B 39,22. — sanccimus B 13,18
*d* : additus B 288,2. — reddeat B 111,10; redditurus B 78,21
*f* : deffectus B 206,8
*l* : -ella *pro* -ela *in* loquella medella querella tutella B *plerumque.* — illico B 209,20 302,12. — stillus B 311,9 206,4 (stellae V). — tullisti B 272,35; obtullisse B[1] 35,16. — vellim XXVI 65; B 26,2 58,7 103,15 200,9 314,28. — villitas B 301,10
*m*: commitatensis B 281,24. — immago B 177,23. — remmuneror B 280,19
*n* : annus B CCXVII. — rennuere 25,12 52,2 CXLIII 3; B 220,7 264,4. 31
*p* : yppocrita = *hypocrita* B 58,20. — suppraemus B 108,7 (202,6). — repperiunt BV 65,5 188,24 210,17
*r* : errarium = *aerarium* B 108,4 (307,27)

*coactus:* cohactus B 76,5
*coercere:* cohercebant 85.36
*existere:* exhistere B 190,13 303,36 306,23
*Jesus:* Jhesus B CXLVII 1

*ch pro c:*

*Acacius:* Acachius 323,21
anchora II 16
archa B 38,25
archana B 117,10; V 110,1 141,9 276,3
arche = *arce* B 4,21 17,24 54,1 305,32
Chartaginiensis 53,31; B 54,23
chatholicus B 99,16
*Cirrha:* Chyrra 168,32
*croceus:* crochea B CC 5
didaschalicus B 57,9
holochausta B 19,1
ocheanus B 39,6
*scaena:* schena CLXXXIVb 3

*c pro ch:*

Acilles B 174,12. 13 175,8
Baccus CLXXXVIII 3 CCCLXV 3 CCCLXXIV 3; B 248,25
bracium B 2,9 14,37 CCLXII 5
*chalybs:* calebis CXCV 12 208,12 239,23; caleps CCCXXXIX 2
carta 61,6 219,15 272.15 274,25; V 27,25 105,34 (B cartha). — cartharius 231,24
conca 25,18 CCXI 1 CCCLXXXVIII 78
*chelydrus:* celydri B CLXIII 8 207,4
corda II 33 XXVII 37 168,29
*chirographum:* cyrografum 231,27 302.27
corus B CCLXII 24
Cristus *et* Cristianus B *15 locis*
eunucus B CXC
incoare B 247.30 270,21 322,10
*Panchaeus:* Panceus BV[1] 19,25
pasca B 93,15
pulcer II 40; B CXXXIII 3 CLXXXI 10 CCXXXVII 1 214,17 289,14 311,39 *etc.*
*schema:* scema 173,29; B *8 locis*
scismaticus 49,26 71,25 323,26
scola 14,31 39,6; V 75,29

*th pro t:*

*Antaeus:* Antheus 18,4. 7; V 299,27 300,2
cartha 231,24; B 27,25 105,34
catharrus 108,16
epithoma 102,25
rethor 24,23 50,17 313,15. 33 314,13; V XXVII 21
thartarus B 66,24
thorus 176,24

*t pro th:*

aretmeticus B 314,11
calatus 175,1; B 119,16
calta XLIII 149
laberintus 56,24 CCXLV 31
talamus B CCCLXXXVIII 2
tema 40,25
tensaurus B 274,1 303,27
tolus 97,8
*thorax:* toraca 312,16
tyrsus CCCXXXIX 5
Atanasius — Boetius — Demostenes — Gotus — Partenius — Particus — Talia — Tessalus — Tetis — Timoteus — Trax — Trachius

*m in fine verborum omissum:*

oratu direxit 92,11
in quo clarum est epitoma omnium constare virtutum 102,25
vix una hora habens tractandi spatium 173,27
in vacua possessionem accessit 204,37
fax in umbra coacta 206,5
ut ad te venire 303,15 (B 302,26)
vix fero breve, absentia longa fatigandus 307,6
partem maxima tu tenebis 320,19
telo fama insequitur 325,15
B : post luce 21,13. — post rerum abiectione 54,33. — post inaequalitate 274,31. — per teste 284,13. — ad conservatione 289,19. — 33,13 37,4 58,17 60,8 77,7 106,8 226,18 230,30 288,6
V : 74,29 122,8 155,13 192,1 233,23 297,22

*m additum:*

dimissa*m* fratribus cellula*m* apud Lirinum adparuit 189,42
33,8 35,28 67,23 140,29 205,13 206,18 211,15 275,13 314,3 316,20. 27
*cf. indicem V s. v.* in
B : semel in die*m* 90,8
cum inmensa roboris sui multitudine*m* 97,39
post Gallicana*m* insignia 107,18
in illa tanta hominum multitudine*m* 109,6
regnum caeleste*m* 230,9
ut ferentia*m* opem scripta mittantur 235,11
desiderans quam bene valeatis agnoscere*m* 285,2
pro aegro et amante*m* 286,21
bona merita de parente*m* 295,17
honore*m* salutationis inpenso servum direxi 306,25
4,12 8,10 17,30 64,11 90,17 94,4 97,10 99,4 101,18 106,8. 10 107,5 112,12 116,2 173,12 190,8 205,31 214,23 229,30 231,22 248,7 273,1. 6. 13. 28. 29 274,21 282,3 291,16 302,33 323,23 324,2
V : 47,14 55,14 57,12 60,34 110,6 112,29 228,19 245,5 247,32 268,12 285,25 302,31 304,3

## *m et n permutata:*

*n pro m:*

anbigere B 274,1
anbolare B 275,13
Anfion CCXIII 33
anplecti B 297,28 300,32
anplus anplicare anplificare B 237,15 272,4 304,1 309,18 319,16
*cymbula:* conbula 53,13; B CCCLIII 8
inber B 146,4. 26 CCCLXXIX 1 CDXXIII 12
lanbere B 87,18

*limpha*: linfa B CXXVII 2 CCCLXXIX 7
menbra B XXVI 14. 19 107,20
Olinpiacus B 310,15
triunfus triunfare B 272,3. 10 289,5 309,6
unbo B 239,24

*m pro n:*

amfractus 56,25
comtra B 272,1
forsitam B 34.1
imcommodum B 280,23
praedumdi = *praedandi* $B^aV^a$ 96,10. — dimicamdi B 272,24

*n insertum:*

delinquisse B 192.36
descendere = *discedere* B 232,15
infundisse B 231,23
occansio B 94.21
quotiens-totiens *semper*
thensaurus B 45,9 47,32 57,21 96,16 106,7 109,3 274,1 303,27
tricensimus B 40,21
vicensimus B 88,25

*n omissum:*

crepudiae B 85,26
homucio 11.34
quadrigenti $BV^1$ 105,38; $V^1$ 83,22
transcedere B 87,36
*transit*: traxit V 118,26

*o et u permutata:*

*u pro o:*

*II declin. us pro os:* 13,4 14,12 XXVI 65 85,19 112,29 119,3 132,33 143,19 150,11 $CLXXXIV^b$ 2 CCXII 7 CCXIII 23 171,24 178,22 179,14 192,30 CCXLV 51 CCLVI 7 205,31 206,16. 18 207,34 210,33 211,18 213,35. 38 225,22 (237,14 -um V!) 264,17 301,37 305,21 324,11. — $BV^1$ 38,18 78,21 100,41. — $B^1V$ 18,2. — $B^bV$ XLIII 150. — *praeterea B 152, V 6 locis*
*u pro o:* B incessu 126,19. — delictu 192,22. — fortuitu 201,12. — diversu 247,5
*III declin. us pro os:* honus CDLIII 4; B custus XLIII 108 104,12 171,19 CCXVII 3 212,7 CCCXLI 20. — sacerdus 93,37 105,23. — Nepus 94,5. 9 95,11. — lepus B 301,24 315,11
*ur pro or:* putatur = *potator* CCCLXV 1. — B aemulatur 14,32. — consolatur 77,24. — incantatur 91,6. — aestimatur 152,13. — potatur CXCVIII 1. — usurpatur 191,30. — susurratur 198,29. — formator 301,17. — pollicetur = *pollicitor* 324,10

agricula B 2,9 20,31 65,5 101,28 (118,29 agricultarum = *agricolarum*) CIV 10 132,34 CCIII 5
caelicula B 221,21
culocasia $BV^1$ XLIII 149
*conpos*: conputem B 317,29
consulatio B 50,8 68,26 140,22 262,7 286,22 317,9. 12
cupia B *27 locis*
curtina XLIII 14
cuturnus B XXVII 51
cruceus B 208,10
*devotio*: debutio B 200,29; 231,20 (V debitio)
diabulus B 63,31 284,8
elucutio B 39,5 70,6 (18,2)
expulire B 297.9
*frivolus*: fribula B 273.7
flusculus B 99,26 204,33 310,6
humullus B $CCCXXVI^a$ 1
lurica 49,15 313,34; $B^1$ 95,21; V CXXVI
muliri B 284.4
mumentum B 286,3
munilis V 313,6
munitor B 174,34. — admunitio B 134.5 311,9
munumentum B CCXXXII 5
nubilitare B 207,18
oraturia B 261,1
urbis V 57,25
pulluta B 95,30
*potor*: putor CCCLXVII 1; CCCLXV 1
praestulari B 62,28 183,18 198.16 202,12 217,23 220,8 222,8 264,28 274,29 290,4 295.12 309.20
promuturus B 298,20
prumptus B 109,25 117,23 302.13
*quorsum*: quursum V, cursum B 113,9
*rigor*: riguris B 324,7
*robur*: ruboris $B^bV$ 189,28; B 204,34 205,29 213,30
ruscidus B 311,40
*solus*: sulius B 78,24 93,39 99,6
*sophos*: sofus XXVII 34
suspitas B 111,15
*Theodorus*: Teudore V CCVI 2
turpui B 86,6. — turpor B 223.31
*torvus*: turbo B 192,17
*totus*: tutius V 17,1

*o pro u:*

*II declin. os pro us:* canos 45,12. — geminos 74,10. fortissimos 104,33. — anhelos CXC 9. — avos CCLXII 22. — oculos 315,18. — patronos 318.5. *praeterea B 22 locis*; V 113,35
*III declin. os pro us:* munos B 81,2 230,10
*IV declin. os pro ūs:* motos 56,16; B 27,24 XXVI 46 XLIII 41 51,29 56,25 62.33 63,17 LXX 13 92,33 105,26 XCVI 4 137,9 139,11 308,26. — *pro ūs:* 79,4 319,21
*o pro u:* B relato 22.15. — tumulto XLIII 57. — optuto 188.26. — V attrito 132,25. — invento 55.10
*or pro ur:* B iecor XXVI 6 CCCXLVIII 29. —
*III pers. sing.:* destinator $BV^a$ 61,6; B 2,7 7,23 38,33 75,2 112,35 113,1 114,25 118,4 214,9 223,31 228,9 289,16 301,17 305.5 CDLIII 2

adolatio B 20,16
adoliscere *B 14,* adolescere *3 locis*
*aemulari*: emolari B 8,22
automnus B 79.7
bocula B CXXIX 1 CCXXXIII 2
*cluere*: cloit B CCXXXIV 2

coagolare B 19,7 103,26 108,15
commonio B 275,2
consolatus B 13,37; consolaris B 15,3
coculla B 305,7
*cumbula:* conbula 53,13; B CCCLIII 8
*cumulus:* comul- 92,34; B 106,6 191,14 217,23. — cumol- B 73,16 103,3. — comolis B 112,33
copitus B 40,2
*dum:* dom B 313,23
*dux:* docibus B 273,4. — docetis B 140,22
elocubratus B 70,7 239,13
epistola B *47 locis* (*32 locis* epistula)
facondia B 78,25
*fulgur:* fulgora CDLI 10. — effulgorat 17,19 273,22; B²V 96,20 101,24
*furtum:* fortis B CCXXXII 4
gotta B 39,6
*guttur:* guttoris B 188,35
*huc:* hoc V CCLX 6
incolomis B 20,12 110,37 192,18 211,25 218,16 267,3; V 98,6
incombat B 257,4
intomiscere B 79,5
iocundus 238,25 240,14 309,9; B 126,24 151,7 245,8 319,27
*iurare:* iovare *vel* iobare B 40,14. 15 69,31 272,22
iovamen B 69,29
*iuvenca:* iovinca B CCXXXIII 4
locopletat B² 79,1; B¹ 185,21
luxoria B 2,11 114,2 CCLXV 221,27 CCCXXVIII 6 262,11. 17
modolatus B 2,7
monitio B 54,9
motatio B 190,9
nobilum B 315,13
nomen 95,4; B 177,19 221,22. 31 273,2; V XXVI 78
occopatus B 112,28 152,20 228,10
opolentia B 59,9
*pecus:* pecodibus B 18,32 CCXXXIII 6 239,35. — pecoalis 109,29
*pellere:* dispolisset B 69,4. — reppolistis B 228,10
pictora B CLXXXI 5
*praesul:* praesole B 4,11
proinosus B 33,15 CCXII 3
proritus B 52,12 302,20
podor B¹ 39,8 152,8
pollus CCXLV 50
popilla B 307,3
purpora B 133,24 268,3 309,19 321,7
postolare B 69,25 76,26 191,1 230,15. 21 318,10; V 21,14 74,3
*putare:* potantes 12,14; *B 18 locis*
*respuere:* respoistes B 284,18
*rubor:* robor IC 7 129,3 175,35 265,11; B 214,12 220,36. — robeus B 305,11. — robuerunt B CLXXXVII 7. — erobiscere B 267,18 296,29
roga B 185,5
secondus B 78,29
secutorus B 95,29 304,11
sepolcrum B 310,3
simolacrum B 33,1
singolaris B 80,2
soboles V *semper (31 locis)*; B 15,5 19,38 35,23 66,35
sorculus B 78,31
*tuli:* pertolerunt B 73,16. — contolerunt B² 81,7
trotinator B 61,2 71,5
tonica 273,22 CDXXIII 13; B 2,6 185,17
torpis B 202,3
*tutus:* totius BVª 59,25; B 177,2 CCCXLII 12
orbanus orbanitas B *11 locis*
orna B 201,15 CCCXLII 21
*-ulus -ula -ulum:* adoliscentolus B 78,18. — angolus B 113,20. — baiolus B 129,28 146,18 181,8 287,5. 11 290,15. — catolus B 112,16. — copola B 167,6. — cumolus B 73,16 112,33. — fibola B 9,25 48,14. — fluscolus B 78,9 310,6. — garrolus B 295,16. 27. — gerolus B 27,10. — indicolum B 116,15. — infola B 68,12 89,21. — insola B 190,11. — litterola B XXVI 71. — nebolosus V 17,23. — parvolus B 79,24 80,1 145,3 214,22 297,2 303,14 313,24 325,18. — penicolus BVª 24,27. — ranola B 275,17. — repagolum B 14,35. — rivolus B 113,6 133,31. — sarcolus B 78,29. — scedola B 46,10. — servolus B CCCL 20. — spicolum B 213,34. — stimolus B 34,27. — vernola B 297,14. — vincolum B 79,19. 36

### *o et um permutata:*

#### *um pro o:*

tanto se tripudi*um* iactabant B¹ 89,21
invenit in e*um* constare pondus omnium virtutum B 98,2
cib*um*, quem ministravit feritas, contentus vixi B 262,21
(B¹ angustom 36,16 — stultom CXXXII 7)

#### *o pro um:*

cur lucidi natalis exordi*o* silentii foeditate dehonestem V 1,29
nihil amplius quam bienni*o* commoratus 86,41
in ist*o* omnium consensus adducitur B 89,10
anim*o* meo ad potiorem gratiae partem invitate 233,8
lyrne*o* (= *Lernaeum*) periculum orietur B 300,8
poposci in matrimoni*o* B 303,14

#### *ui pro oe:*

*lagoena:* laguina (laguena V) 54,19
*tragoedia:* traguidia B 3,12 194,13; traquidia B 36,23

#### *p inter duas consonantes omissum:*

*absorbere:* absortum CDXXIII 45
comtus B CDXXIII 48
*contemnere:* contemsisti 22,24; contemtus B 142,10 272,36; contemtor B 140,18
emtus B 63,23. — inemtus BV¹ 103,2; B CIII 3. — ademtus B 142,9. — exemtus B 188,10. — redemtor B 150,5
*promere:* depromsit B 271,19 CCCLXXXVIII 104

# IV. INDEX NOMINUM.

# V. INDEX RERUM ET VOCABULORUM.

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 9,13 incepit *pro* incipit *conicio* (cf. p. 257,15)
10,16 colligimus *pro* collegimus *conicio*
11,38 havet *pro* habet *conicio* (cf. ind. V s. v. habere)
14,11 proscissionibus *pro* processionibus *conicio* (cf. p. 15,32)
15 interpellatae *pro* interpolatae *conicio* (cf. p. 67,9)
22,16 *not.* CCLV 3 *pro* CCLVI 8
26,26 praecessit, anxietate *pro* praecessit anxietate,
47,12 in mali solacium *pro* in malis solacium *conicio*
51,22 *adde in margine:* Cic. Cael. 9,22
58,21 scriptum *pro* sriptum
77,29 *not.* indiciis T *pro* indiciis P
100,41 transmittit et *pro* transmittit
101,24 diei pyra *pro* fidei pyra *conicio*
103,34 *not.* redemere B *pro* redemere V
106,25 pectus *pro* petus
109,28 *not.* producet *pro* pruducet
130,30 dono in *pro* dono, in
148 CLXIII *pro* CLXXIII
157 (op. CLXXXII 2) in modico *pro* inmodico
188,3 adsumptus *pro* absumptus
195,20 prolixis *pro* polixis
203 *in not.* usque ad CCCLXXVI *pro* usque ad CCCCXXIV
205,38 studiosae *pro* studiose
241 (op. CCCXXV 11) mellosa *pro* Mellesa
300,29 dulcem esse (*scil.* diminutionem) *pro* dulce est, et
306,1 adversitate *pro* diversitate (cf. p. 69,4)
311,27 *not.* amavit B *pro* amabit B
332 Timotheum *pro* Thimotheum
358 Phaethon *pro* Phaeton

praef. p. III 24 mea *pro* meae *(paenitet me totam illam sententiam inter corrigendum praepropere inseruisse)*
XXVI 28 insculptum *pro* insculpta
XXXIV Ruelens *pro* Ruhlens.